NAZIONALE
BIBLIOTECA
8
30 — D
3
VITT. EMANUELE
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

52
F
8

8. 30. D. 3

Digitized by Google

TRIVMPHVS
CATHOLICÆ VERITATIS
ADVERSVS OMNES HÆRESES, AC EORVM AVCTORES;

A Simone Mago vſque ad M. Antonium de Dominis fœliciter, & ſumma cura deportatus.

Auctore D. AMBROSIO *à Mediolano de* RVSCONIBVS *de Cumis Monacho Caſſinenſi.*

Tribus Indicibus, Titulorum, ſ. Hæreſum, ac Auctorum; additis duobus alijs, nempè Conciliorum.

Omnibus Scholaſticis, Scripturæque Sacræ ſtudioſis, ac Hiſtoriographis opus nedum vtile, ſed & neceſſarium.

Perilluſtri, ac Reuerendiſs. P. D.

D. PAVLO SCOTTO PARMENSI

Abbati montis Caſſini, ac Viſitatori ampliſſimo dicatus.

CVM PRIVILEGIO.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOCIESV
IHS

Ex Legato

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VIRTVTE,



AC LABORE.

Ill.mi Coccini

VENETIIS, M DC XIX.

Apud Andream Baba.

Digitized by Google

PERILLVSTRI, AC REVERENDISS. D. D. PAVLO SCOTTO MONTIS CASSINI ABBATI.

D. Ambroſius à Mediolano de Ruſconibus de Cumis. F. P.

QVOD ſapientes viri, quaſi oraculo quodam inſtructi (Reuerendiſſime Pater) pronunciarunt, nulli tam clarum ſtatim eſſe ingenium, vt poſſit emergere, niſi aliquem, cuius beneficio emergat, inuenerit: id ego videlicet de me ipſo experior. Etenim cum hoc ingenioli mei laborioſum opus contra hæreticos, pro mea tenuitate concinnarim, idemque vitam eorum deſcripſerim, vt quemadmodum Lacedæmonij ſeruorum ebriorum turpitudinem producebant, vt ingenuos, ac liberos ab ebrietate deterrerent; ita egomet hiſce teterrimis Orbis Catholici peſtibus inuidiam conflarem, omnes bonos ab eorum imitatione auerterem: quis non intelligit opus mihi fuiſſe aliquo Myſtagogo, ac te potiſſimum, ad Catholicæ Religionis Sacrarium? Noui nobilitatem generis, & ſplendorem familiæ Scottæ, non modo apud Placentinos, verum etiam in tota Gallia Ciſalpina glorioſum. Noui Præfecturam iſtam in Monte Caſſino, egregijs tuis ornamentis planè digniſſimam,

a 2 quæ

quæ ſatis oſtendit, & noſtrum omnium oculis ingerit, non modò Magiſtratu virum, verum etiam viro Magiſtratum illuſtrari ſolere. Quid enim de vberrimis doctrinis, quibus animum tuum excoluiſti, pectusq. compleſti? Non eſt ocium hæc perſequi longius. Scio alias leges in epiſtola, alias in oratione ſeruandas, mihiq. non ſolum rationem habendam veritatis, verum etiam modeſtiæ tuæ. Me verò delectat in primis ſapientia illa Ciuilis, & Politica virtus, qua nullam præſtantiorem (vt ait vir grauiſſimus Plutarchus) homo aſſequitur, qua declaraſti, etiam in Xenophontis teſtimonio ὑπὲρ μέγεθος ἔργον τὸ καλῶς ἄρχειν *omnium maximum ſit bene imperare; nihilominus eodem teſte, præeſſe hominibus, neque fortaſſe eſſe adynaton, neque difficile, ſi quis prudenter id agat, & Principatui Prudentiam adiungat. Adde ſuauiſſimos iſtos congreſſus, adde facilitatem, & humanitatem verè religioſam tuam, qua miro ſanè modo creſcis, cum te ipſe ſubmittis. Ergo vt in lyra idem omnino ſonus, & æquabilis tenor; ita in vita, & moribus tuis. Quo fit, vt omnes te certatim colant, & (quod in cultu maximo rarius eſt) etiam ament. Hæc etiam me cauſa impulit, vt hanc tibi opellam, & reculam rectiſſimè dicari putarem, quam ſi tibi non ingratam fuiſſe demonſtrabis, naturæ tu incultæ ornatum, mortuæ ſpiritum dabis. Deum Optimum Maximum, & beatos cælites precor, vt ætatem iſtam producant longius in ſtatu Reipublicæ feliciſſimo. Vale.*

APPROBATIO.

EGo D. Thomas à Panormo Monachus Congregationis Caſſinenſis Sacræ Theologiæ profeſſor perlegi, diligenterq. conſideraui opus D. Ambroſij Mediolanenſis de Ruſconibus de Cumis, quod inſcribitur Triumphus Catholicæ Veritatis aduerſus hæreſes omnes, nihilq. offendi, vel contra fidem, vel contra mores, ideoq. quod typis mandetur dignum iudico, iudiciumq. manu propria ſubſcriptum dedi.

Ego D. Thomas qui ſupra.

COncedimus facultatem, vt ſupradictum opus poſſit imprimi ſeruatis ſeruandis.
Datum Parmæ die 12. Maij 1618.

D. Andreas à Panormo Scriba Capituli.

PERMISSIO.

PRæſens opus, Triumphus Catholicæ Veritatis aduerſus omnes hæreſes ab initio naſcentis Eccleſiæ, ad hæc vſque tempora glorioſè, ac feliciter deportatus (auctore D. Ambroſio à Mediolano de Ruſconibus de Cumis Monacho Caſſinenſi) inſcriptum legi, & omni diligentia examinaui, nec quidquam in ipſum reperi Sacris legibus repugnare; quin potius fidei conſentaneum, Principibus delectabile, ac omnibus perutile adinueni.
Datum Venetijs, die 1. Nouemb. 1618.

F. Io. Ludouicus Secch. Sac. Theolog. Lect. & Commiſſ. Inq. Venet.

Digitized by Google

DE TRIVMPHO CATHOLICÆ VERITATIS.

D. Auguſtini Lampugnani Monachi Caſſin.

Epigramma.

ALMA fides Chriſti lux eſt, eſt hæreſis vmbra,
Illa homini vitam, parturit iſta necem.
Labitur illa ſinu magni Rectoris Olimpi,
Tartarea Ditis ſurgit at iſta domo.
Vt Solem nequeunt tenebræ fædare micantem,
Quin illo potius vix Oriente ruunt;
Impia ſic toto, quæ ſparſerat, hæreſis, orbe,
Dogmata falſa Dei pagina ſacra necat.

Digitized by Google

AD LECTOREM
DVLCIS ADMONITIO.

VM animi mei finis in omnibus lucubrationibus, deſſatigationibusq. nil aliud fuerit, quam auxilium præſtare fidelibus; & ne ob celſitudinem ingenij tui, præexcelſiq. intellectus (prudens, ac ingenioſe lector) noſtrum opus, tantuſq. labor à fine fruſtretur ſuo, ingrati animi cauſa, cum neglecti officij culpa grauis admodum, ac odioſa mihi ſit; & ne pro eo, vt me diligeres detrahas; ſed è contra meis in te meritis reſpondeas, & officia meà tuis officijs compenſes; atque verbum ex ore tuo nullum exeat, niſi meo cum honore coniunctum, vt merito de te dicere poſſim, multiplicaſti magnificentiam tuam, & conuerſus conſolatus es me: duo hæc tuis oculis præferenda cenſui, vt cenſura careant. Primo rogo, ne nobiles tuæ mentis partes horreſcant ſermone inculto, humiliq. ſtylo, quia hoc totum ad induſtriam effectum eſt; cum tot ſceleroſi, infames, & nefarij homines indigni memoria ſint, ne alicuius ſtructuræ noſtri perornati ſermonis, modiq. dicendi ad memoriam habeantur munere digni. Qui fuerunt (vt inquit Apoſtolus Iudas) in epulis, ſcilicet in opinionibus ſuis, maculæ conuiuantes, ſemetipſos paſcentes, vt mercenarij non introeuntes per oſtium in ouile ouium, ſed aliunde; ideo fures. Nubes ſine aqua, quæ à ventis circunferuntur, hoc eſt ſine vtilitate; & ob eorum inconſtantiam agitati ab omni vento doctrinæ. Arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ, quia non poteſt arbor mala bonus fructus facere. Fluctus feri maris deſpumantes ſuas confuſiones. Sydera errantia, quia nunquàm fixi in bono, & ſtultus, vt Luna mutatur, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum; nam adducti ſunt à Domino cum operantibus iniquitatem. Secundo ne tibi videar à ratione alienum committere in temporum aſſignatione, quia tempus non adnotandum præcipue duxi, quo quiſq. hæreticus in hanc lucem venerit, aut quando vitam commutauerit cum morte; ſed poſtquam in diuerſis diuerſa lectitabam; & quando videbatur mihi impietas impij magis extolli, & ſuperexaltari ſuper Cedros Libani, quando magis accuebant linguas ſuas ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labijs eorum; quando magis tendebant arcum ſuum parantes ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittarent in obſcuro rectos cor- [illegible], in hoc tam perdito temporum ſtatu eos collocandos fore exiſtimaui. ò bone Deus, egredere in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo;

Iudas Apoſt.

percute

percute caput de domo impij; denuda fundamentum eius vſque ad collum; maledic ſceptris eius capiti bellatorum eius venientibus vt turbo ad diſpergendam Eccleſiam tuam; & ſagittæ paruulorum fiant plagæ eorum; & infirmentur contra eos linguæ ipſorum, arcusq. eorum confringatur. Hoc ſit tibi argumentum beneuolentiæ meæ, & teſtimonium indicij grati animi. Vale.

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICVS TITVLORVM

A

Adoratio carte 1
Abſolutio 4
Adam, & Eua 7
Adulterium 14
Angelus 14
Anima 15
Annus 29
Apoſtoli 30
Aqua 33

B

Baptiſmus 35
Beatitudo 51
Bellum 60
Benedictio 62
Beſtia, Brutum 62

C

Calceamentum 64
Cantus 63
Caput 65
Caracter 65
Corpus humanum 66
Certitudo 67
Cibus 67
Circunciſio 69
Chriſtus 69
Concilium 89
Coitus 90
Confeſſio 95
Confirmatio 99
Conſilium 101
Contritio 101
…rrectio 102
…tura 103
104

D

Decima 104
Deus 105
Diabolus 119

E

Eccleſia 120
Eleemoſina 125
Epiſcopus 126
Euangelium 128
Euchariſtia 131
Eunuchus 143
Excommunicatio 144
Exorciſmus 145

F

Fatum 147
Fides 148
Fiducia 150
Fornicatio 151
Futurum contingens 152

G

Gratia 152

H

Haereticus 157
Horæ canonicæ 158

I

Idolatria 159
Ieiunium 160
Imago 163
Indulgentia 166
Infernus 167
Inimicus 169
Iniuria 169
Ioannes Baptiſta 170
Iudas 170
Iudicium 171

Index Titulorum.

Index 172
Iuramentum 173
Iuſtus 175

L

LAbor 176
Lex 178
Libertas 179
Lingua 181

M

MAlum 182
Maria Virgo 185
Martyrium 187
Matrimonium 189
Melchiſedech 189
Mendacium 190
Mendicitas 191
Meritum 191
Miraculum 192
Miſſa 193
Monachatus 195
Mulier 196
Mundus 197

N

NVditas 200
Nuptiæ 201

O

OBedientia 205
Occidere 206
Opera 207
Oratio 211
Ordo ſacramentum 213

P

PApa 214
Paſcha 219
Paupertas 220
Peccatum 223
Peregrinus 230
Pœnitentia 231
Poteſtas 233
Præceptum 234
Prædeſtinatio 236
Prædicatio 237
Præſcientia 238
Propheta 239
Purgatorium 240

R

REgnum Dei 243
Reliquiæ ſanctorum 243
Reſtitutio 245
Reſurrectio 246

S

SAcerdotium 250
Sacramenta 255
Sancti 256
Satiſfactio 258
Scriptura Sacra 258
Scientia 261
Sepultura 261
Silentium 262
Simonia 263
Spes 264
Studia generalia 264
Subditus 265
Suffragia defunctorum 266

T

TEmplum 266
Tentatio 268
Terra 268
Timor Dei 269
Tyrannus 270

V

VErecundia 271
Vinum 271
Virginitas 272
Vnctionis extremæ ſacramentum. 273
Votum 274
Vſura 27[illegible]

IND

INDEX HÆRESVM,

Quæ in hoc Opere continentur.

QVod Crux non ſit adoranda. pagina 1
Quod Euchariſtia non ſit adoranda. 3
Quod pœnitens ſola fide à peccatis abſoluatur. 4
Quod puer æquè, ac Papa a peccatis abſoluat. 6
Quod Adam, & Eua ſint perpetuo infernum detruſi, ob peccatum inobedientiæ. 7
Quod Adam, & Eua poſt peccatum amiſerint Dei imaginem. 8
Quod Adam ſi in innocentia permanſiſſet nunquam coiturum ob humanam ſpeciem propagandam. 10
Quod Adam mortuus eſt lege naturæ. 11
Quod Adam, & Eua ante peccatum erant cęci. 12
Quod Eua non eſt de coſta Adam; ſed ſimul cum Adam de limo terræ. 13
Quod matrimonium ęquè contractum, & conſummatum poteſt diſſolui ob coniugis adulterium. 14
Quod Angeli non ſint à Deo creati. 14
Quod Anima rationalis non ſit forma corporis humani. 15
Quod ſpiraculum, quod Deus ſpirauit in Adam non ſit anima. 16
Quod anima Adæ prius ſit creata, deinde corpus formatum. 17
Quod anima ſit ſubſtantia Dei. 19
Quod animæ non creentur à Deo. 22
Quod animæ peſſimorum hominum conuertantur poſt mortem in Dæmones, & bruta animalia. 25
Quod anima hominis in morte ſimul cum corpore corrumpatur. 25
Quod anima poſt mortem tranſeat de corpore in corpus. 26
Quod animæ antequam in corporibus infundantur, peccauerint; ideo in pœnam eſſe in corporibus incluſas. 28
Quod ſit incertus numerus annorum ab origine mundi. 29
Quod Apoſtoli prædicauerint Euangelium ſolum litteraliter. 30
Quod Apoſtoli neque receperint, neque habuerint pecuniam, nec quid in craſtinum ſeruauerint. 31
Quod aqua non ſit a Deo creata. 33
Quod aqua benedicta nil valoris ſit. 33
Quod Baptiſmus fiat ſpiritu, & igne. 35
Quod forma Baptiſmi Matth. vlt. non ſit vera forma. 36
Quod mortui baptizandi ſint. 39
Quod Baptiſmus nullam vim habeat. 41
Quod pueris vſu rationis carentibus nil proſit Baptiſmus. 42
Quod baptizati iuxta forma Eccleſiæ Romanæ ſint rebaptizandi. 44
Quod non poſſit conferri alicui Baptiſma, niſi ei etiam conferatur ſacramentum Euchariſtiæ. 46

b 2 Quod

Index Hæreſum.

Quod Baptiſmus recipi debeat ſine mixtura olei ſacri. 47
Quod pueri careant peccato originali. 48
Quod non detur Baptiſmus in voto. 50
Quod nullum peccatum præter originale per Baptiſmum tollatur. 50
Quod Baptiſmus aquæ ceſſauerit, & mutatus ſit in Baptiſmum ſanguinis. 51
Quod beati non videant eſſentiam Dei. 52
Quod beatitudo conſiſtat in delicijs carnis. 54
Quod beatitudo, vti miſeria, non ſit perpetua. 56
Quod homo in hac vita aſſequi poſſit veram beatitudinem. 57
Quod omnis intellectualis anima ſe ipſa ſit beata. 58
Quod ante diem Iudicij nulla anima ſit beata. 58
Quod omnes beati ſint pares in gloria. 59
Quod non liceat facere bellum. 60
Quod non liceat facere bellum cum Turcis. 61
Quod benedictiones Eccleſiæ nullius ſint valoris. 62
Quod beſtiæ ſint capaces rationis. 62
Quod cantus in Eccleſia nullius ſit virtutis. 63
Quod non liceat vti calceamentis. 64
Quod in Eccleſia non ſit vnum caput. 65
Quod in nullo ſacramento imprimatur caracter. 65
Quod corpus ſua natura ſit malum. 66
Quod Imago Dei ſit in corpore hominis. 66
Quod non liceat veſci carnibus. 67
Quod diebus ab Eccleſia vetitis liceat veſci carnibus. 68
Quod in lege noua admittatur Circuncilio. 69
Quod Chriſtus ſolam habuerit naturam humanam. 69
Quod Chriſtus ſolam habuerit naturam diuinam. 74
Quod Chriſtus, vti duas naturas, ita duas perſonas habuerit. 77
Quod Chriſtus ſolam habuerit naturam, & perſonam diuinam. 80
Quod Chriſtus ſolum corpus non animam habuerit. 83
Quod Chriſtus ſolum vnam voluntatem habuerit. 84
Quod non Chriſtus, at Simon Cyreneus fuerit crucifixus. 85
Quod ſalus a Chriſto haberi non poſſit. 86
Quod in Chriſto non fuerit ſpiritum timoris Domini. 87
Quod Chriſtus adhuc viuens lanceatus fuerit. 87
Quod Chriſtus non reſurrexerit. 88
Quod Chriſtus aſcenderit in cœlum ſine carne. 88
Quod Concilia rite congregata nullius ſint valoris. 89
Quod vſus fœminarum ſit communis. 90
Quod copula carnalis in vniuerſum non ſit licita. 95
Quod coitus non ſit peccatum, bene oſculum. 95
Quod confeſſio ſit humanum inuentum. 95
Quod non ſit neceſſarium confiteri peccata ſacerdoti, ſed ſoli Deo. 96
Quod confeſſio ſit ſuperflua; ſi adeſt contritio. 9[illegible]
Quod non ſit neceſſaria examinatio ſuæ cõſcientiæ ante confeſſionẽ [illegible]
Quod confeſſio ſit nullius valoris. [illegible]

Qu

Index Hæreſum.

Quod confeſſio non ſit ſacramentum. 97
Quod confirmatio non ſit ſacramentum. 99
Quod conſilium, & præceptum idem ſint. 101
Quod contritio ſit nullius valoris. 101
Quod ſubditi pro libito poſsint corrigere ſuos ſuperiores. 102
Quod creaturæ non ſint factæ a Deo. 103
Quod creaturæ ex ſe malæ ſint. 104
Quod Crux Saluatoris non ſit adoranda. 104
Quod decimæ non ſint ſacerdotibus dandæ. 104
Quod dentur plures Dij. 105
Quod Deus ſit corporeus. 107
Quod Deus ſit mendax. 108
Quod Deus non poſsit facere res aliter quam fecit. 109
Quod non ſint tres perſonæ in diuinis. 109
Quod perſonæ diuinæ ſint inequales. 110
Quod filius Dei non ſit verbum. 113
Quod filius Dei ignoret vltimum diem. 114
Quod filius non videat Patrem; nec Spiritusſanctus filium. 115
Quod Spiritusſanctus ſit creatura. 116
Quod Spiritusſanctus ſit anima mundi. 117
Quod Spiritusſanctus non procedat à Patre, & Filio. 117
Quod perſonæ diuinæ circa proprietates negligendæ ſint. 118
Quod Diabolus ſua natura ſit malus. 119
Quod Diabolus ſit aliquando ab inferno liberandus. 120
Quod Diaboli tentationes fiant in nobis contactu lapidum, & herbarum. 120
Quod ſoli boni, non mali in Eccleſia contineantur. 120
Quod Eccleſia poſſit errare. 123
Quod Epiſtolæ decretales nil valeant. 123
Quod homines Eccleſiaſtici non poſſint diuitias poſſidere. 124
Quod non liceat facere eleemoſynam fratribus mendicantibus. 125
Quod Eleemoſinarij, licet peccatores ſaluentur. 126
Quod Epiſcopus non ſit ſuperior ſimplicis Sacerdotis. 126
Quod Epiſcopus peccans amittat Epiſcopatum. 128
Quod Chriſti Euangelium ceſſauerit. 128
Quod Euangelium litteraliter tantum ab Apoſtolis fuerit prædicatum. 129
Quod Euangelium non ſit lex. 129
Quod ex pane non poſsit confici ſacramentum Euchariſtiæ. 131
Quod ex Azymo non poſsit confici corpus Chriſti. 131
Quod modum conſecrandi Eccleſiæ Romanæ non ſit verum modum. 132
Quod corpus, & ſanguis Chriſti realiter non contineantur ſub ſpeciebus panis, & vini. 133
Quod poſt conſecrationem remaneat eadem ſubſtantia panis. 135
Quod in calice pro conſecratione ſola aqua ſit apponenda. 136
Quod aqua non ſit vino miſcenda in conſecratione. 136

Quod

Quod ſacramentum Euchariſtiæ non proſit, nec obſit ſumentibus. 137
Quod ſacramentum Euchariſtiæ maiorem habeat vim feria quinta maioris hebdomadæ. 138
Quod ſacramentum Euchariſtiæ ſumi poſsit ſine confeſsione. 139
Quod peccatores non ſacramentum, ſed panem ſumant. 140
Quod corpus Chriſti non ſit in Euchariſtia niſi in vſu. 140
Quod omnes fideles ſumere debeant ſacramentum Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie. 142
Quod omnes Chriſti fideles debeant ſe caſtrare. 143
Quod cenſuræ nullius ſint valoris. 144
Quod omnes benedictiones quas facit Eccleſia ſint ſpernendę. 145
Quod hominum actiones fato aſcribantur. 147
Quod nil credendum ſit, quod excedat noſtri intellectus virtutem. 148
Quod habentes ſolam fidem ſaluentur. 149
Quod fides amittatur per quodlibet peccatum mortale. 150
Quod fiducia gratiæ, vel gloriæ aſſequendæ non debeatur collocari in noſtris operibus. 150
Quod ſimplex fornicatio non ſit peccatum. 151
Quod omnia fiant neceſsitate abſoluta. 152
Quod ſine Chriſti gratia homo poſsit Chriſti præcepta adimplere, & vitam æternam conſequi. 152
Quod gratia ſemel in baptiſmo accepta amplius amitti non poſſit. 154
Quod homo iuſtus ſcit ſe eſſe in gratia. 154
Quod omnes hæretici bene ſentiant. 157
Quod hæretici non ſint pœna corporali puniendi. 158
Quod quomodo libet lætaliter peccantes ſint hæretici dicendi. 158
Quod in decantandis horis canonicis tempus teratur. 158
Quod ſerpens, qui decepit primos parentes fuerit Chriſtus. 159
Quod ieiunium ſit nullius valoris. 160
Quod ieiunium debeat eſſe voluntarium. 162
Quod homo perfectus non obligatur ad ieiunium. 163
Quod imagines Dei, & Sanctorum non ſint venerandæ. 163
Quod imago Dei ad quam factus eſt homo ſit in corpore, non in anima. 166
Quod indulgentiæ ſint contemnendæ. 166
Quod non detur infernus. 167
Quod pœna inferni non ſit perpetua. 168
Quod Chriſtus ad infernum non deſcenderit. 168
Quod inimicus poſſit bona conſcientia decipi. 169
Quod non liceat Chriſtianis coram iudice petere reparationem iniurię. 169
Quod Ioannes Baptiſta fuerit damnatus. 170
Quod ſcelus Iudæ optimum fuerit. 170
Quod nullum futurum ſit iudicium. 171
Quod iudicium iam factum ſit. 172
Quod nullus Iudex poſſit aliquem damnare. 1[illegible]
Quod nullus Chriſtianus poſſit iurare. 1[illegible]

Quo

Quod licitum ſit periurium. 174
Quod iuſtificati per Baptiſmum non poſſint amplius peccare. 175
Quod iuſti in omni opere bono peccent. 175
Quod omnis homo iuſtus ſit certus de ſua iuſtificatione. 175
Quod labor manuum non liceat monachis. 176
Quod omnes monachi ſint obligati ad opus manuum. 177
Quod lex vetus ſit ſeruanda cum Euangelio. 178
Quod lex vetus ſit mala. 178
Quod omnis homo in ſua lege poſſit ſaluari. 179
Quod non detur liberum hominis arbitrium. 179
Quod poſt deperditam gratiam homo nil aliud facere poſſit quam peccatum. 180
Quod homo poſt receptam gratiam baptiſmatis non poſſit amplius peccare. 181
Quod ante ædificationem turris Babel diuerſum fuerit labium. 181
Quod Deus faciat malum. 182
Quod aliquæ creaturæ ex ſe malæ ſint. 183
Quod Deus non faciat aliquod malum qualecunque illud ſit. 184
Quod mali Reges, & Prophetæ mali a Deo ſint. 185
Quod Beata Virgo Maria poſt Chriſti natiuitatem carnaliter fuerit cognita a Ioſeph. 185
Quod Beata Virgo Maria non Chriſti, ſed alicuius hominis iuſti ſit mater. 186
Quod tempore perſequutionis liceat negare Chriſtum. 187
Quod interimente ſe ob aliquod peccatum dicuntur martyres. 187
Quod ſe occidentes vel per ſe, vel per alios dicuntur martyres. 188
Quod Melchiſedech fuerit Chriſtus. 189
Quod liceat mentiri etiam cauſa humilitatis. 190
Quod illicita ſit mendicitas. 191
Quod nullum ſit hominis meritum ad gloriam aſſequendam. 192
Quod homo ſine gratia Dei poſſit aſſequi vitam æternam. 192
Quod in Eccleſia nulla verè miracula fiant. 192
Quod Miſſa non ſit fundata in Euangelio. 193
Quod Miſſa non ſit ſacrificium. 194
Quod Miſſa non poſſit offerri pro peccatis. 195
Quod monachi omnes ſint inuenti a malo dæmone. 195
Quod mulier poſſit promoueri ad ſacerdotium. 196
Quod materia ex qua mundus eſt factus ſit Deo coæterna. 197
Quod mundus nunquam finietur. 198
Quod mundus non a Deo, ſed ab Angelis ſit factus, & creatus. 198
Quod mundus a pluribus Dijs ſit creatus. 199
Quod mundus poſt mortuorum reſurrectionem ſit manſurus in eodem ſtatu. 199
Quod omnes homines debeant nudi progredi. 200
Quod nuptiæ ſint illicitæ. 201
uod non ſint concedendæ ſecundæ nuptiæ. 202
od in nuptijs non ſit ſacramentum. 203

Quod

Index Hæreſum.

Quod licitum ſit tenere duas vxores matrimonio copulatas. 204
Quod fœdus nuptiarum poſſit pro libito coniugum diſſolui. 204
Quod virginitas æquetur nuptijs. 205
Quod non ſit præſtanda obedientia legitimis ſuperioribus. 205
Quod Iudex competens non poſſit aliquem ad mortem damnare. 206
Quod homines poſſint ſe ipſos occidere, vt martyres euadant. 207
Quod poſſit occidi tyrannus per inſidias, etiam ſub fide data. 207
Quod omnia opera bona ab homine facta ſint peccata. 207
Quod nullum opus ſit bonum niſi fiat puro corde. 209
Quod homines perfecti non debeant bene operari. 209
Quod nullum opus bonum humanum ſit vitæ æternæ meritorium. 210
Quod ſola oratio ſit ſufficiens ad vitam æternam aſſequendam. 211
Quod nunquam ſit ceſſandum ab oratione. 211
Quod oratio prorſus inutilis ſit. 212
Quod non ſit orandum pro ſingulari perſona. 213
Quod ordo nec ſit ſacramentum, nec gratiam conferat. 213
Quod Papæ poteſtas nulla ſit. 214
Quod Papam nullam extra ſuam diœceſim habeat poteſtatem. 216
Quod Papæ poteſtas pendeat ex ſanctitate. 219
Quod Paſcha ſemper celebrari debeat decimaquarta luna, quacunque die venerit. 219
Quod nemo poſſit peruenire ad regnum cœlorum niſi ſit pauper. 220
Quod paupertas omnia peccata deleat. 221
Quod paupertas ſit inutilis. 221
Quod viri Eccleſiaſtici debeant eſſe contenti ſola eleemoſyna. 222
Quod non detur peccatum originale. 223
Quod omnes homines ob peccatum originale ante Chriſti aduentum fuerint damnati. 224
Quod peccatum non ſit a libero hominis arbitrio, ſed a Dæmone. 224
Quod opus recte factum ſit peccatum. 225
Quod nullum peccatum ſit imputandum homini habenti fidem. 225
Quod dentur aliqua peccata irremiſſibilia. 226
Quod nullum capitale peccatum ſit tollerandum. 226
Quod omnia peccata ſint paria. 227
Quod ſemel iuſtificati non poſsint amplius peccare. 227
Quod nullum ſit peccatum niſi incredulitas. 228
Quod nulla ſit differentia inter peccatum mortale, & veniale. 228
Quod differentia peccati mortalis, & venialis ſit ignota. 229
Quod non ſit impendenda Peregrinis humanitas. 230
Quod non ſint tres partes pœnitentiæ. 231
Quod pœnitentia orta cauſa gehennæ ſit inutilis. 232
Quod ſemel lapſi in peccatum quamquam pœnituerint, nunquam ſint veniam conſequuturi. 232
Quod omnis poteſtas tam laicalis, quàm eccleſiaſtica per peccatum amittatur. 23[illegible]
Quod in lege Euangelica nullum ſit præceptum. [illegible]
Quod nullum ſit diſcrimen inter præceptum & conſilium.

Qu

Index Hæreſum.

Quod nullum detur bonum, niſi quod a Deo præcipitur. 235

Quod quæ a Deo nobis præcipiuntur ſint impoſſibilia. 236

Quod piè viuentibus non proſcit labor bonorum operum, niſi a Deo ſint ordinati ad vitam æternam. 236

Quod homo poſſit ſcire ſe eſſe prædeſtinatum ſine Dei auxilio. 237

Quod omnes Chriſtiani poſsint pro libito prædicare. 237

Quod Deus non per ſe, ſed per Dæmonem habeat præſcientiam alicuius mali. 238

Quod Prophetę fuerint contrario ſpiritu inſpirati. 239

Quod Prophetę fuerint arreptitij. 239

Quod non detur Purgatorium. 240

Quod animę in purgatorio poſsint mereri, & demereri. 241

Quod animę in purgatorio non ſint de ſua ſalute ſecurę. 241

Quod animę in purgatorio ſine intermiſsione peccent. 242

Quod regnum Dei poſt reſurrectionem ſit futurum terrenum. 243

Quod reliquię Sanctorum non ſint venerandę. ibid.

Quod non ſit facienda reſtitutio rei furto ablatæ. 245

Quod non ſit futura carnis reſurrectio. 246

Quod corpus noſtrum in reſurrectione ſit futurum impalpabile, & inuiſibile. 247

Quod poſt reſurrectionem corpora iterum futura ſint mortalia. 248

Quod Chriſtus die Sabbati reſurrexerit. 249

Quod omnes in ſexu virili reſurrecturi ſint. 249

Quod omnes Chriſtiani æqualiter ſint ſacerdotes. 250

Quod omnes ſacerdotes ſint pares epiſcopis. 251

Quod ſacerdotes per peccatum mortale amittant poteſtatem. 252

Quod ſacerdotes non debeant eſſe cœlibes. ibid.

Quod infimus quique ſacerdos poſſit exercere munus epiſcopale. 254

Quod ſacramenta omnia nullius ſint valoris. 255

Quod in nullo ſacramento imprimatur caracther. 256

Quod Sancti non ſint orandi. ibid.

Quod non detur ſatisfactio. 258

Quod teſtamentum vetus nil valeat. 258

Quod libri Machabæorum non ſint legitimi. 259

Quod omnia Euangelia, præter Lucæ Euangelium, nil valeant. ibid.

Quod omnia Euangelia, præter Euangelium Matthæi, reijcienda ſunt. ibid.

Quod acta Apoſtolorum non ſint libri canonici. ibid.

Quod Epiſtolæ D. Pauli non ſint legitimæ. ibid.

Quod Epiſtola D. Iacobi ſit negligenda. 260

Quod Euangelium, & Apocalypſis Ioannis non ſint Ioannis. ibid.

Quod omnes ſcientiæ ſpeculatiuæ ſint erroribus plenæ. 261

Quod locus ſacer nil præbeat auxilij mortuis. ibid.

Quod ſemper ſilendum ſit. 262

Quod dona ſpiritualia precio ſint comparanda. 263

...d ſpes non procedat ex meritis. 264

...d ſtudia generalia ab Eccleſia ſint tollenda. ibid.

Quod ſubditi poſſint ſuperiores ſuos corrigere. 265
Quod ſuffragia facta pro defunctis nil eis proſint. 266
Quod Dei templa conſecrata ſint contemnenda. ibid.
Quod Diabolus nos tentet contactu lapidum, vel herbarum. 268
Quod terra Deo ſit coæterna. ibid.
Quod timor Dei ſeruilis ſit omnino inutilis. 269
Quod timor Domini non ſit in futuro ſæculo. ibid.
Quod Tyrannus ſit occidendus etiam ſub fide data. 270
Quod de quacunque re nobis a natura donata non ſit nobis erubeſcendum. 271
Quod non ſit vnquam bibendum vinum. ibid.
Quod Virginitas non ſit maioris meriti, quàm ſint coniugia. 272
Quod ſacramentum extremæ vnctionis non proſit infirmis. 273
Quod omnia debeant cum libertate fieri. 274
Quod omnia vota fieri debeant ex Dei præcepto. 276
Quod vſuræ ſint licitæ. ibid.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDE

INDEX AVCTORVM
ALPHABETICVS.

Earum nempe hæreſum, quæ in hoc opere continentur; Quo namque tempore ſua venena diſſeminabant.

A

Achacius.	*anno ſalutis*	340.	*ſub Iulio I.*
Acephali.	*anno ſalutis*	434.	*ſub Siſto III.*
Adamiani.	*anno ſalutis*	36.	*ſub Petro Apoſt.*
Aerius.	*anno ſalutis*	354.	*ſub Liberio.*
Aetius.	*anno ſalutis*	359.	*ſub Liberio.*
Albanenſes.	*anno ſalutis*	277.	*ſub Eutichiano.*
Albigenſes.	*anno ſalutis*	1178.	*ſub Alexandro III.*
Almericus.	*anno ſalutis*	1200.	*ſub Innocentio III.*
Anabaptiſtæ.	*anno ſalutis*	1302.	*ſub Clemente V.*
Andreas Oſſiander. Andreas Carolſtadius.	*anno ſalutis*	1530.	*ſub Clemente VII.*
Apelles.	*anno ſalutis*	146.	*ſub Teleſphoro.*
Apolinaris filius.	*anno ſalutis*	371.	*ſub Damaſo I.*
Apolinaris Pater.	*anno ſalutis*	350.	*ſub Iulio I.*
Apoſtolici.	*anno ſalutis*	260.	*ſub Siſto II.*
Arabici.	*anno ſalutis*	249.	*ſub Teleſphoro.*
Armeni.	*anno ſalutis*	455.	*ſub Leone I.*
Arnoldus.	*anno ſalutis*	1139.	*ſub Innocentio II.*
Arrius.	*anno ſalutis*	315.	*ſub Sylueſtro I.*
Arthemon.	*anno ſalutis*	196.	*ſub Victore I.*
Audeus.	*anno ſalutis*	341.	*ſub Iulio I.*

B

Balthaſar Hiebmaier.	*anno ſalutis*	1534.	*ſub Paulo III.*
Bardeſanes.	*anno ſalutis*	186.	*ſub Eleutherio.*
Baſilides.	*anno ſalutis*	74.	*ſub Lino.*
Baſſus.	*anno ſalutis*	120.	*ſub Euariſto.*
Begardi. Beguinæ.	*anno ſalutis*	1300.	*ſub Clemente V.*
Berengarius.	*anno ſalutis*	1028.	*ſub Ioanne XX.*
…ſtus.	*anno ſalutis*	180.	*ſub Eleuterio.*
…aurius.	*anno ſalutis*	1006.	*ſub Ioanne XIX.*

Digitized by Google

Index Auctorum.

C			
CArpocrates.	anno ſalutis	36.	ſub Petro Apoſt.
Caſſianus.	anno ſalutis	430.	ſub Celeſtino I.
Cathariſtæ.	anno ſalutis	277.	ſub Eutichiano.
Cataphryges.	anno ſalutis	173.	ſub Aniceto.
Cerdon.	anno ſalutis	146.	ſub Teleſphoro.
Circuncelliones.	anno ſalutis	321.	ſub Sylueſtro I.
Claudius Taurinenſis.	anno ſalutis	825.	ſub Eugenio II.
Cerinthus.	anno ſalutis	41.	ſub Petro Apoſt.
Coluthus.	anno ſalutis	319.	ſub Sylueſtro I.
D			
DEſiderius Rex Long.	anno ſalutis	756.	ſub Stefano III.
Dioſcorus.	anno ſalutis	449.	ſub Leone I.
Diotrephes.	anno ſalutis	75.	ſub Lino.
Donatus.	anno ſalutis	313.	ſub Melchiade.
E			
EBion.	anno ſalutis	74.	ſub Lino.
Eluidius.	anno ſalutis	355.	ſub Liberio.
Eunomius.	anno ſalutis	381.	ſub Damaſo I.
Euſtachius.	anno ſalutis	341.	ſub Iulio I.
Eutiches.	anno ſalutis	448.	ſub Leone I.
Eutichius.	anno ſalutis	564.	ſub Ioanne III.
F			
FAuſtus. Fœlix.	anno ſalutis	404.	ſub Innocentio I.
Fœlix Vrgelitanus.	anno ſalutis	708.	ſub Syſinio.
Flagellantes.	anno ſalutis	1272.	ſub Benedicto XII.
Florinus.	anno ſalutis	180.	ſub Eleuterio.
Fraticelli.	anno ſalutis	1294.	ſub Bonifacio VIII.
G			
GErardus.	anno ſalutis	1300.	ſub Clemente V.
Gnoſtici.	anno ſalutis	68.	ſub Petro Apoſt.
Græci.	anno ſalutis	455.	ſub Leone I.
Gulielmus S. Amandi.	anno ſalutis	1259.	ſub Alexandro IV.
Gulielmus Antuerpienſis.	anno ſalutis	1334.	ſub Clemente VI.
H			
HEnricus.	anno ſalutis	1149.	ſub Eugenio III.
Hermanus Riſuich.	anno ſalutis	1512.	ſub Iulio II.
Hermanus Ferrarienſis.	anno ſalutis	1294.	ſub Bonifacio VIII.
Hermias.	anno ſalutis	170.	ſub Aniceto.
Hilarius.	anno ſalutis	334.	ſub Sylueſtro I.
Hierax.	anno ſalutis	278.	ſub Caio.

H

Hymeneus.	*anno ſalutis*	43.	*ſub Petro Apoſt.*
I			
Iacobus Syrus.	*anno ſalutis*	452.	*ſub Leone I.*
Ioachim Abbas.	*anno ſalutis*	1190.	*ſub Clemente III.*
Ioannes Brentius.	*anno ſalutis*	1540.	*ſub Paulo III.*
Ioannes Caluinus.	*anno ſalutis*	1534.	*ſub Clemente VII.*
Ioannes Oecolampadius.	*anno ſalutis*	1525.	*ſub Clemente VII.*
Ioannes Gerſon.	*anno ſalutis*	1410.	*ſub Ioanne XXIV.*
Ioannes Hieroſolymitanus	*anno ſalutis*	392.	*ſub Syricio.*
Ioannes Huß.	*anno ſalutis*	1413.	*ſub Ioanne XXIV.*
Ioannes Paruus.	*anno ſalutis*	1400.	*ſub Gregorio XII.*
Ioannes de Rochceſana.	*anno ſalutis*	1425.	*ſub Martino V.*
Ioannes Spangebergus.	*anno ſalutis*	1536.	*ſub Clemente VII.*
Ioannes Volfangus.	*anno ſalutis*	1524.	*ſub Clemente VII.*
Ioannes de Vueſtphalia.	*anno ſalutis*	1470.	*ſub Paulo II.*
Ioannes Vuicleph.	*anno ſalutis*	1380.	*ſub Vrbano VI.*
Iouinianus.	*anno ſalutis*	380.	*ſub Damaſo.*
L			
Lolardi.	*anno ſalutis*	1450.	*ſub Nicolao V.*
Lucifer.	*anno ſalutis*	371.	*ſub Liberio.*
Lutherus.	*anno ſalutis*	1517.	*ſub Leone X.*
M			
Macedonius.	*anno ſalutis*	341.	*ſub Iulio I.*
Macharius.	*anno ſalutis*	680.	*ſub Agathone.*
Manes.	*anno ſalutis*	277.	*ſub Eutichiano.*
Marcion.	*anno ſalutis*	158.	*ſub Pio I.*
Marcus.	*anno ſalutis*	155.	*ſub Iginio.*
Marc. Anton. de dominis.	*anno ſalutis*	1616.	*ſub Paulo V.*
Marſilius.	*anno ſalutis*	1307.	*ſub Ioanne XXII.*
Martinus Butzerus.	*anno ſalutis*	1530.	*ſub Clemente VII.*
Menander.	*anno ſalutis*	74.	*ſub Lino Papa.*
Meſſaliani.	*anno ſalutis*	375.	*ſub Damaſo.*
Montanus.	*anno ſalutis*	173.	*ſub Aniceto.*
N			
Nazaræi.	*anno ſalutis*	74.	*ſub Lino.*
Neſtorius.	*anno ſalutis*	430.	*ſub Cæleſtino I.*
Nicolaus Diaconus.	*anno ſalutis*	68.	*ſub Petro Apoſt.*
Nicolaus Galecus.	*anno ſalutis*	1431.	*ſub Eugenio IV.*
Noetus.	*anno ſalutis*	260.	*ſub Siſto II.*
Nouatus.	*anno ſalutis*	254.	*ſub Cornelio.*
O			
Origenes.	*anno ſalutis*	231.	*ſub Vrbano I.*

Digitized by Google

P

PApius.	anno ſalutis	118.	ſub Euariſto.
Paulus Samoſatenus.	anno ſalutis	266.	ſub Dionyſio I.
Pelagius.	anno ſalutis	405.	ſub Innocentio I.
Petrus Abailardus.	anno ſalutis	1140.	ſub Innocentio II.
Petrus de Bruis.	anno ſalutis	1126.	ſub Honorio II.
Petrus Dreſenſis.	anno ſalutis	1428.	ſub Eugenio IV.
Petrus Gnafeus.	anno ſalutis	471.	ſub Simplicio.
Petrus Ioannes.	anno ſalutis	1199.	ſub Clemente V.
Petrus Aſmenſis.	anno ſalutis	1474.	ſub Siſto IV.
Phyletus.	anno ſalutis	43.	ſub Petro Apoſt.
Phylippus Melanction.	anno ſalutis	1530.	ſub Paulo III.
Photinus.	anno ſalutis	357.	ſub Liberio.
Phylaſtrius.	anno ſalutis	384.	ſub Syricio.
Piccardus.	anno ſalutis	1428.	ſub Eugenio IV.
Priſcillianus.	anno ſalutis	381.	ſub Damaſo I.
Proclianitæ.	anno ſalutis	170.	ſub Aniceto.
Ptolomeus.	anno ſalutis	175.	ſub Sothero.

R

Ricardus.	anno ſalutis	1360.	ſub Innocentio VI.

S

SAbas.	anno ſalutis	170.	ſub Aniceto.
Sabellius.	anno ſalutis	260.	ſub Siſto II.
Saturninus.	anno ſalutis	74.	ſub Lino.
Secundus.	anno ſalutis	175.	ſub Sothero.
Seleucus.	anno ſalutis	170.	ſub Aniceto.
Sethiani.	anno ſalutis	68.	ſub Petro Apoſt.
Seuerus.	anno ſalutis	519.	ſub Hormiſda.
Simon Magus.	anno ſalutis	36.	ſub Petro Apoſt.

T

TAtianus.	anno ſalutis	174.	ſub Aniceto.
Tertullianus.	anno ſalutis	215.	ſub Zeferino.
Theodotus Argentarius. / Theodotus Sutor.	anno ſalutis	173.	ſub Aniceto.
Thomas de Vio.	anno ſalutis	1517.	ſub Leone X.

V

VAlentinus.	anno ſalutis	145.	ſub Teleſphoro.
Valeſius.	anno ſalutis	230.	ſub Vrbano I.
Vigilantius.	anno ſalutis	406.	ſub Innocentio I.
Vualdo.	anno ſalutis	1170.	ſub Alexandro III.

Z

ZIſcha.	anno ſalutis	1450.	ſub Caliſto III.
Zuuinglius.	anno ſalutis	1525.	ſub Clemente VII.

FINIS.

Index

Index Primus Alphabeticus Conciliorum, quæ in hoc Opere citantur.

A

AGathenſe.
Antiochenum I.
Antiochenum II.
Antiochenum III.
Aurelianenſe I.
Aurelianenſe II.

B

BRacarenſe I.
Bracarenſe II.

C

CArthaginenſe I.
Carthaginenſe II.
Carthaginenſe III.
Carthaginenſe IV.
Carthaginenſe V.
Carthaginenſe VI.
Carthaginenſe VII.
Clarum Montanum.
Chalcedonenſe.
Conſtantinopolitanum Gener. II.
Conſtantienſe.

E

ELibertinum.
Epheſinum.

F

Florentinum.

G

Gerundenſe.

H

HIeruſalem.
Hiſpalenſe II.

L

LAodiceum.
Lateranenſe ſub Martino I.
Lateranenſe ſub Alexandro II.
Lateranenſe ſub Caliſto II.
Lateranenſe ſub Alexandro III.
Lateranenſe ſub Innocentio III.
Lateranenſe ſub Leone X.
Lugdunenſe.

M

Magonciacum.
Mediolanenſe ſub Syricio.
Mediolanenſe ſub Agathone.
Milleuitanum I.
Milleuitanum II.

N

NEoceſarienſe.
Nicęnum I. Generale.
Nicęnum II.

Q

Quinta Synodus Generalis.

R

ROmanum ſub Cornelio.
Romanum ſub Sylueſtro.
Romanum ſub Syricio.
Romanum ſub Leone I.
Romanum ſub Agathone.
Romanum ſub Gregorio III.
Romanum ſub Damaſo.
Romanum ſub Melchiade.
Romanum ſub Nicolao II.
Rhemenſe ſub Leone III.
Rhemenſe ſub Eugenio III.

S

SArdicenſe.
Sexta Synodus Generalis.

T

TAraconenſe.
Thelenſe.
Toletanum III.
Toletanum IV.
Toletanum V.
Toletanum VI.
Toletanum VIII.
Toletanum XI.
Triburicenſe.
Tridentinum.
Turonenſe.

V

VAlentinum.
Vallenſe.
Veronenſe.
Vercellenſe.
Viennenſe.

INDEX SECVNDVS CONCILIORVM,

Quæ in hoc opere pro hæreſum confutatione adducuntur; vnà cum diligenti temporis celebrationis annotatione.

Titulu[illegible]tio, Hæreſis Prima. pagina 1
Adduc[illegible] Conc. Romanum ſub Gregorio III. & Nicęnum Secundum ſub Adriano I. & denique Conſtantienſe ſub Ioanne XXIV.
Hæreſis Secunda. 3
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Iulio III.
Titulus Abſolutio ; Hæreſis Prima. 4
Adducitur Concilium Tridentinum ſub Iulio III.
Hæreſis Secunda. 6
Adducitur Concilium Tridentinum ſub Iulio III.
Titulus Adam ; Hæreſis Prima. 7
Adducitur Concilium I. generale Nicęnum ſub Sylueſtro I.
Hæreſis Secunda. 8
Adducitur Conc. Romanum ſub Cornelio Papa.
Hæreſis Tertia. 10
Adducitur Concilium Chalcedonenſe generale IV. ſub Leone I. & Lateranenſe ſub Innocentio III.
Hæreſis Quarta. 11
Adducitur Conc. Milleuitanum II. ſub Innocentio I. & Carthaginenſe VII. ſub Zoſimo.
Hæreſis Quinta. 12
Adducitur Conc. Milleuitanum II. ſub Innocentio I.
Hæreſis Sexta. 13
Adducitur conſuetudo, & Eccleſiæ Vniuerſalis definitio.
Titulus Angelus, Hæreſis Vna. 14
Adducitur Conc. Lateranenſe ſub Innocentio III.
Titulus anima ; Hæreſis Prima. 15
Adducitur Conc. Viennenſe ſub Clemente V.
Hæreſis Secunda. 16
Adducitur Conc. Chalcedonenſe generale IV. ſub Leone I.
Hæreſis Tertia. 17
Adducitur Conc. Chalcedonenſe generale IV. ſub Leone I.
Hæreſis Quarta. 19
Adducitur Conc. Bracarenſe ſub Ioanne III.
Hæreſis Quinta. 22
Adducitur Conc. Nicęnum generale I. ſub Syluestro I.

Hæreſis

Hæreſis Sexta. 25
Adducitur Conc. Nicænum generale I. ſub Syluestro I.
Hæreſis Septima. 25
Adducitur Concilium Lateranenſe ſub Leone X.
Hæreſis Octaua. 26
Adducitur Conc. Lateranenſe ſub Alexandro III.
Hæreſis Nona. 28
Adducitur Conc. Bracarenſe I. ſub Ioanne III.
Titulus Apoſtoli; Hæreſis Prima. 30
Adducitur Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III.
Hæreſis Secunda. 31
Adducitur Conc. Viennenſe ſub Clemente V.
Titulus Aqua; Hæreſis Prima. 33
Adducitur Conc. Nicænum generale I. ſub Syluestro I. & Conſtantinopolitanum generale II. ſub Damaſo.
Hæreſis Secunda. 33
Adducitur Conc. Agathenſe ſub Symmacho.
Titulus Baptiſmus, Hæreſis Prima. 35
Adducitur Concil. Florentinum ſub Eugenio IV. & Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Secunda. 36
Adducitur Conc. Nicænum generale I. ſub Syluestro I. & Antiochenum I. & II. ſub Dionyſio I.
Hæreſis Tertia. 39
Adducitur Concilium Carthaginenſe III. ſub Syricio.
Hæreſis Quarta. 41
Adducitur Conc. Florentinum ſub Eugenio IV.
Hæreſis Quinta. 42
Adducitur Conc. Lateranenſe ſub Innocentio III. & Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Sexta. 44
Adducitur Conc. Romanum ſub Cornelio; & I. Nicænum generale ſub Syluestro I. & Carthaginenſe I. ſub Iulio I. & Viennenſe ſub Clemente V. & denique Florentinum ſub Eugenio IV.
Hæreſis Septima. 46
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III. & etiam ſub Pio IV.
Hæreſis Octaua. 47
Adducitur Conc. Laodiceum ſub Liberio, & Lateranenſe ſub Alexandro III.
Hæreſis Nona. 48
Adducitur Concilium Milleuitanum II. ſub Innocentio I. & Conſtantienſe ſub Ioanne XXIV. & denique Trident. ſub Paulo III.
Hæreſis Decima. 50
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Vndecima. 50
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Duodecima. 51

Digitized by Google

Adducitur Conc. Viennenſe ſub Clemente V.
Titulus Beatitudo; Hæreſis Prima. 52
Adducitur Conc. Rhemenſe ſub Eugenio III.
Hæreſis Secunda. 54
Adducitur Conc. Hierufalem ſub Petro Apoſtolo.
Hæreſis Tertia. 56
Adducitur Conc. Romanum ſub Cornelio.
Hæreſis Quarta. 57
Adducitur Conc. Viennenſe ſub Clemente V.
Hæreſis Quinta. 58
Adducitur Conc. Viennenſe ſub Clemente V.
Hæreſis Sexta. 58
Adducitur Conc. Florentinum ſub Eugenio IV.
Hæreſis Septima. 59
Adducitur Conc. Mediolanenſe, & Thelenſe ſub Syricio; & Florentinum ſub Eugenio IV.
Titulus Bellum, Hæreſis Prima. 60
Adducitur Conc. Chalcedonenſe generale IV. ſub Leone I. & Bracarenſe I. ſub Ioanne III.
Hæreſis Secunda. 61
Adducitur Conc. apud Clarum Montem ſub Vrbano II. & Lateranenſe ſub Caliſto II. & Veronenſe ſub Lucio II.
Titulus Beſtia; Hæreſis Vna. 62
Adducitur Conc. Chalcedonenſe generale I. ſub Leone I.
Titulus Cantus, Hæreſis Vna.. 63
Adducitur Conc. Agathenſe ſub Symmacho.
Titulus Calceamentum, Hæreſis Vna. 64
Adducitur Conc. Elibertinum ſub Marcello I.
Titulus Caracter, Hæreſis Vna. 65
Adducitur Conc. Carthaginenſe IV. ſub Zoſimo, & Tarraconenſe ſub Gelaſio, & Floren. ſub Eugenio IV.
Titulus Caro, Hæreſis Prima. 66
Adducitur Concilium Bracarenſe I. ſub Ioanne III.
Titulus Cibus, Hæreſis Prima. 68
Adducitur Conc. Hieruſalem ſub Petro Apoſtolo, & Bracarenſe I. ſub Ioanne III.
Hæreſis Secunda. 69
Adducitur Conc. Toletanum VIII. ſub Martino I.
Titulus Chriſtus; Hæreſis Prima. 74
Adducitur Conc. I. generale Nicænum ſub Sylueſtro I. & Conſtantinopolitanum generale II. ſub Damaſo.
Hæreſis Tertia. 77
Adducitur Conc. generale III. Epheſinum ſub Cœleſtino I.
Hæreſis Quarta. 80
Adducitur Conc. generale III. Epheſinum ſub Cœleſtino I. & IV. generale Chalcedonenſe ſub Leone I. & denique Hiſpalenſe II. ſub Bonifacio V.

Hære-

Hæreſis Quinta. 84
Adducitur Conc. Romanum ſub Damaſo, & III. generale Epheſinum ſub Cęleſtino I.
Hæreſis Sexta. 84
Adducitur ſexta Synodus generalis ſub Agathone.
Hæreſis Septima. 85
Adducitur Conç. Hieruſalem ſub Petro Apoſtolo.
Hæreſis Octaua. 86
Adducitur Conc. I. generale Nicænum ſub Syluestro I. & Conſtantinopolitanum generale II. ſub Damaſo, & Epheſinum III. generale ſub Cœleſtino I. & denique IV. generale Chalcedonenſe ſub Leone I.
Hæreſis Nona. 87
Adducitur Conc. Rhemenſe ſub Eugenio III.
Hæreſis Decima. 87
Adducitur Conc. Viennenſe ſub Clemente V.
Hæreſis Vndecima. 88
Adducitur Conc. I. generale Nicænum ſub Syluestro I.
Hæreſis Duodecima. 88
Adducitur Conc. generale III. Epheſinum ſub Cœleſtino I.
Titulus Concilium; Hæreſis Vna. 89
Adducitur Conc. Conſtantienſe ſub Ioanne XXIII.
Titulus Coitus; Hæreſis Prima. 90
Adducitur Conc. Hieruſalem ſub Petro Apoſtolo.
Hæreſis Tertia. 95
Adducitur Conc. Viennenſe ſub Clemente V.
Titulus Confeſſio, Hæreſis 1.2.3.4.5.& 6. 95.96.97
Adducitur Conc. Conſtantienſe ſub Ioanne XXIV. & Florentinum ſub Eugenio IV. & Tridentinum ſub Iulio III.
Titulus Confirmatio, Hæreſis Vna. 99
Adducitur Conc. Hiſpalenſe ſub Bonifacio V.
Titulus Contritio, Hæreſis Prima, & Secunda. 101
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III. & ſub Iulio III.
Titulus Creatura, Hæreſis Prima. 103
Adducitur Conc. I. generale Nicænum ſub Syluestro I. & Bracarenſe I. ſub Ioanne III. & Lateranenſe ſub Innocentio III.
Hæreſis Secunda. 104
Adducitur Conc. Bracarenſe I. ſub Ioanne III.
Titulus Decimæ, Hæreſis Vna. 104
Adducitur Conc. Conſtantienſe ſub Ioanne XXIV.
Titulus Deus; Hæreſis Prima. 105
Adducitur Conc. generale I. Nicænum ſub Syluestro I. & Conſtantinopolitanum II. generale ſub Damaſo.
Hæreſis Secunda. 107
Adducitur Concil. I. generale Nicænum, & Romanum ambo ſub Syluestro I.
Hæreſis Tertia. 108

Digitized by Google

Adducitur Conc.generale IV. Chalcedonenſe ſub Leone I. & Lateranenſe ſub Innocentio III.
Hæreſis Quinta. 109
Adducitur Conc.Romanum ſub Sylueſtro I.
Hæreſis Sexta. 110
Adducitur quatuor, prima Concilia generalia Nicænum ſub Sylueſtro, Conſtantinopolitanum ſub Damaſo; Epheſinum ſub Cœleſtino I.& Chalcedonenſe ſub Leone I.
Hæreſi Septima. 113
Adducitur Conc.Epheſinum generale III. ſub Cęleſtino I. & Carthaginenſe III. ſub Syricio, & Florentinum ſub Eugenio IV. & Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Octaua. 114
Adducitur ſexta Synodus generalis, & Concil. Mediolanenſe ſub Agathone; & denique Lateranenſe ſub Martino I.
Hæreſis Nona. 115
Adducitur Conc.Romanum ſub Cornelio.
Hæreſis Decima. 116
Adducitur Conc. II. generale Conſtantinopolitanum ſub Damaſo.
Hæreſis Vndecima. 117
Adducitur Conc.Rhemenſe ſub Eugenio III.
Hæreſis Duodecima. 117
Adducitur Conc.Lugdunenſe ſub Gregorio X. & Lateranenſe ſub Innocentio III.
Titulus Diabolus, Hæreſis Prima. 119
Adducitur Conc.Bracarenſe I. ſub Ioanne III. & Lateranenſe ſub Innocentio III.
Hæreſis Secunda. 120
Adducitur Quinta Synodus generalis ſub Vigilio.
Titulus Eccleſia, Hæreſis Prima. 120
Adducitur Concilium Conſtantienſe ſub Ioanne XXIV.
Hæreſis Secunda. 123
Adducitur Concilium Conſtantienſe ſub Ioanne XXIV.
Hæreſis Tertia. 123
Adducitur Conc.Viennenſe ſub Clemente V.
Hæreſis Quarta. 124
Adducitur Conc.IV. generale Chalcedonenſe ſub Leone I.& Conſtantienſe ſub Ioanne 24.
Titulus Eleemoſina, Hæreſis Secunda. 126
Adducitur Conc.1. generale Nicænum ſub Sylueſtro 1.
Titulus Epiſcopus, Hæreſis Prima. 126
Adducitur Conc.Hiſpalenſe 2. ſub Bonifacio V.
Titulus Euangelium, Hæreſis Prima. 128
Adducitur Conc.Viennenſe ſub Clemente V.
Hæreſis Secunda. 129
Adducitur Conc. Lateranenſe ſub Innocentio 3.
Hæreſis Tertia. 129

Adducitur

Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo 3.
Titulus Euchariſtia, Hæreſis Prima. 131
Adducitur Conc. Florentinum ſub Eugenio 4.
Hæreſis Secunda. 132
Adducitur Conc. Florentinum ſub Eugenio 4.
Hæreſis Tertia. 133
Adducitur Conc. Florentinum ſub Eugenio 4.
Hæreſis Quarta. 133
Adducitur Conc. Vercellenſe ſub Leone 9. & Turonenſe ſub Victore 2. & Romanum ſub Nicolao 2. & deniq; Trident. ſub Iulio 3.
Hæreſis Quinta. 135
Adducitur Conc. Conſtantienſe ſub Ioanne 24. & Tridentinum ſub Iulio 3.
Hæreſis Sexta. 136
Adducitur Conc. Lateranenſe ſub Innocentio 3. & Tridentinum ſub Iulio 3.
Hæreſis Septima. 136
Adducitur Conc. Carthaginenſe 3. ſub Syricio, & Florentinum ſub Eugenio 4.
Hæreſis Octaua. 137
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Iulio 3.
Hæreſis Nona. 138
Adducitur Conc. Florentinum ſub Eugenio 4.
Hæreſis Decima. 139
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Iulio 3.
Hæreſis Vndecima. 140
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Iulio 3.
Hæreſis Duodecima. 140
Adducitur Conc. Lateranenſe ſub Innocentio 3. & Florentinum ſub Eugenio 4.
Hæreſis Tertiadecima. 142
Adducitur Conc. Conſtantienſe ſub Ioanne 24.
Titulus Eunuchus; Hæreſis Vna. 143
Adducitur Conc. 1. generale Nicænum ſub Sylueſtro 1. & Romanum ſub Cornelio Papa.
Titulus Excommunicatio, Hæreſis Vna. 144
Adducitur Conc. Bracarenſe 1. ſub Ioanne 3. & Carthaginenſe 4. ſub Anaſtaſio, & denique Conſtantienſe ſub Ioanne 24.
Titulus Exorciſmus; Hæreſis Vna. 145
Adducitur Conc. Agathenſe ſub Symmacho, & Hiſpalenſe 2. ſub Bonifacio V. & denique Toletanum 4. ſub Honorio 1.
Titulus Fatum, Hæreſis Vna. 147
Adducitur Conc. Bracarenſe 1. ſub Ioanne 3.
Titulus Fides., Hæreſis Prima. 148
Adducitur Conc. Rhemenſe ſub Eugenio 3.
Hæreſis Secunda. 149
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo 3.

Hære-

Digitized by Google

Hæreſis Tertia. 150
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III.
Titulus Fiducia, Hæreſis Vna. 150
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III.
Titulus Fornicatio, Hæreſis Vna. 151
Adducitur Conc. Florentinum ſub Eugenio IV.
Titulus Futurum contingens, Hæreſis Vna. 152
Adducitur Conc. Conſtantienſe ſub Ioanne XXIV.
Titulus Gratia. Hæreſis Prima, & Secunda. 153
Adducitur Conc. Milleuitanum II. ſub Innocentio I. & Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Tertia. 154
Adducitur Concilium Tridentinum ſub Paulo III.
Titulus Hæreticus, Hæreſis Prima. 157
Adducuntur quatuor prima generalia Concilia: Nicænum ſub Syluestro I. Conſtantinopolitanum ſub Damaſo; Epheſinum ſub Cœleſtino I. & Chalcedonenſe ſub Leone I. & denique etiam Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Secunda. 158
Adducitur Conc. Conſtantienſe ſub Ioanne XXIV.
Titulus Horæ Canonicæ, Hæreſis Vna. 159
Adducitur Conc. Agathenſe ſub Symmacho.
Titulus Idolatria, Hæreſis Vna. 159
Adducitur Conc. Hieruſalem ſub Petro Apoſtolo.
Titulus Ieiunium, Hæreſis Prima. 160
Adducitur Cõc. Gangrenſe ſub Syluestro I. & Thelenſe ſub Syricio.
Hæreſis Secunda. 162
Adducitur Conc. Gangrenſe ſub Syluestro I. & Bracarenſe I. ſub Ioanne III. & denique Toletanum VIII. ſub Martino I.
Hæreſis Tertia. 163
Adducitur Conc. Viennenſe ſub Clemente V.
Titulus Imago, Hæreſis Prima. 163
Adducitur Conc. II. Nicænum ſub Adriano, & Romanum ſub Gregorio III.
Hæreſis Secunda. 166
Adducitur Conc. Romanum ſub Syluestro I.
Titulus Indulgentia; Hæreſis Vna. 166
Adducitur Conc. Lateranenſe ſub Innocentio III. & Conſtantienſe ſub Ioanne XXIV.
Titulus Infernus, Hæreſis Prima. 167
Adducitur Concilium Florentinum ſub Eugenio IV.
Hæreſis Secunda. 168
Adducitur Conc. Romanum ſub Cornelio Papa.
Hæreſis Tertia. 168
Adducitur Conc. Lateranenſe ſub Innocentio III.
Titulus Inimicus, Hæreſis Vna. 169
Adducitur Conc. IV. generale Chalcedonenſe ſub Leone I.

Titulus

Titulus Iniuria, Hæreſis Vna. 169
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Pio IV.
Titulus Ioannes Baptiſta; Hæreſis Vna. 170
Adducitur Conc. IV. generale Chalcedonenſe ſub Leone I.
Titulus Iudas, Hæreſis Vna. 170
Adducitur Concilium Hieruſalem ſub Petro Apoſtolo.
Titulus Iudicium, Hæreſis Prima. 171
Adducitur Conc. I. generale Nicænum ſub Sylueſtro I. & generale II. Conſtantinopolitanum ſub Damaſo.
Hæreſis Secunda. 172
Adducitur Conc. generale IV. Chalcedonenſe ſub Leone I.
Titulus Iudex, Hæreſis Vna. 172
Adducitur Conc. Conſtantienſe ſub Ioanne 24.
Titulus Iuramentum, Hæreſis Prima. 173
Adducitur Conc. generale I. Nicænum ſub Sylueſtro 1. & Conſtantienſe ſub Ioanne 24.
Hæreſis Secunda. 174
Adducitur Conc. Bracarenſe 1. ſub Ioanne 3.
Titulus Iuſtus, Hæreſis Prima. 175
Adducitur Conc. Mediolanenſe, & Thelenſe ambo ſub Syricio.
Hæreſis Secunda. 175
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo 3.
Titulus Labor, Hæreſis Prima. 176
Adducitur Conc. Carthaginenſe 4. ſub Anaſtaſio.
Hæreſis Secunda. 177
Adducitur Conc. Conſtantienſe ſub Ioanne 24.
Titulus Lex, Hæreſis Prima. 178
Adducitur Conc. Hieruſalem ſub Petro Apoſtolo.
Hæreſis Secunda. 178
Adducitur Conc. 4. generale Chalcedonenſe ſub Leone 1.
Hæreſis Tertia. 179
Adducitur Conc. Lateranenſe ſub Innocentio 3.
Titulus Libertas, Hæreſis Prima. 179
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo 3.
Hæreſis Secunda. 180
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo 3.
Hæreſis Tertia. 181
Adducitur Conc. Mediolanenſe ſub Syricio.
Titulus Malum, & Malitia, Hæreſis Prima, & Secunda. 182
Adducitur Conc. 4. generale Chalcedonenſe ſub Leone 1.
Hæreſis Tertia, & Quarta. 184
Adducitur Conc. 1. generale Nicænum ſub Sylueſtro 1.
Titulus Maria Virgo; Hæreſis Prima. 185
Adducitur Concilium Mediolanenſe ſub Syricio.
Hæreſis Secunda. 186
Adducitur Conc. 3. generale Epheſinum ſub Cœleſtino 1.
Titulus Martyrium, Hæreſis Prima. 187

Addu-

Digitized by Google

Adducitur Conc. generale I. Nicænum ſub Syluestro I.
Hæreſis Secunda. 187
Adducitur Conc. Romanum ſub Melchiade.
Hæreſis Tertia. 188
Adducitur Conc. Carthaginenſe I. ſub Iulio I.
Titulus Melchiſedec, Hæreſis Vna. 189
Adducitur Conc. generale I. Nicænum ſub Syluestro I. & Conſtantinopolitanum II. generale ſub Damaſo.
Titulus Mendacium, Hæreſis Vna. 190
Adducitur Conc. IV. generale Chalcedonenſe ſub Leone I.
Titulus Mendicitas, Hæreſis Vna. 191
Adducitur Conc. Viennenſe ſub Clemente V.
Titulus Meritum, Hæreſis Prima, & Secunda. 192
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III.
Titulus Miraculum, Hæreſis Vna. 192
Adducitur Conc. I. generale Nicænum ſub Syluestro I.
Titulus Miſſa, Hæreſis Prima. 193
Adducitur Conc. Conſtantienſe ſub Ioanne XXIV.
Hæreſis Secunda. 194
Adducitur Conc. Epheſinum generale III. ſub Cœleſtino I. & Toletanum I. ſub Anaſtaſio, & Toletanum XII. ſub Agathone, & denique Lateranenſe ſub Innocentio III.
Hæreſis Tertia. 195
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Pio IV.
Titulus Mulier, Hæreſis Vna. 196
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Pio IV.
Titulus Mundus, Hæreſis Prima. 197
Adducitur Conc. I. generale Nicænum ſub Syluestro I. & Conſtantinopolitanum generale II. ſub Damaſo, & denique Lateranenſe ſub Innocentio III.
Hæreſis Secunda. 198
Adducitur Concil. generale I. Nicænum ſub Syluestro I. & Conſtantinopolitanum generale II. ſub Damaſo.
Hæreſis Tertia. 198
Adducitur Conc. generale I. Nicænum ſub Syluestro I. & Bracarenſe I. ſub Ioanne III. & denique Lateranenſe ſub Innocentio III.
Hæreſis Quarta. 199
Adducitur Conc. I. generale Nicænum ſub Syluestro I. & Conſtantinopolitanum generale II. ſub Damaſo.
Hæreſis Quinta. 199
Adducitur Conc. I. generale Nicænum ſub Syluestro I.
Titulus Nuditas, Hæreſis Vna. 200
Adducitur Conc. Hieruſalem ſub Petro Apoſtolo.
Titulus Nuptiæ, Hæreſis Prima. 201
Adducitur Conc. Gangrenſe ſub Syluestro I. & Bracarenſe I. ſub Ioanne III.
Hæreſis Secunda. 202

Addu-

Adducitur Conc.generale I. Nicænum ſub Sylueſtro I. & Florentinum ſub Eugenio I V.
Hæreſis Tertia. 203
Adducitur Conc.Conſtantienſe ſub Ioanne XXIV.
Hæreſis Quarta, & Quinta. 204
Adducitur Concilium Tridentinum ſub Pio I V.
Titulus Obedientia, Hæreſis Vna. 205
Adducitur Conc.Tridentinum ſub Pio I V.
Titulus Occidere, Hæreſis Prima. 206
Adducitur Conc.Florentinum ſub Eugenio I V.
Hæreſis Secunda. 207
Adducitur Conc.Carthaginenſe I. ſub Iulio I.
Titulus Opera, Hæreſis Prima, & Secunda. 207
Adducitur Conc.Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Tertia. 209
Adducitur Conc.Viennenſe ſub Clemente V.
Hæreſis Quarta. 210
Adducitur Conc.Lateranenſe ſub Innocentio III. & Tridentinum ſub Paulo III.
Titulus Oratio, Hæreſis Prima. 211
Adducitur Conc.Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Secunda. 211
Adducitur Conc.I. generale Nicænum ſub Sylueſtro I.
Hæreſis Tertia. 212
Adducitur Conc.Toletanum IV.ſub Honorio I.& Milleuitanum I. ſub Innocentio I.
Hæreſis Quarta. 213
Adducitur Conc.Conſtantienſe ſub Ioanne 24.
Titulus Ordo Sacramentum, Hæreſis Vna. 213
Adducitur Conc.Carthaginenſe IV. ſub Anaſtaſio.
Titulus Papa, Hæreſis Prima. 214
Adducitur Conc.Conſtantienſe ſub Ioanne 24.
Hæreſis Secunda, idem Conc. 216
Titulus Paſcha, Hæreſis Vna. 219
Adducitur Conc.I. generale Nicænum ſub Sylueſtro I.
Titulus Paupertas, Hæreſis Prima, & Secunda. 220
Adducitur Conc.Conſtantienſe ſub Ioanne 24.
Hæreſis Tertia. 221
Adducitur Conc. Viennenſe ſub Clemente V.
Hæreſis Quarta. 222
Adducitur Conc.Conſtantienſe ſub Ioanne 24.
Titulus Peccatum; Hæreſis Prima. 223
Adducitur Conc. Milleuitanum I. ſub Innocentio I. & Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Secunda. 224
Adducitur Conc.Florentinum ſub Eugenio I V.
Hæreſis Tertia. 224

Digitized by Google

Adducitur Conc. generale IV. Chalcedonenſe ſub Leone I.
Hæreſis Quarta, & Quinta. 225
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Sexta. 226
Adducitur Conc. Florentinum ſub Eugenio IV.
Hæreſis Septima. 226
Adducitur Conc. Toletanum VIII. ſub Martino I.
Hæreſis Octaua. 227
Adducitur Conc. Mediolanenſe ſub Syricio.
Hæreſis Nona. 227
Adducitur Conc. Viennenſe ſub Clemente V.
Hæreſis Decima. 228
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Vndecima. 228
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Iulio III.
Hæreſis Duodecima. 229
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III.
Titulus Peregrinus, Hæreſis Vna. 230
Adducitur Conc. Antiochenum I. ſub Dionyſio.
Titulus Pœnitentia, Hæreſis Prima. 231
Adducitur Conc. Florentinum ſub Eugenio IV.
Hæreſis Secunda. 232
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Tertia. 232
Adducitur Conc. Romanum ſub Cornelio Papa, & Nicænum I. generale ſub Sylueſtro I. deniqueetiam Trident. ſub Paulo III.
Titulus Poteſtas, Hæreſis Vna. 233
Adducitur Conc. Conſtantienſe ſub Ioanne XXIV. & Tridentinum ſub Paulo III.
Titulus Præceptum, Hæreſis Prima. 234
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Secunda. 234
Adducitur Conc. Florentinum ſub Eugenio IV.
Hæreſis Tertia, & Quarta, 235
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III.
Titulus Prædeſtinatio, Hæreſis Prima. 236
Adducitur Conc. Conſtantienſe ſub Ioanne XXIV.
Hæreſis Secunda. 237
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III.
Titulus Prædicatio, Hæreſis Vna. 237
Adducitur Conc. Conſtantienſe ſub Ioanne 24.
Titulus Præſcientia, Hæreſis Vna. 238
Adducitur Conc. Lateranenſe ſub Alexandro III.
Titulus Propheta, Hæreſis Prima. 239
Adducitur Conc. I. generale Nicænum ſub Sylueſtro I.
Hæreſis Secunda. 239
Adducitur Conc. Bracarenſe I. ſub Ioanne III.

Titulus Purgatorium, Hæreſis Prima. 240
Adducitur Conc. Florentinum ſub Eugenio IV.
Hæreſis Secunda. 241
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Pio IV.
Hæreſis Tertia, & Quarta. 241. 242
Adducitur Conc. Florentinum ſub Eugenio IV.
Titulus Regnum Dei, Hæreſis Vna. 243
Adducitur Concil. Hieruſalem ſub Petro Apoſtolo, & I. generale Nicænum ſub Syluestro I.
Titulus Reliquiæ Sanctorum, Hæreſis Vna. 243
Adducitur Conc. Lateranenſe ſub Innocentio III. & Tridentinum ſub Pio IV.
Titulus Reſtitutio, Hæreſis Vna. 245
Adducitur Conc. Florentinum ſub Eugenio IV.
Titulus Reſurrectio, Hæreſis Prima. 246
Adducitur Conc. I. generale Nicænum ſub Syluestro I. & Conſtantinopolitanum II. generale ſub Damaſo.
Hæreſis Secunda. 247
Adducitur Quinta Synodus generalis ſub Vigilio, & etiam Sexta ſub Agathone.
Hæreſis Tertia. 248
Adducitur Quinta Synodus generalis ſub Vigilio.
Hæreſis Quarta, & Quinta. 249
Adducitur Conc. Florentinum ſub Eugenio IV.
Titulus Sacerdotium, Hæreſis Prima. 250
Adducitur Conc. Laodiceum ſub Liberio, & Carthaginenſe IV. ſub Anaſtaſio, & Rhemenſe ſub Leone III. & Lateranenſe ſub Innocentio III. & denique Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Secunda. 251
Adducitur Conc. Hiſpalenſe II. ſub Bonifacio V.
Hæreſis Tertia. 252
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Quarta. 252
Adducitur Conc. I. generale Nicænum, & Neoceſarienſe, & Gangrenſe ſub Syluestro I.
Hæreſis Quinta. 254
Adducitur Conc. Hiſpalenſe II. ſub Bonifacio V.
Titulus Sacramenta, Hæreſis Prima. 255
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Secunda. 256
Adducitur Conc. Carthaginenſe IV. ſub Zoſimo, & Tarraconenſe ſub Gelaſio.
Titulus Sancti, Hæreſis Vna. 256
Adducitur Conc. Gangrenſe ſub Syluestro I. & Nicænum I. generale ſub eodem, & Aurelianenſe I. ſub Symmacho, & Gerundenſe ſub Hormiſda, & Toletanum V. & VI. ſub Honorio I. & denique Bracarenſe II. ſub Ioanne III.

Digitized by Google

Titulus Satisfactio; Hereſis Vna. 258
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III. & etiam ſub Pio IV.
Titulus Scriptura, Hæreſis Prima. 258
Adducitur Conc. Laodiceum ſub Liberio, & Carthaginenſe III. ſub Syricio, & denique Florentinum ſub Eugenio IV.
Hæreſis 2.3.4.5.6.7. & 8. 259.260
Adducitur Conc. Toletanum IV. ſub Honorio I. & Tridentinum ſub Paulo III.
Titulus Scientia, Hæreſis Vna. 261
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Pio IV.
Titulus Sepultura, Hæreſis Vna. 261
Adducitur Conc. Magonciacum ſub Leone III. & Triburienſe ſub Formoſo Papa.
Titulus Silentium, Hæreſis Vna. 262
Adducitur Conc. Toletanum II. ſub Adeodato.
Titulus Simonia, Hæreſis Vna. 263
Adducitur Conc. Elibertinum ſub Marcello I. & Toletanum II. ſub Adeodato, & Bracarenſe II. ſub Ioanne III. denique etiam Lateranenſe ſub Alexandro II.
Titulus Spes, Hæreſis Vna. 264
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III.
Titulus Studia generalia, Hæreſis Vna. 264
Adducitur Conc. Conſtantienſe ſub Ioanne XXIV.
Titulus Subditus, Hæreſis Vna. 265
Adducitur Concilium Conſtantienſe ſub Ioanne XXIV.
Titulus Suffragia Defunctorum, Hæreſis Vna. 266
Adducitur Conc. Vaſenſe ſub Leone I. & Agathenſe ſub Symmacho, & denique Toletanum III. ſub Gregorio I.
Titulus Templum, Hæreſis Vna. 266
Adducitur Conc. Cangrenſe ſub Syluestro I.
Titulus Tentatio, Hæreſis Vna. 268
Adducitur Conc. Rhemenſe ſub Eugenio III.
Titulus Terra. Hæreſis Vna. 268
Adducitur Conc. Romanum ſub Leone I. & Lateranenſe ſub Innocentio III.
Titulus Timor Dei, Hæreſis Prima. 269
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Paulo III.
Hæreſis Secunda. 269
Adducitur Conc. Rhemenſe ſub Eugenio III.
Titulus Tyrannus, Hæreſis Vna. 270
Adducitur Concilium Conſtantienſe ſub Ioanne XXIV.
Titulus Verecundia, Hæreſis Vna. 271
Adducitur Conc. Hieruſalem ſub Petro Apoſt. & Elibertinum ſub Marcello I.
Titulus Vinum, Hæreſis Vna. 271
Adducitur Conc. Rom. ſub Leone I. & Bracarenſe I. ſub Ioanne III.
Titulus Virginitas, Hæreſis Vna. 272

Adducitur Conc. Romanum ſub Syricio.
Titulus Vnctionis Extremæ Sacramentum, Hæreſis Vna. 273
Adducitur Conc. Tridentinum ſub Iulio III.
Titulus Votum, Hæreſis Prima. 274
Adducitur Conc. Elibertinum ſub Marcello I. & Aurelianenſe II. ſub Agapeto, & Carthaginenſe IV. ſub Anaſtaſio, & Carthaginenſe VI. ſub Bonifacio I. & Toletanum IV. ſub Honorio I. & denique Valentinum ſub Benedicto III.
Hæreſis Secunda. 276
Adducitur Conc. Carthaginenſe II. ſub Syricio; & Carthaginenſe V. ſub Anaſtaſio.
Titulus Vſura Hæreſis Vna. 276
Adducitur Concilium Viennenſe ſub Clemente V.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITVM, quæ in libro Prohęmiali continentur.

Primo; quid nominis, & rei ſit hæreſis. pag. j

Secundo; qui ſint libri Canonici. ibid.

Tertio; quod ſenſus litteralis ſit ſufficiens ad hæreſes conuincendas, & quis ſit ſenſus litteralis. iij

Quarto, quod interpretatio ſacrorum librorum ad ſolam ſpectet Eccleſiam. iiij

Quinto, quod ſint aliqua, quibus ex Eccleſiæ vniuerſalis definitione fides ſit adhibenda. ibid.

Sexto, quod Concilia generalia rite congregata Eccleſiam vniuerſalem rapræſentent. v

Septimo, quod hominum ſcripturæ non ſufficiant ad hæreſes ſuperandas. vj

Octauo, quod ſolius ſedis Apoſtolicæ, vel Concilij generalis ſit officium cenſere de hæreſi. ibid.

Nono, quis ſit dicendus hæreticus. vij

Decimo, quod dubius in fide cenſeatur hæreticus. viij

Vndecimo, quod quinque præcipuè ſint cauſæ intrinſecæ vitioſæ hæreſum. ibid.

Duodecimo, quod duæ præſertim ſint cauſæ intrinſecæ indifferentes hæreſum. ix

Tertiodecimo, quod tres ſint cauſæ hæreſum extrinſecæ. x

Demum, quod tres ſint principales coniecturæ cognoſcendi hæreticos. xij

LIBER

LIBER PROHOEMIALIS DOMNI AMBROSII A MEDIOLANO, DE RVSCHONIBVS DE CVMIS, Monachi Caſſinatis, pro hæreſibus confutandis.

Quid ſit Hæreſis. Cap. I.

HAereſis iuxta nominis ſui veram interpretationem electio dicitur; venitq. a verbo eligo: & ſententia, ſiue opinio, quam quiſque pro ſua voluntate ſibi eligit hęreſis dicitur. Quare aſſertio a vera fide deuians, non habita a Deo, aut reuelata; at hominum inuentione inuenta, nec ſacris litteris conformis, ſed veritati fidei repugnans hæreſis dicitur: nam veritas omnis ad fidem ſpectans a Deo ipſo reuelata eſt, nec ex hominum inuentione pendet. Definitur itaque hæreſis, quod ſit dogma falſum fidei orthodoxæ repugnans, & dicimus dogma falſum omnem enunciationem falſam, ſiue dogmatizatam, ſiue tacitus affirmatam : Hic tamen adnotandum, quod ſola res effecta, quantumlibet a lege Euangelica prohibita, ſine iudicio tamen, & errore intellectus definientis, eſſe quidem poteſt peccatum, hæreſis autem minimè. Verbi gratia qui furatur, qui fornicatur, & cætera peccat quidem; at per hoc non eſt dicendus hæreticus, niſi pertinaciter teneat talia non eſſe peccata.

Qui ſint libri Canonici. Cap. II.

EST ſacra pagina ſcripta Deo inſpirante manibus hominum; vel vt verius dicam, quam ipſemet Deus manibus hominum ſcripſit, cui ſententiæ fauet D. Paulus in initio 1. cap. ad Hebræos, ibi, multifariam, multiſq. modis olim loquens Deus in prophetis; nouiſſimè verò diebus iſtis loquutus eſt nobis in Filio: & Matt. 18. quando Chriſtus mittit diſcipulos ad prædicandum, illis præbens fiduciam dixit, non enim eſtis vos, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Cum igitur nobis ſit pugna aduerſus hæreticos, qui ſe Chriſtianos eſſe iactant; nec minus ſunt, arma paria ad certandum debent parari. Quare primo videndum eſt, quæ ſcriptura ſit Canonica, & cui credere quiſque teneatur. Velle autem conuincere ſacram ſcripturam eſſe veracem, tanta mihi videtur dementia, ac ſi vellem fulcire rationibus prima alicuius

Hebr. 1.

Matth. 18.

Digitized by Google

cuius ſcientiæ principia. Sacram igitur ſcripturam veracem eſſe axio-
ma eſt. Vt ergo ſciamus libros, quos pro Canonicis tenere debeamus;
Quid in hac parte infraſcripta Concilia in Spiritu ſancto rite congrega-
Cõc. Lao. ta ſenſerint videamus. Laodiceum enim cap. 59. ſuorum decretorum, &
Cõc. Cart. & Carthaginenſe III. cap. 47. ſuorum decretorum, & Florentinum ſub
Cõc. Flor. Eugenio IV. Papa, & denique Tridentinum ſub Paulo III. Papa ſeſſ. 4.
Conc. Tri. dicit: Sacrorum vero Librorum Indicem huic decreto aſcribendum Sa-
croſancta Synodus cenſuit; ne cui dubitatio ſuboriri poſſit: Quinam
ſint, qui ab ipſa Synodo ſuſcipiantur ſunt infraſcripti; Teſtamenti vete-
ris, quinque libri Moyſis, ideſt Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri,
Deuteronomium, Ioſuæ, Iudicum, Ruth, Quatuor libri Regum, duo
Paralipomenon, Eſdræ, primus, & ſecundus, qui dicitur Nehæmias,
Thobias, Iudith, Heſter, Iob; Pſalterium Dauidicum 150. Pſalmorum,
Parabolæ Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Sapientia, Eccleſiaſti-
cus, Iſaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Pro-
phetæ minores, Oſeas, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum,
Abacuch, Sophonias, Ageus, Zacharias, & Malachias: Teſtamenti ve-
ro noui; Quatuor Euangelia; ſecundum Matthæum, Marcum, Lu-
cam, & Ioannem, Actus Apoſtolorum a Luca conſcripti, quatuorde-
cim Epiſtolæ D. Pauli, ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad
Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes duæ, &
duæ ad Timothæum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos, Petri
Apoſtoli duę, Ioãnis Apoſtoli tres, Iacobi Apoſtoli vna, & Iudę Apoſtoli
vna, & Apocalypſis Ioannis. Si quis libros hos prout in Eccleſia Catho-
lica Romana leguntur pro ſacris, & Canonicis non ſuſceperit anathema
ſit. Hæc enim ſunt arma ineſpugnabilia ſumenda contra inimicos Chri-
ſtiani nominis, iactantes ſe eſſe Chriſtianos cum reuera non ſint. Et licet
Cõc. Lao. Conc. Laodiceum in Spiritu ſancto cõgregatum aliquos libros a Sacro-
ſancta Synodo Tridentina ennumeratos, omiſerit, ſcilicet Iudith, Sa-
pientiæ, Eccleſiaſticum, Machabæorum, & Apocalypſim; vnde per hoc
exultet hæreticus (cupiunt enim hæretici, quantam poſſunt, minuere
libros Canonicos, ne arma habeamus, quibus illos ſuperare poſſimus)
tamen hoc non obeſt; Eccleſia enim donec plenius eſſet edocta noluit
Cõc. Cart. definire id, quod poſtmodum in III. Concilio Carthaginenſi definiuit;
Cõc. Flor. cui interfuit D. Auguſtinus, ac ſubſcripſit, & in Florentino ſub Euge-
Conc. Tri. nio IV. & in Tridentino ſub Paulo III. ideo peto ab inimicis fidei; erit
ne ſemper Eccleſia forſan in eodem ſtatu, vt non profectat? abſit; pro-
ficit enim, vt in virtutibus, & bonitate, ita in ſcientia, & doctrina; Deo
quotidie eam plenius illuſtrante: ſic edocta Eccleſia a Spiritu ſancto de-
finit, qua definitione data, non licet amplius dubitare; de quo antea li-
cebat. Poſt has non eſt aliqua ſcriptura, quæ Canonica, aut diuina dici
mereatur; ideo nec Conciliorum decreta, nec Apoſtolorum Canones,
licet ſint magnæ authoritatis, pro ſcripturis diuinis habendi ſunt; ratio
quia diuinæ præceptiones a nullo euerti, & immutari poſſunt; Canones
vero Apoſtolorum, & Conciliorum decreta nouis ſuccedentibus cauſis
in multis ſunt renouata; quare poſt ſacram paginam ſequuntur Cano-
nes Apoſtolorum per Beatum Clementem collecti, & tranſacti; deinde
Conci-

Concilia, non quod Canones maiorem habeant authoritatem Conciliorum, ſed ob antiquitatem ſanctitatem, & dignitatem Apoſtolorum; vltimo ſequuntur Epiſtolæ decretales emiſſæ a Summis Pontificibus: circa quas Epiſtolas hic eſt aduertendus error perfidi Vuiclephi dicentis eſſe apocryphas, & a fide Chriſti ſeducentes, clericos illis ſtudentes eſſe ſtultos; qui error damnatus fuit in Concilio Conſtantienſi ſeſ. 8. vti titulus Papa, & titulus Poteſtas dicemus. Conc. Cōſtantienſe.

Quod ſenſus litteralis ſit ſufficiens ad hæreſes ſuperandas.
Cap. III.

SEnſus prima ſui diuiſione ſecunda eſt; litteralis, qui, & hiſtoria dicitur, & ſpiritualis, qui & myſticus dicitur: Qui myſticus tertia eſt, allegoricus, tropologicus, & anagogicus; cum tantum tertia ſit ſpiritualis expoſitio, vna ad nobis inſinuandum quid credendum; ſecunda quid diligendum; tertia quid ſperandum: Prima reſpicit Chriſtum Eccleſiæ militantis caput, cui attribuitur ſapientia; Secunda animam noſtram virtutibus informandam, & refertur ad Spiritum ſanctum, cui bonitas appropriatur; Tertia Eccleſiam Triumphantem, & prȩmia ſuperna æterna, & reſpicit Patrem, cui æternitas appropriatur. Ex his ſenſibus ſolus litteralis in argumentationem adducendus eſt: & ille dicitur ſenſus litteralis, quem voces, vel res vocibus expreſſæ ſignificant; & ille ſolus eſt, quem Spiritus ſanctus intendit; cum idem Spiritus ſanctus, vti capite ſuperiori diximus ſit auctor ſacræ paginæ: ille itaque germanus ſenſus litteralis eſt, quem ſcriptor intendit; & ille verus vocis ſenſus eſt, quem vocis prolator per eam intelligi voluit. Cum igitur Spiritus ſanctus ſit auctor ſacræ paginæ; ille pro vero ſenſu ſacræ paginæ haberi debet, qui à Spiritu ſancto intenditur: omnis autem alius ſenſus eſt adulterinus; vnde dicit D. Hieronymus ſuper Epiſtolam ad Galatas; quicunque ſcripturam aliter interpretantur, quam ſenſus Spiritus ſancti efflagitat, licet non recedat ab Eccleſia, hæreticus eſt: cæteri vero ſenſus, cum magis intra litteræ corticem lateant, oportet, vt ratiocinatione, & diſcurſu per quaſdam rerum ſimilitudines deducantur, in quibus deducendis, ni hoc fiat per humanam inquiſitionem facilis eſt error, vti hæreticis accedit; nam verbi gratia Lutherus volens oſtendere hominem cuiuſcunque ſtatus, & ſexus eſſe ſacerdotem aſſumit illud primæ Epiſtolæ D. Petri cap. 2. ſcilicet, vos genus electum, gens ſancta, regale ſacerdotium, & quod ſequitur, quare miſer cadit in multos errores, vti locis ſuis dicetur. Senſus itaque litteralis patentior eſt, cum ex vocum ſignificatione, aut ex alio coniunctiſſimo vicino hauriatur; quo fit, vt ſolus ſenſus litteralis ſit efficax ad dogma aliquod deſtruendum, vel fulciendum; cui ſententiæ fauet Diuus Auguſtinus in Epiſtola ad Vincentium Donatiſtam dicens: Quis eſt autem ille, qui vult aliquid allegoricæ interpretari; niſi habeat teſtimonia manifeſtiſſima, quorum lumine obſcura illuſtrantur?

D. Hier. 1. Petr. D. Aug.

Digitized by Google

Quod interpretatio ſacræ paginæ ad ſolam ſpectet Eccleſiam. Cap. IV.

QVia multi ſenſum ſcripturarum perperam, ac peſtilenter intellexerunt, ac intelligunt, & pro libito illas interpretantur, ac detorquent, vt multos in ſui erroris teſtimonium trahant: ita a principio naſcentis Eccleſiæ factum eſſe comperimus vti D.Petrus 2. ſua Epiſtola cap.3. teſtatur dicens; Epiſtolas D.Pauli ab aliquibus indoctis, & inſtabilibus male intellectas deprauatas eſſe, cum in illis ſint multa intellectu difficilia; ſicuti etiam reliquas ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem; vti omnes hæretici fecerunt ob errorum ſuorum defenſionem, ſacram paginam extorquentes. Verum Deo agendæ ſunt immenſæ gratiæ, qui omnes infeſtationes ad Eccleſiæ ſuæ gloriam vertit; & cum Apoſtolus 1.ad Cor.2. dicit, oportet hæreſes eſſe, ideſt vt probati manifeſti fiant; vti dicit D.Auguſtinus ſuper Geneſim contra Manichæos; nam multi ad quærendum pigri ſunt, at per moleſtias, & hæreticorum inſultus excitati quaſi a ſomno non credunt hæreticis; at diligenter inquirunt donec inueniant, quid illis reſpondeant; & Deus tales non deſerit, ſed illis dat cognitionem reſpondendi, ac hæreſes confutandi. Si ergo hæreſes ſunt, & oriuntur ex peruerſa intelligentia ſacræ paginæ; oportet penes aliquem eſſe poteſtatem interpretandi ſacram paginam; cui interpretationi aſſentire teneatur quilibet fidelis; aliter nulla erit via hæreticos conuincendi, ſi omnibus liceat pro ſuo arbitratu eam interpretari; ſemper enim eorum aſſertiones adinuicem erunt pugnantes; vti clare patet de ipſis hæreticis de more ſemper in ſuis opinionibus diuiſis. Cum igitur omnis homo errare poſſit, etiam Summus Pontifex vt homo; dicimus Eccleſiam ſolam à Spiritu ſancto edoctam hanc poteſtatem habere interpretandi ſcripturas ſacras, & illas, ac eorum ſenſum ſeparandi ab humanis, quæ Eccleſia cum in toto orbe terrarum ſit diffuſa repręſentatur in Concilio generali rite congregato, quæ Eccleſia errare non poteſt, cum a Spiritu ſancto ſit edocta; legitur enim Ioannis 14. & ego rogabo Patrem; & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum Spiritum veritatis.

2.Petri. 1. Cor. D.Aug. Ioan.14.

Quod aliqua ſunt, quibus ex Eccleſiæ vniuerſalis definitione fides adhibenda eſt. Cap. V.

TRaditiones, & Eccleſiæ vniuerſalis definitiones, etiam ſi ſcriptura clara nequeant probari, ſunt tamen tantæ authoritatis, quantæ eſt ſacra pagina; nam multa dogmata ſunt data, & præcepta ab Apoſtolis de regimine Eccleſiæ, quæ ſcriptis minime mandata ſunt; legitur enim Act.15. perambulabat Paulus Syriam, & Siliciam confirmans Eccleſias præcipiens cuſtodire præcepta ſeniorum, & 2. ad Theſſ. cap.2. legitur itaque fratres cuſtodite traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolas noſtras, & 2.ad Timoth.2. legitur, tu ergo fili, quæ a me per multos teſtes audiſti commenda fidelibus hominibus, qui idonei

Act.15. 2.Theſſ. 2.Tim.2.

neſcerunt alios docere; & Eccleſia vniuerſalis in Concilio Trident. ſub Paulo III. ſeſſ.6. cap.1. docet quod, qui traditiones contempſerit tum ad fidem, tum ad mores attinentes, tanquam a Spiritu ſancto dictatas, & continua ſucceſſione in Eccleſia conſeruatas anathema ſit; hæ enim traditiones venerunt ab Apoſtolis, & ſuis ſucceſſoribus ad nos; quare Eccleſiæ eſt obediendum etiam ſi ſcripturæ authoritas deſit; licet ei deeſſe non poſſit, cum hanc authoritatem ipſemet ſcripturæ ei tribuant. Conc. Tri.

Quod Concilia generalia rite congregata Eccleſiam vniuerſalem repræſentent. Cap. VI.

MAnifeſtauimus ſupra definitionibus, & traditionibus Eccleſiæ vniuerſalis eſſe ſine vlla hæſitatione obtemperandum; hic autem eſt reſpondendum quibuſdam cauillationibus hæreticorum, qui fingunt Eccleſiam quandam Mathematicam; & ab omni ſenſu abſtractam; cum non poſſit, dicunt ipſi Eccleſia in toto terrarum orbe diffuſa congregari: Miſeri, cum non poſſint aliter Eccleſiam Catholicam Romanam euertere; pro vltimo refugio hoc figmentum ſumunt; at hoc ſuum debile ſcutum faciliter annihilatur; dico igitur primo Eccleſiam militantem eſſe viſibilem, & ſæpe virtute Spiritus ſancti fuiſſe congregatam: eſt enim Eccleſia militans congregatio fidelium, quæ corpus vnum eſt, cuius caput Chriſtus eſt; nos vero membra eius; vti Apoſtolus ad Roman. 12. dicit, multi vnum corpus in Chriſto ſumus, & idem confirmat ad Cor. 1. 13. Si igitur fideles Eccleſiæ membra ſunt viſibiles; ergo & caput, quod patet; nam ante reſurrectionem, vti legitur Baruch, poſt hæc viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, & in paſſione eſuriebat, ſitiebat, & triſtabatur; vti legitur Matth. 27. & Mar. 15. poſt reſurrectionem vero præbuit ſe ipſum viuum in multis argumentis per dies 40. apparens eis, vti legitur Act. 1. & cum illis etiam manducauit; vti legitur de diſcipulis euntibus in Emaus Luc. 24. Cum ergo Chriſtus ſit caput viſibile, & membra viſibilia, remanet quoque Eccleſiam militantem eſſe viſibilem, quam Eccleſiam fuiſſe aliquando congregatam in aliquo Concilio generali patet ex quarta ſeſſione Concilij Conſtantienſis; dicit enim inter cætera ſancta Synodus in Spiritu ſancto legitime congregata; legitime generale Concilium faciens, Eccleſiam Catholicam militantem repræſentans, poteſtatem a Chriſto immediate habens, cui quilibet cuiuſcunque ſtatus obedire tenetur, etiam ſi ſit Papalis in his quæ pertinent ad extirpationem dicti Schiſmatis, & reformationem generalem Eccleſiæ Dei in capite, & in membris. Ecce ò Lutherane perfide qualiter Concilium Conſtantienſe teſtatur ſe repræſentare Eccleſiam Catholicam militantem, do inſuper exemplum de aliqua Republica, vt enim primates alicuius Reipublicæ in vnum conueniunt dicimus tales totam Rempublicam repræſentare; nam cæteri ab his pendent: ita dicimus de Epiſcopis, & Patribus in Concilio generali congregatis. Additur vltimo, quod D. Gregorius loquens de primis. Quatuor Concilijs generalibus, dicit; quæ reſpuunt, reſpuo, & quæ venerantur amplector. Quare definitiones Concilij generalis rite congregati,

Baruch 3.
Matth. 27.
Mar. 15.
Act. 1.
Luc. 24.
Conc. Cõſtantien.
D. Greg.

cum totam Eccleſiam militantem repræſentent ab omnibus recipiendæ ſunt.

Quod hominum ſcripturæ non ſufficiant ad hæreſes ſuperandas. Cap. VII.

CVm omnis homo ex peccato primorum parentum adeo obtuſum traxerit ingenium, vt ad veram notitiam nequeat peruenire; quo fit vt ſæpe in diſcernendo fallatur, ad hunc propoſitum dicit Regius Propheta Pſal. 115. omnis homo mendax: & tamen ſunt aliqui, qui hominum ſcriptis illum exhibent honore, qui ſolis ſacris litteris debetur; non enim iurauimus in verba magiſtri, ſed in verba Dei, & ideo concludimus nullam ſcripturam cuiuslibet hominis quantumlibet docti, vel Sancti eſſe ſufficientem ad hæreſes tollendas, niſi ex teſtimonio ſacræ ſcripturæ, vel ex Eccleſiæ definitione, vti ſupra cap. 2. & cap. 5. oſtenſum eſt, id ita eſſe conſtiterit.

Pſal. 115.

Quod ſolius ſedis Apoſtolicæ, vel Concilij generalis ſit officium cenſere de hæreſi. Cap. VIII.

EX dictis in ſuperioribus capitulis colligitur hic, quod ſolius Sedis Apoſtolicæ, vel Concilij generalis rapræſentantis Eccleſiam vniuerſalem ſit officium cenſere de hæreſi. Sedes enim Apoſtolica omnibus præeſt, & conſequenter omnes poterit iudicare; maiores enim Eccleſiæ cauſæ ad Sedem Petri referendæ ſunt, vti Innocentius III. & Pelagius Papa teſtantur, & D. Hieronymus ſcribens Damaſo Papæ dicit, ſi quid minus peritè, vel caute a nobis factum eſt, a te emendari cupimus, qui Petri Sedem, & fidem tenes, & hæc eſt fides Pater Beatiſſime, quam in Eccleſia Catholica didicimus: & notatur hic, quod nomine Sedis intelligimus Summum Pontificem, & Collegium, quo ipſe iuuatur; iuſtum enim eſt, vt in re maximi momenti qualis eſt fides Catholica conſulat fratrum ſuorum Collegium antequam quicquam definiat, adiunctis etiam ſi opus erit viris *alijs* ſanctitate, & doctrina fulgentibus.

Innoc. Pelag. D. Hier.

Quis ſit dicendus hæreticus. Cap. IX.

VIdetur forſan ſuperfluum hic pertractare, quisnam ſit dicendus hæreticus; cum is talis dicatur, qui hæreſi adhæret, & etiam oſtenſum ſit cap. 1. quid ſit hæreſis: at non ita eſt, nam accidit aliquando, vt quis hæreſim doceat, vel aſſerat, qui tamen verè eſt Catholicus; vti de Cypriano, Gaetano, & alijs: itaq; vlteriorem oportet facere inquiſitionem, vt comperiamus, quis merito dicendus ſit hæreticus: quare cum res non ſit leuis matura examinatione eget, & vt quis meritò dicatur hæreticus, multa requiruntur: Primò, vt fidem Catholicam ſemel in Baptiſmo ſuſceperit (nam qui numquam fuit Chriſto dicatus, vt Infidelis, Iudæus, Paganus, Saracenus non poteſt dici hæreticus) vnde

erraui

errauit F. Bernardus de Lutzemburgo, in ſuo Catalogo aliquos hæreticos deſcribens, qui nunquam Chriſto dicati fuerunt; vti Auicenna, Auerroes, & alij. Secundò poſt fidem ſuſceptam requiritur error in fide, quod ſcilicet aliquam hæreſim amplectatur; quare Schiſmaticus, vt talis, hæreticus dici non poteſt, niſi ei addatur error intellectus cum pertinacia: & quando Schiſma dicitur hæreſis, hoc non eſt, quia Schiſma propriè hæreſis ſit, ſed quia ad illam diſponit; dicit enim D. Hieronymus ad Galatas, hoc inter hæreſim, & Schiſma intereſt, quod hæreſis peruerſum dogma habet, & Schiſma ab Eccleſia ſeparat, quare ſciendum eſt, quod duplex eſt vnio; vna, quæ fit per charitatem; altera per fidem: per primam iunguntur membra capiti: per ſecundam omnes fideles ſunt grex ſub vno paſtore: hæreſis opponitur vnioni per fidem: & Schiſma vnioni per charitatem; quare quando accidit, vt quis ab Eccleſia ſeparetur, quia v.g. tenet Pontificem non eſſe legitimè electum, tamen tenet fidem, quam Eccleſia Catholica Romana omnium mater tenet, talis dicitur Schiſmaticus tantum. Ille igitur ſolum tenendus eſt hæreticus, qui errorem in fide ſuſcipit: fautores verò, & hæreticorum defenſores non ſunt dicendi hæretici, licet pœnis Canonicis ſubiaceant. Et hic eſt etiam adnotandum, quod Apoſtaſia non ſic eſt aliquid ab hæreſi ſeparatum, quod non poſſit eſſe Apoſtaſia, & hæreſis; licèt Guido Carmelita in ſua Summa de hæreſibus aliter doceat, hac ratione; quia ille ſolum dicitur Apoſtata, qui toti fidei Catholicæ contradicit; qui verò particularem fidei articulum deſerit dicitur hæreticus: quam opinionem ſequitur etiam Turrecremata in ſua Summa Eccleſiaſtica lib. 4. part. 2. cap. 13. Quod quidem rationi non eſt conſentaneum; nam hæreticus hæreſes augendo non deſinit eſſe hæreticum; do exemplum, v.g. de homine albo; homo .n. albus per additionem albedinis non deſinit eſſe album; vt omnes ſane mentis tenent; nam ſi albedo reddit hominem album, neceſſarium eſt, vt quo plus albedinis habuerit, eo albior fiat; ſic de hæretico dicitur; nam ſi deſerat ſolum vnum articulum fidei dicetur hæreticus; ſi omnes hæreticiſſimus; & hæc eſt doctrina D. Thom. 2. 2. q. 10. ar. 5. qui ſolum tres ſpecies infidelitatis, ibi ponit Paganorum, ſcilicet, Iudæorum, & Hæreticorum; & ſub nomine Hæreticorum comprehendi dicit, quotquot à fide Catholica, quam ſemel ſuſceperunt, quomodolibet receſſerunt.

F. Bern. | D. Hier. | Guid. Car. | Turrecre. | D. Thom.

Quod dubius in fide cenſeatur hæreticus. Cap. X.

Fides ab opinione differt, quia fides certitudinem exigit, & firmitatem in eo, qui eam tenet; opinio verò habet annexam hæſitationẽ, & intellectus mobilitatem; quare dubium in fide pertinaciter dicimus eſſe hæreticum: Stephanus enim Papa ait; dubius in fide infidelis eſt: & quod hoc ſit verum, probatur per verba Saluatoris ad Thomam Apoſtolum de eius reſurrectionem dubitantem, dicentis, Ioann. 20. mitte manus tuas in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis: quod ſi talis dubitans, etiam Eccleſiæ docenti nollet aſſentire dupliciter diceretur hæreticus: Primò, quia dubitaret de illis, quibus integram, &

Ioann. 20.

firmam fidem præſtare tenetur: Secundò, quia Eccleſiæ nec crederet, nec vellet obedire: & hic notatur, quod licèt non liceat alicui de rebus ad fidem attinentibus dubitare, licebit tamen de earum intelligentia dubitare; nam aliquando viri ſancti, & pij credunt ſine vlla hæſitatione quicquid nobis præcipit, & docet ſacra pagina, tamen dubitant, an
Luc. 1. ſit uerus illius litteræ ſenſus: ita Beata Virgo Maria, vti legitur Luc. 1. Angelo ei loquenti dixit: Quomodo fiet, quoniam virum non cognoſco? non dubitauit de effectu, at quæſiuit effectus qualitatem; non enim erat tam facilè ſcire myſterium abſconditum à ſęculis, quod nec ſuperiores poteſtates ſcire potuerunt; ideo Beata Virgo Maria fidem non renuit, officium non recuſauit, ſed accommodauit effectū, obſequiumq. ſpopondit; bene modum quæſiuit: ita Theologi in proponendis Scholaſticis opinionibus, & quæſtionibus: v. g. an Deus ſit vnus, hoc non faciunt, quia dubitant, ſed vt modum quærant: aliter enim Arrius, aliter D. Thomas, & alij Catholici Theologi hoc quærunt: Arrius quærit, quia non credit, & vt peruertat: Catholici vero, vt conuertant, & modum, ac viam inueniant, qua Arrianorum technas euadere poſſint; quare dubius in his, quæ ad fidem ſpectant hæreticus eſt, modo pertinaci animo dubitet, & Eccleſiæ monenti obedire recuſet.

Quod quinque ſint principales cauſæ intrinſecæ hæreſum vitioſæ. Cap. XI.

2. Tim. 3. PRima radix, & cauſa intrinſeca hæreſum eſt immodicus amor ſui, qui amor ædificauit ciuitatem diaboli; de quo D. Paulus 2. Tim. 3. dicit, hoc ſcito, quod in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, voluptatum magis, quam Dei amatores, ſpeciem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes. Ex hoc igitur amore oritur, vt ſua ſemper ſibi placeant proprijſq. inuentis delectentur, vnde naſcitur obſtinatio, & pertinacia, quæ ſunt portæ latiſſimæ ad hæreſim inducendam. Secunda cauſa eſt gloriæ cupiditas; ex qua pariter oritur pertinacia, & iudicij fallacia: Hinc hæretici ſacras paginas, quas apertè ſuis dogmatibus repugnare cognoſcunt, peruertunt, deturpant, mancas faciunt, non ſolum in alium ſenſum illas trahentes, immo radentes ex eis id, quod ob clariſſimum teſtimonium ſuis peruerſis dogmatibus contradi-
Rom. 3. cit. De his dicit D. Paulus ad Rom. 3. obſcuratum eſt inſipiens cor eorum dicentes enim ſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Tertia cauſa hæreſum
1. Tim. 6. intrinſeca vitioſa eſt auaritia, de qua D. Paulus 1. Tim. 6. dicit eſſe omnium malorum radicem: ipſa certè oritur in mente, at punctiones peccatorum omnium producit in opere; quas punctiones ab hac radice ſurgentes D. Paulus inſinuat infra loco ſupra citato dicens, quā quidam appetentes à fide errauerunt, & inſeruierunt ſe doloribus multis. Quarta cauſa hæreſum intrinſeca vitioſa ſunt carnis illecebræ, vti teſtatur D.
Rom. 16. Paulus ad Rom. 16. rogo vos fratres, vt obſeruetis eos, qui diſcenſiones, & offendicula faciunt propter doctrinam, quam didiciſtis; declinate ab illis, tales enim non Deo, ſed ventri ſuo ſeruiunt. Ex hac radice
Adamitæ

Digitized by Google

Adamitæ prodierunt, & Aeriani ieiunia reijcientes, & Iouinianus matrimonium æquans virginitati, & alij de quibus ſuis locis ſigillatim dicetur. Quinta cauſa hæreſum intrinſeca vitioſa eſt ambitio, vti patet de Simone Mago, vti legitur Act.8. & de Aerio narrante D.Auguſtino libro de hęreſibus, qui cum non poſſet obtinere Epiſcopatum, quem diu deſiderauerat, multas euomuit blaſphemias in Eccleſiam,& Eccleſiaſticos viros, vti etiam de alijs, de quibus ſuis locis dicetur. Act. 8. D.Aug.

Quod duæ præſertim ſint cauſæ intrinſecæ indifferentes hæreſum.
Cap. XII.

PRima cauſa hęreſum intrinſeca indifferens eſt aſſidua in libris profanorum hominum lectio, & pręcipue ſi ab infantia fuerit imbutus: multę auctoritates in huius dicti teſtimonium, at ſufficiat id,quod legitur Pſalm.17. ſcilicet, cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris: & D. Paulus ad Coloſſ.1. pręmonet nos vt à Philoſophia caueamus, quam ipſe bene nouerat, nam Athenis inter Philoſophos aliquando eſt verſatus, videte inquit, ne quis vos decipiat per Philoſophiam, & inanem fallaciam: nam apud eos multa inuenies,quę pietati, & verę religioni contrariantur; quid enim verę fidei magis repugnare poteſt, quam Deorum multitudo? Quid magis iniurium eſt Deo quã ei coactionem tribuere, omnemq. prorſus libertatem in rerum productione ab eo ſeparare? apud eos inuenies mundum ęternum,omni principio, & fine carentem, vnde Tertullianus in libro de pręſcript. hęreticorum ipſe denique hęreſes à Philoſophia ſubornantur. Secunda cauſa hæreſum intrinſeca indifferens eſt zelus: hac enim occaſione Ioannes Huſſ, & Lutherus lapſi ſunt; vti de Ioanne Huſſ, refert Eneas Syluius libro de origine Bohęmorum, & de Luthero confitentur ſua peruerſa dogmata in tota Germania pręcipue diſſeminata. Hi enim zelo malę vitę aliquorum clericorum, & monachorum ſine diſcretione cœperunt latrare in omnem ordinem Eccleſiaſticum, illum euertere, & confundere tentantes; ſed ò bone Deus, clerus corripiendus eſt,non tollendus, & Monachi reformandi ſunt, non deſtruendi; quare boni viri, & zelantes pro Domino, & uidentes Eccleſiam in pluribus membris grauiſſimis laborare morbis, Deo qui eſt uerus eſt medius, curandam committunt: atq; ideo orant, ingemiſcunt, deprecantur ſine intermiſſione pro eorum ſalute apud Deum. Cauſę igitur in pręſenti capitulo narratæ ſunt quidem hæreſum intrinſecæ, at indifferentes, quia bonæ, & malæ eſſe poſſunt: malæ ex malè utentium vitio; nam ſi zelus cum diſcretione regatur facit pro Dei honore; ſic ſi cauta adſit examinatio eorum, quæ leguntur ex libris gentilium,lectio talis poterit iuuare,nam in multis nos docere poſſunt; quorum cognitio eſt valdè neceſſaria ad ſacrorũ librorum intelligentiam; definitiones enim, & diuiſiones habemus à Logica, & Metaphiſica; rerum cauſas, & origines, ac proprietates oſtendit nobis Philoſophia naturalis, ex quarum cognitione multa abſcondita in Scripturis nobis reuelantur. Moyſes fuit doctus in omni Ægyptiorum ſapientia; & D.Auguſtinus libro 2. de doctrina Chriſtiana cap.28.

Pſal.17. Coloſſ.1. Tertull. Eneas Syl. D.Aug.

na cap. 28. oſtendit Gentiles Hiſtorias plurimum conferre ad intelle-ctum ſacræ ſcripturæ. Qui ergo vult ab hæreſibus diſcedere; primo orare debet Deum, vt ſuum intellectum illuminet, deinde vitia ſupra-dicta extirpare conetur; etſi ex infirmitate lapſus fuerit in aliquod pec-catum, caueat, ne ad ſe trahat intellectum.

Quod tres præcipuæ ſunt cauſæ hæreſum extrinſecæ.
Cap. XIII.

Act. 20. PRima cauſa hæreſum extrinſeca eſt Prælatorum negligentia; vnde D. Paulus Act. 20. Epiſcopos, & ſacerdotes alloquens dicit, attendi-te vobis, & vniuerſo gregi, in quo Spiritus ſanctus poſuit vos regere Ec-cleſiam Dei, quam ſanguine ſuo acquiſiuit, hac de cauſa tenemur obe-dire ſuperioribus, & illi pro nobis vigilare tenentur, vti legitur ad He-Hebr. 17. bræos 17. obedite præpoſitis veſtris; ipſi enim pro vobis vigilant: negli-gentia ergo Prælatorum in cauſa eſt, vt ſuperueniat inimicus homo, & ſuperſeminet zizaniam in medio tritici; eſt enim proprium hæretico-rum, vt ſecurius noceant permiſcere erroneam ſuam doctrinam doctri-nis Catholicis; itaque Epiſcopi vigilare debent. Huius adſunt infini-ta exempla; & præcipuè illud quod euenit Bohemiæ anno ſalutis 1400. Eneas Syl. vti narrat Eneas Syluius libro de origine Bohæmorum cap. 35. cui ca-lamitati Epiſcopus Pragenſis obuiam ire ſtuduit, & tantum fecit, vt il-lum è Praga eiectus fuerit, ac libros Ioannis Vuiclephi, a quibus Ioan-nes Huſs venenum ſuum auxerat Concilio doctiſſimorum virorum publice comburi mandauit, qua de cauſa Ioannes Huſs: ex Praga re-ceſſit, & in Villam Huſs, vbi illi origo fuit, & a qua cognomen ſumpſe-rat ſe recepit. Nec tamen ibi infamiam depoſuit; nam ibi venena ſua diſſeminabat, & quantum antea diligentia vſus eſt Epiſcopus Pragen-ſis, tantum poſtea aliorum Epiſcoporum, & dominorum ſæcularium negligentia, ad quorum dominia confugit, illius dementiæ vires auxit, quare factum eſt, vt cum hæreſes illas extirpare uoluerint non potue-rint. Secunda cauſa hæreſum extrinſeca eſt defectus prædicationis, quæ cauſa ad primam refertur; huius enim rei in cauſa eſt Prælatorum ne-gligentia, ad quos ex officio pertinet docere populum, vti habetur Mat-Matth. vlt. thæo vlt. ibi prædicate Euangelium omni creaturę; & Ioannis 21. Chri-Ioann. 21. ſtus dicit Petro, paſce oues meas, & Petrus ſua prima Epiſtola cap. 5. 1. Petr. 5. alijs Prælatis dicit; paſcite, qui in vobis eſt, gregem: Huius rei ſunt in-finita exempla, præcipuè in Hiſpania in ea parte Cantabriæ, quæ nunc Nauarra dicitur, & Biſcaia apud eos homines, qui Montana incolunt, varij inuenti ſunt errores, & ſuperſtitiones, ac variæ idolatriæ tempo-ribus Catholicorum Hiſpaniæ Regum Ferdinandi, & Heliſabethę con-iugum: quare laudandi ſunt; quia eorum auxilio, & authoritate ex-tincti ſunt; vti etiam laudandus eſt Sanctus Carolus Boromęus, qui multos extinxit errores in ſua diœceſi repertis dum viſitabat, ob defe-ctum prædicationis; qui defectus in eorum Paſtores reijciendus eſt: nam etſi illi ſic errantes peccent; tamen peccatum aliquam admittit excuſationem; eo quod eos nemo conduxit; nemo eos docuit. Tertia

cauſa

cauſa extrinſeca hæreſum, eſt tranſlatio ſacræ paginæ in linguam vulgarem; nam ſic ſacra pagina legitur ſine diſcretione ab omnibus; & cum hæreſes oriantur ex ſacræ paginæ peruerſa intelligentia, & vulgus legat id, quod minime intelligit, in hæreſim faciliter incidit: difficiliter enim creditur, quod vulgus indoctum ſtatim intelligat id, quod doctiſſimi viri longo ſtudio vix capere poſſunt: hac de cauſa, teſte Diuo Hieronymo Iudæis non licebat intra trigeſimum annum libros Geneſeos, & Cantica Canticorum legere, quia in eis continebantur multa intellectu difficilia: hac etiam de cauſa Reges Catholici Hiſpaniarum ſupra nominati ſub pœnis grauiſſimis prohibuerunt, ne quis ſacras paginas in linguam vulgarem transferret; aut ab alijs tranſlatas apud ſe retineret; ne ſcilicet darent occaſionem plebi errandi. Ex hac radice, & fonte prodierunt Vualdenſes, ſiue pauperes de Lugduno; & ſimiliter Begardi, & Beguinæ, ac alij, de quibus locis ſuis dicetur. Quomodo igitur & tu Luthere doces debere trāsferri ſacras paginas in linguam vulgarem ob vulgi ignorantiam? Et quomodo poterit vulgus, qui nil ſcit cognoſcere parabolas, quarum eſt frequens vſus in vtroque teſtamento? Quomodo aptabit ſimilitudines? Qualiter diſtinguet figuratas loquutiones a non figuratis? & ſic de alijs. O dicet forſan aliquis Lutheranus D. Hieronymus laudat tranſlationem ſacræ paginæ in linguam maternam ob fœminarum intelligentiam: & D. Chryſoſtomus laicis commendat ſtudium diuinorum voluminum. Ad hoc dicitur, quod multa antiquitus concedebantur, quæ nunc docente experientia ob multa accidentia ſunt prohibita; olim fœminæ nocturnis horis currebant vna cum puellis, & virginibus ad ſepulchra Martyrum; quod nunc eſt ablatum, quia ſæpe ſub ſpecie orationis ſcelera latenter committuntur; neque hoc per ſolam deſuetudinem abrogatum eſt; ſed per Concilij definitionem. Concilium namque Elibertinum prouinciale; receptum tamen; vti dicetur titulus Calceamentum, & alibi etiam; ab vniuerſali, & generali prima Synodo in Nicæa Bythiniæ ciuitate celebrata, cap. 35. ſuorum decretorum ſic ait: placuit prohiberi ne fœminæ in cœmiterio peruigilent, eo quod ſæpe ſub obtentu orationis ſcelera latenter committant: Olim etiam Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti dabatur in manus; & vnuſquiſq; domum portabat, ſumendum cum vellet, vti colligitur ex lib. 6. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euſebij cap. 33. nunc ob peruerſe tractantes abrogatum eſt: quod fere vſque ad tempora Cornelij Papæ conceſſum fuit. Sic dicimus de verſione ſacræ paginæ in linguam vulgarem, quia ſcilicet multi idiotæ lapſi ſunt in multos errores; ideo Eccleſia a Spiritu ſancto edocta hoc prudenter prohibuit. Scis quare ô inique Luthere laudas verſionem ſacrę paginæ in linguam vulgarem? vt ſcilicet hoc modo trahas plebem in tuam opinionem, eamque tecum ad tartara ducas.

D. Hier.
D. Hier.
D. Chryſ.
Cōç. Elib.
Euſeb.

Quod tres ſint principales coniecturæ cognoſcendi hæreticos. Cap. XIV.

CVm hæreticorum mores ſint varij, non eſt parua res illos a Catholicis diſcernere, tum ob rei vtilitatem, tum ob eiuſdem difficultatem.

tem. Vtilitas certe maxima eſt, nam multi pallio nominis Chriſtiani ſua venenoſa dogmata populo venditant, & ſic eos in ſuos errores trahunt
Matth.7. ideo Chriſtus præuidens multos hęreticos ſub nomine Catholico venturos, Mat.7.nos admonet dicēs:attendite a falſis Prophetis,qui ad vos ve
1.Ioan.4. niūt in veſtimentis ouium,intrinſecus autem ſunt lupi rapaces;& Ioan. 1.Epiſt.c.4.dicit;nolite credere omni ſpiritui,ſed probate an ex Deo ſint, nam ſurgent multi Pſeudoprophetę.Difficultas vero habetur ex morum varietate;nam alij v.g. occultantur,vt ſanctiores appareāt,vt ita facilius
Iob.30. ſimplices decipere poſſint; de his legitur Iob.30.in deſertis habitabāt torrentium;& in cauernis terrę.In cauernis habitant hæretici,quia plerumque errorem ſuum non accedentes publice docere; ne a ſapientioribus, & Catholicis arguantur. Alij ſuas actiones publice cum omnimoda temeritate & licentia faciunt ſibi perſuadentes poſſe melius ſuum errorem diſſeminare, ac etiam ſi oportebit defendere. Cum igitur tot ſunt,& varij hæreticorum mores difficiliter cognoſci poſſunt: regulam tamen generalem Saluator noſter,illos cognoſcendi;nobis. Matt.7.reliquit; cum nos præmonuiſſet ut à falſis Prophetis caueremus; modum,quo eos cognoſceremus adiunxit dicens,a fructibus eorum cognoſcetis eos.Numquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit; mala autem arbor malos fructus facit. Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neq; arbor mala bonos fructus facere. Tres tamen coniecturas illos cognoſcendi inueni. Prima eſt velle
Eneas Syl. res nouas,& parui momēti docere;uti refert Aeneas Syluius,qui poſtea fuit Papa,& dictus eſt Pius II.libro ſuo de origine Bohæmorum cap.35. vbi docet Ioannem Huſſ ſemper res nouas amaſſe, & docuiſſe; & legi-
1.Tim.6. tur 1.ad Tim.6. O Timothęe depoſitum cuſtodi deuitans profanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes errauerunt circa fidem. Secunda coniectura eſt nimia libertas pronunciandi, ad quam aliqui ita ſunt procliues, vt quicquid eis
Iacob.1. in buccam venit ſtatim proferant;legitur enim Iac.cap.1.ſi quis putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam,ſed ſeducens cor ſuum,huius vana eſt religio: qui ergo tam faciliter loquitur de rebus ſerijs ad fidem attinētibus ſine vlteriore inueſtigatione, & aliorum Catholicorum conſilio ſibi ipſi fidens, hic certe ſuſpicionem hæretici incurrit. Tertia coniectura eſt cum quis de ſuis erroribus corrigitur ſtatim oſtendit impatientiam;immo reprehenſoribus infert iniuriam, de his dicit D.Pau-
1.Tim.4. lus 1.Tim.4.mali homines, & ſeductores proficient in peius in errorem mittentes,& ipſi errantes; vti fecit Lutherus;nam a viris doctis, & ſanctis admonitus in principio ſui erroris,præcipue a Leone X.Papa,etiam cum cenſura; vt ſpiritus eius ſaluus fieret in die Domini, ſtatim impatiens, & pertinax cœpit multa in Pontificem Romanum, & cęteros ordines Eccleſiaſticos proferre;vti ſuo loco dicetur,efficaciſſima igitur eſt coniectura ex correctionis impatientia conijcere aliquem eſſe hæreticum; quia oſtendit pertinaciam,quæ conſummatum facit hæreticum.

Finis Libri Prohœmialis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

TRIVMPHVS CATHOLICÆ VERITATIS,

In quo Hæreſes omnes, iuxta ordinem Alphabeticum, ad terram proſternuntur; Auctorumq. earum actiones narrantur.

AVCTORE DONNO AMBROSIO à Mediolano de Ruſconibus de Cumis Monacho Caſinenſi.

TITVLVS ADORATIO.

Hæreſis Prima.

CIRCA *hoc nomen duas præcipue ortas hæreſes inueni. Prima negat Crucis adorationem, illius ſcilicet, in qua Chriſtus pro peccatis noſtris pependit, & conſequenter etiam illarum ad illius imitationem factarum.*

Acta Claudij Taurinenſis.

AVCTOR *huius fuit, vti teſtatur Thomas Vualdenſis, in libro ſuo de Sacramentalibus titulo 2. cap. 16. Claudius quidam homo Haggiomacus, Anglus genere, Oxoniæ ortus, qui cum ſe totus à pueritia tradidiſſet dogmatibus Arrij; progreſſu etiam temporis infectus eſt lepra Neſtorij, Vigilantij, & Euſtachij, de quibus ſuo loco dicetur: & cum eſſet anno ſalutis 825. ſub Eugenio II. Papa; & Ludouico Romanorum Imperatore, Epiſcopus in Ciuitate Taurini in Pedemontibus, detectus fuit hæreſiarca à quodam viro religioſo, & Eccleſiæ Cathedralis Taurinenſis Canonico Ludouico dicto; & correptus ea modeſtia, & humanitate, qua vti licet ab Abbate quodam dicto Theodo-* Thomas Vuald.

A miro;

miro; per hoc emendationem non ſuſcepit, immo peior euaſit, & librum apologeticum contra eundem Abbatem Theodomirum pro ſuarum hæreſum defenſione conſcripſit; Verum fauente Deo tandem hæc beſtia à Iona Aurelianenſe Epiſcopo confuſus, & confutatus eſt: tamen ſenio confectus pertinax mortuus eſt, & in ſterquilinio ſepultus.

Acta Ioannis Vuicleph.

QVæ hæreſis diu ſepulta renouata fuit à Ioanne Vuiclepho Anglo in ciuitate Oxoniæ ortus, qui fuit ex nobiliſſima Paditriſtis familia; qui cum ab ineunte ætate multum delectaretur Vualdenſium doctrina, ea lepra infectus eſt; quare (vti teſtatur Thomas Vualdenſis libro ſuo doctrinali fidei antiquæ tomo 1. art. 3. cap. 60.) non valens obtinere Epiſcopatum Vigorienſem ab eo ſummopere deſideratum multa peruerſa volumina in Eccleſiam Catholicam edidit; ac Vualdenſium dogmata auxit: floruit autem anno ſalutis 1380. ſub Vrbano VI. huius nominis Papa, & Vincislao Romanorum Imperatore; ſub quo tempore fuit etiam ſacerdos conſecratus, vti ſopranominatus Thomas teſtatur; qui Thomas fuit coæuus Vuiclephi, & vidit ſua peruerſa volumina; & cum eſſet & ipſe natione Anglus, & volens patriam expurgare ab erroribus Vuiclephiſtarum; eos maximis rationibus, & potioribus ſacræ paginæ authoritatibus confutauit, vti eius ſcripta indicant: Vixit autem Ioannes Vuicleph circa annum ætatis ſuæ 64. quare primo deficiens eius corpus Oxoniæ ſepelitur; anima tamen eius Diabolo perpetuo crucianda traditur.

Thomas Vuald.

Thom. loco ſup. cit.

COnuincitur itaque hæreſis; nam omnes Doctores tam Græci, quàm Latini exponentes illa verba Pſalm. 98. ſcilicet *Adorate ſcabellum pedum eius*; per illa intelligunt Domini Crucem; inſuper ritus, & Eccleſiæ conſuetudines, ac definitiones ſunt tanti valoris, quanti eſt ſacra pagina; vti libro proœmiali cap. 5. a nobis probatum eſt. Ritus autem Eccleſiæ Catholicæ Romanæ eſt, vt Crux adoretur; nam feria ſexta Paraſceues poſt decantatam à ſacerdote Domini paſſionem Crux eleuatur, diſcooperitur, & in loco humili deponitur, & ſic ab omnibus vere Chriſtianus adoratur: additur quod proſtrationes, capitum nudationes, pectoris percuſſiones, manuum eleuationes coram Cruce factæ nil aliud ſignificant, quam quod per illa teſtamur nos credere in ſimili Chriſtum pro peccatis noſtris paſſum fuiſſe; & ita per memoriam Crucis innouatur in nos beneficium redemptionis noſtræ a Chriſto acceptum.

Pſalm. 98.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Romæ celebrato anno ſalutis 732. ſub Gregorio III. huius nominis Papa, & Leone IV. Romanorum Imperatore, 93. Epiſcoporum, ac aliorum Patrum: & in Concilio Nicæno II. celebrato anno ſalutis 786. ſub Adriano I. huius nominis Papa; & Conſtantino VI. & Irene matre Romanorum Imperatrice, 350. & amplius Patrum diuerſarum nationum actione prima docet Crucem

Conc. Rō. ſub Greg. 3.

Conc. Nic. 2. ſub Adriano.

Saluatoris,

Digitized by Google

Saluatoris, & Sanctorum imagines adorandas eſſe, damnans ſub anathemate Epheſinum concionabulum, in quo imagines damnatæ fuerant. Et in Concilio Conſtantienſi anno ſalutis 1415. celebrato ſub Ioanne XXIV. huius nominis Papa, & Sigiſm undo Romanorum Imperatore, mille, & amplius Patrum ſeſſione 8. hunc cum alijs Vuiclephi erroribus ſub anathemate damnat; in quo Concilio ob ſchiſma (vt deinde pax vniuerſalis ſequeretur in eccleſia) anno ſalutis 1417. Ioannes renunciauit Papatui, & de eodem anno die ſecundo menſis Nouembris in feſto S. Martini Reuerendiſſimi Patres in Conclaui elegerunt in Pontificem Reuerendiſſimum in Chriſto Patrem Domnum Odonem de Columna S. Gregorij ad Velum Aureum Diaconum Cardinalem natione Romanum; quæ electio concorditer, & vnanimiter facta eſt; ſicque dictus eſt Martinus Quintus, & per Sereniſſimum Principem Sigiſmundum Romanorum Regem apud Eccleſiam maiorem Ciuitatis Conſtantienſis intronizatus, & coronatus fuit.

Contra hanc hæreſim ſcripſit diligentiſſime Thomas Vualdenſis lib. de Sacramentalibus titulo 20. Thomas Vuald.

Contra Claudium verò ſcripſit Ionas Aurelianenſis libros tres.
Primus eſt de ſacris Imaginibus. Ionas Aurelian.
Secundus eſt de Crucis adoratione, de defenſione cultus Sanctorum.
Tertius eſt de peregrinatione Romæ ob peccatorum veniam.

Hæreſis Secunda.

Hæc hæreſis negat adorationem Sacroſanctæ Euchariſtiæ.

Acta Ioannis Oecolampadij.

Auctor fuit Ioannes Oecolampadius Germanus apud Ciuitatem Baſileæ ortus, qui in parua ætate adhuc exiſtens ſe Monachum ex inſtituto ſanctæ Brigidæ, in quodam monaſterio Baſileæ conſecrauit, multumq. in monaſtica diſciplina, & ſanctitate vitæ, & doctrina profecit; nam fuit vir perdoctus, trium ſcilicet linguarum Hebraicæ, Grææ, & Latinæ, at ſucceſſu temporis ſeductus fuit a Luthero; ſic eius verus imitator, ac diſcipulus euaſit; tamen in hac doctrina de Sanctiſſimæ Euchariſtiæ adoratione a ſuo magiſtro fuit diuiſus; nam ſpiritu elationis inflatus plus ſapere voluit, quam oportebat: itaque primo renunciato monachatu duxit monialem in vxorem, magiſtri ſui ſequens veſtigia; impatiens tamen aliquid magis impium excogitauit, quam Lutherus, ſicque proprium extendens vexillum, dixit Chriſtum minime contineri in Euchariſtia; ideo idolatras nominat adorantes Euchariſtiam; quare deinde ſequaces dicti ſunt Oecolampadiani; hocq. peruerſum dogma Oecolampadius docebat, ac

per Germaniam diſſeminabat circa annum ſalutis 1525. ſub Clemente VII. huius nominis Papa, & Carolo Quinto Auſtriaco Romanorum Imperatore: fuit ad Concilium Tridentinum cum ſuo ſaluo conducto, ac cum Patribus multas diſputationes habuit; & licet confuſus per hoc tamen caſum ſuum non ingemuit; immo magis pertinax diſceſſit; & in ſua erronea opinione vſque ad mortem perſeuerauit; itaque improuiſè in lectulo apud vxorem mortuus, & Baſileæ ſepultus fuit, anima tamen eius Diabolo tradita eſt perpetuo crucianda.

HAnc hæreſim confutabimus fauente Deo titulo Euchariſtia; pro nunc ſolum dicimus, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Iulio III. huius nominis Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore inuictiſſimo ſeſſ. 4. celebrata anno ſalutis 1551. 25. Nouembris cap. 5. determinauit præter quotidianam adorationem in Eccleſia ſacroſanctæ Euchariſtiæ, etiam peculiari quodam feſto ſemel in anno in proceſſionibus reuerenter adorari; qui ritus, & quæ Eccleſiæ conſuetudines ſunt tanti valoris, quanti eſt ſacra pagina, vti libro proœmiali cap. 5. probauimus.

Cōc. Trid.

TITVLVS ABSOLVTIO.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen duas præcipue ortas hæreſes inueni. Prima docet pœnitentem ſola fide abſolui à ſuis peccatis; credens enim ſe eſſe abſolutum abſolutus eſt, licet ei deſit contritio, & ſacerdos non ſerio, ſed ioco abſoluat.

Acta Martini Lutheri.

AVctor fuit Martinus Lutherus natione Germanus patria Islebienſi vrbe Saxoniæ; nam adhuc puer anno ſalutis 1504. in patria fit monachus ex inſtituto fratrum Heremitarum Diui Auguſtini; & quia ingenio maxime pollebat ſtudijs Scolaſticis incubuit, in eiſque multum profecit, tamen degenerans a patre ſpiritu elationis, & ambitionis ductus apoſtatauit, & cœpit dicere Indulgentias eſſe nullius authoritatis; vti ſuis locis dicetur; & reprehenſus à viris ſanctis, & doctis, peiora prioribus in lucem produxit; ita vt à Duce Saxoniæ protectus totam fere Germaniam ſuis dogmatibus infecerit: Quare pertinax a Leone X. huius nominis Papa ab Eccleſia ſeparatus eſt, nec per hoc caſum ſuum ingemuit, immo contempſit, & membrum Diaboli effectus eſt; & cœpit ſummum Pontificem, & totam Eccleſiam, ac omnem Eccleſiaſticum ordinem calumniari, monachatumq. omnem ab Eccleſia procul eſſe dicere, liberam monachis tribuens vi-

uendi

Digitized by Google

uendi facultatem; ſic anno ſalutis 1517. ſub Leone X. Papa, & magno Maximiliano I. Auſtriaco Romanorum Imperatore, renunciato monachatu duxit monialem in vxorem, & in tantam temeritatem deuenit, vt auſus ſit inducere ferè omnes Germaniæ Principes, vt monaſteria omnia monachorum, & monialium ad terram proſternerent; Quod factum eſt in multis Germaniæ prouincijs cum magno ſcandalo, ac Sanctæ matris Eccleſiæ Catholicæ Romanæ detrimento: ſolebat enim dicere iniquus Lutherus; vtinam deſcenderet ignis de cęlo, & omnia monachorum, & monialium cęnobia, quæ ſunt diabolica inuenta deſtrueret, addens Baſilium, Benedictum, Auguſtinum, Franciſcum, ac alios monachorum inſtitutores, ſi in finem vitæ ſuæ non pęnituerint eſſe damnatos; & a tempore quo apoſtatauit vſque ad extremum ſuum diem ſemper corde induratus manſit; quare pertinax ſeptuagenarius, & in lectulo improuiſè mortuus repertus fuit, ſepultuſq. in patria; anima eius igne, & ſulfure Diabolo tradita fuit perpetuo crucianda; & inter alios hos præcipue infraſcriptos diſcipulos habuit, qui omnes addentes impietatem impietati (vti mos eſt hæreticorum) reſtauratores fuerunt Lutheranæ hæreſis. Sunt itaque infraſcripti, ſcilicet

Ioannes Oecolampadius.	Ioannes Caluinus.
Martius Zuinglius.	Andreas Oſſiander.
Ioannes Brentius.	Martinus Butzerus.
Philippus Melancthon.	Ioannes Volfangus.
Ioannes Spangebergus.	Baldaſſar Hiebmaier.
Andreas Carolſtadius.	

De quibus ſuis locis ſigillatim dicetur.

COnuincitur itaq. hæreſis; & primo adnotandum eſt, quod ex verbis Lutheri duo colliguntur; primum ſolam fidem iuſtificare, quod certè falſum eſt; nam licet habeatur ex ſacra pagina fidem iuſtificare omnes tamen auctoritates intelliguntur de fide formata vti teſtatur D. Paulus 1. Cor. 13. ibi, *Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero nihil ſum*; inſuper Sacerdos remittit peccata per poteſtatem ſibi à Deo collatam Ioannis 20. *Quorum remiſeritis peccata remittũtur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt*. Sic quæro à Luthero, aut Chriſtus aliquam Apoſtolis contulit auctoritatem, aut nullam, ſi nullam, ergo facit Lutherus Chriſtum mendacem, quod nõ eſt dicendum; ſi aliquam, ergo, prout verba ſonant, aliam nõ contulit præter illam abſoluẽdi, quare fatendum eſt pœnitentem per ſolam fidem non eſſe abſolutum, cũ etiã Sacerdos auctoritate ſibi a Chriſto data abſoluat. Secundum, quod ex verbis Lutheri colligitur, eſt, illum, qui credit, eſſe verè abſolutum; etiamſi ioco abſoluatur, & illi deſit contritio; quod quam ſit falſum patet ex verbis D. Pauli 1. Cor. 4. *Sed neque meipſum iudico. Nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc iuſtificatus ſum; qui autẽ iudicat me Dominus eſt*; inſuper ex auctoritate data a Chriſto Apoſtolis, & ſuis ſucceſſoribus cõſtat, vt quiſq; peccator credat ſe eſſe abſolutum vi verborum, quæ a Sacerdote poſt accuſationem omnium ſuorum peccatorum proferuntur ſuper eum, vti legitur Ioan. 20.

1. Cor. 13.

Ioan. 20.

1. Cor. 4.

ibi

Ioan. 20. ibi *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt.*

Conc. Triden. Poſtremo Eccleſia vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Iulio III. Papa; & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 4. anno ſalutis 1551. celebrata Can. 9. hanc aſſertionem ſub anathemate damnat.

Ioan. Roff. Contra hunc errorem doctiſſimè ſcripſit Ioannes Roffenſis in libro ædito contra Lutherum.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis puerum, ac mulierum æque ac Papam abſoluere poſſe à peccatis.

Auctor fuit ſupra dictus Martinus Lutherus.

Conuincitur, & primo dico, quod ſimplex ſacerdos quo ad culpam circa ſuum ſubditum, ſi plene illi ſubdatur, parem poteſtatem habet cum Papa, non tamen ſic eſt de pœna; nam Papa poteſt vel totam, vel partem relaxare, infimus autem ſacerdos propria authoritate non poteſt in vniuerſum à pœna abſoluere. His ſic poſitis dico, quod, id, quod dicit Lutherus, ſcilicet omnem Chriſtianum poſſe abſoluere a peccatis pendet ex eo, quod dixit nempe totam vim ad culpam delendam pendere ex fidei credentibus, nullo vero pacto ex miniſtro; quod quam ſit falſum patet primo auctoritate data a Chriſto diſcipulis, & ſucceſſoribus, vti legitur Ioannis 20. & Matth. 18. *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt.* Nam tunc nulla prorſus erat præſens fœmina: inſuper hæc Lutheri aſſertio damnatur ex Eccleſiæ vniuerſalis definitione, quæ Eccleſiæ conſuetudines ſunt tanti valoris, quanti eſt ſacra pagina; vti libro Procemiali cap. 5. probatum eſt.

Ioan. 20. Matth. 18.

Cóc. Trid. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Iulio III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 4. anno ſalutis 1551. 25. Nouembris celebrata, Canone 10. hanc Lutheri aſſertionem damnat.

Ioan. Roff. Contra hunc errorem diligentiſſime ſcripſit Ioannes Roffenſis in libro ædito contra Lutheri articulos.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS ADAM.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen ſex præcipue ortas hæreſes inueni. Prima docet Adam, & Eua ob eorum inobedientiam eſſe perpetuo detruſos in Infernum.

Acta Tatiani.

Auctor fuit Tatianus Syrus Antiochiæ ortus, qui primo fuit Philoſophus Platonicus, deinde ad fidem conuerſus factus eſt B. Iuſtini martyris diſcipulus; tamen paucis elapſis annis malus euaſit Chriſtianus; & licet viuente eius magiſtro Romam veniſſet, ac ibi Chriſtianam religionem doceret, & pro Chriſtianis contra gentes egregium volumen ſcriberet, diſſimulabat tamen, & intus erat peruerſus, animamq. habebat hæreſibus contaminatam: quare mortuo beato Iuſtino eius magiſtro Roma digreſſus eſt in Oriente, & in ſuperbia elatus in varios errores Valentini, Marcionis, & Saturnini cecidit: Qui etiam fuit auctor hæreſis Encratitarum, vti teſtatur Beatus Irenæus libro ſuo primo aduerſus hæreſes cap. 30. & Diuus Hieronymus in commentarijs ſuper Amos; Qui Tatianus præcipue floruit anno ſalutis 174. ſub Aniceto Papa, & martyre, & Marco Aurelio Romanorum Imperatore, & a tempore, quo apoſtatauit vſque in finem vitæ in apoſtaſia, & pertinacia perſeuerauit, quare ſenio confectus primo decedens corpus eius non longe ab Antiochia ſepultus fuit; anima tamen eius in Inferno Diabolo perpetuo crucianda tradita eſt. B. Iren. Hieron.

Conuincitur itaque hæreſis; nam ſi per Chriſtum totum genus humanum ſaluatum eſt dicente Apoſtolo 1. Cor. 15. ibi, *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes viuificabuntur*; Si ergo totum genus humanum ſaluatur, ergo & is, qui primus plaſmatus eſt, non enim eſt æquum, vt primus captiuus remaneat liberatis filijs: inſuper legitur Gen. 3. Omnis maledictio peruenit in ſerpentem, quia eos ſeduxit; vnde loco ſupracitato legitur, *Maledictus es ſuper omnia animantia, quia feciſti hoc*: præterea ex rubore conijcitur primos parentes pœnituiſſe; quare Deus flectens ſe ad miſericordiam vti legitur Gen. 3. Fecit illis primo tunicas pelliceas dans illis pœnitentiam, eijciens illos de Paradiſo, eiſque præcipiens, vt veſcerentur pane in ſudore vultus ſui: inſuper legitur Sap. 10. *Qui primus formatus eſt à Deo Pater orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo*: quam igitur à vero aliena ſit hæc aſſertio patet.

1. Cor. 15. Gen. 3. Ibid. Sap. 10.

Denique

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio I. generali Nicæno anno ſalutis 325. celebrato ſub Syluestro Papa, & magno Conſtantino Romanorum Imperatore 318. Patrum diuerſarum nationum hanc aſſertionem damnauit. Cōc. Nic.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis Adam poſt peccatum amiſiſſe Dei imaginem.

Acta Origenis.

AVctor fuit Origenes Aegyptius in Alexandria ortus, qui adhuc puer ita erat fidei Catholicæ amator, vt patrem, ac alios pro fide Christi in carcere detentos ad martyrium libenter pro Christo ſubſtinendum exhortabatur; & cum eſſet 17. annorum erat verè omnium Philoſophorum, ac Theologorum ſui temporis Princeps. Patre igitur anno ſalutis 205. ſub Zepherino Papa, & martyre, & Seuero Romanorum Imperatore, Leonide vocato pro fide Christi decollato, ac eius patrimonio confiſcato, vti refert Epiphanius Epiſcopus Salaminæ in quadam epiſtola ad Ioannem Hieroſolymitanum, Origenes cum matre, & ſeptem fratribus paruulis egenus remanſit; tamen conſtans, & totus ad religionem, & Deum conuerſus cœpit Grammaticam docere, cuius precio matrem cum fratribus paſcebat: deinde cum mira eſſet eloquentia anno ſequenti, ætatis ſcilicet ſuæ 18. cœpit Scripturam publicè interpretari, & officium prædicandi ſuſcipere; & cum perueniſſet ad annum 21. imprudens Origenes, & nimis audax facinus in ſeipſum admiſit; nam ſimplicius interpretatus est ſententiam Saluatoris Matth. 19. de caſtratione ob Regnum Cœlorum, ſicq. ſeipſum ſecreto caſtratus eſt; ita à viris ſanctis, & pijs repræhenſus fuit; & quia deuotus, ac obediens erat Eccleſiæ Catholicæ Romanæ ſummopere cupiebat ad illam venire; itaq. anno ſalutis 217. ſub Zepherino Papa & martyre, & Seuero Romanorum Imperatore Romam venit; ibique parum manſit, quare in patriam reuerſus eſt, vbi maxima abſtinentia vtebatur in rebus alienis, in cibo, in potu, abſtinens ſe omnino a carnibus, multos hæreticos conuertit, & præcipue Ambroſium quendam hominem eruditiſſimum Valentini, & Marchionis hæreſibus infectum, qui deinde ei fuit in omnibus cancellarius fidiſſimus; conuertit etiam anno ſalutis 229. ſub Vrbano I. Papa, & martyre, & Alexandro Romanorum Imperatore Berillum Epiſcopum Boſtrenum in Arabia, ac ſub eodem tempore hæreſim Ebionitarum impugnauit; vti narrat Euſebius libro 6. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 14. & cap. 26. anno verò ſequenti iter faciens in Græciam per Paleſtinam ob negotia Eccleſiaſtica cum litteris commendatitijs ſui Epiſcopi Alexandrini, Cæſareæ ab Epiſcopo loci ordinatus fuit ſacerdos, anno ætatis ſuæ 44. de qua ordinatione Demetrius Epiſcopus Alexandrinus conqueſtus eſt, quia

Epiphan. Matth. 19. Euſebius.

ſcilicet

Digitized by Google

ſcilicet Origenes ſe caſtrauerat; excuſat autem ſe Epiſcopus Cæſarienſis, quod ſcilicet eum ordinauerit ob litteras commendatitias, & quod eum ſe caſtraſſe ignorauerit; defenſus tamen fuit Origenes à multis, quod ſcilicet id fecerit non ferro, ſed pharmaco, quo rebellem corporis partem penitus exſiccaret; vti Epiphanius refert hæreſi 64. anno verò ſalutis 231. à Demetrio Epiſcopo ob multos errores excommunicatus fuit; quare turbæ in illum excitantur, eum extra ciuitatem eijcientes; ipſe verò Romam iterum venit, & ſe expurgauit coram Fabiano tunc temporis Papa petens veniam de male prolatis; alij tamen cauſam errorum ſuorum refundunt in Ambroſium ſupra dictum, qui eius ſcripta non emendata in publicum protulit; poſtea anno ſalutis 249. venit in Arabiã, vbi confutauit firmiſſimis rationibus hæreſim illam ab Arabicis inuentam, ſcilicet animam hominis in morte corrumpi; quam confutabimus Titulo Anima, hæreſi Septima: anno verò ſalutis 253. in patriam iterum reuerſus, multa pro fide ſubſtinuit tormenta, & vt Epiphanius refert hæreſi 64. tractus fuit per totam ciuitatem; quare fugit Hieruſalem, ibique cœpit rogatus docere, & in Eccleſiam prædicare, & caſu quadam die incidit in ſententiam illa Pſalmi 49. ſcilicet, Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu verò odiſti diſciplinam: *qua lecta librum depoſuit, & amarè flere cœpit, omnibus ſimul cum illo flentibus; vnde ex hoc (referente Epiphanio loco ſupra citato) ſcripſit libellum inſcriptum de Lamentatione, ſiue de Pœnitentia Origenis, & licet Origenes errauerit; non tamen pertinax, ſed obediens ſemper fuit Eccleſiæ, cuius correctioni ſe ſubmiſit, vnde multa eius egregia ſcripta ab Eccleſia recipiuntur; denique anno ſalutis 256. exul à patria ſub Lucio Papa, & Gallo, & Voluſiano Imperatoribus Romanis, primo deficiens in pace quieuit, & apud Tyrum ſepultus fuit anno ætatis ſuæ 68.*

Epiph. Epiph. Pſalm. 49. Epiph.

Conuincitur igitur hic error; & primo dico; quod ſi Origenes accipit imaginem, vt diſtat a ſimilitudine (nam imago eſt ſubſtantia, & ſimilitudo eſt nomen declaratiuum qualitatis in ſubſtantia) tunc dico, quod manifeſtus eſt error Origenis; ſi verò Origenes per imaginem intelligit ſimilitudinem, tunc dico, quod Adam amiſit Dei ſimilitudinem, ideſt perfectionem: imago enim Dei omnium rationabilium eſt, & ſimilitudo paucorum. Anima autem quantumlibet peccatrix numquam amittit Dei imaginem; ſi verò non fuerit ſancta, vel bona ſecundum legem, non perueniet ad Dei ſimilitudinem in gloria; quæ ſi ſancta, erit Creatori ſimilis, & Angelis æqualis.

Denique hic error emendatus fuit ab Eccleſia Vniuerſali in Concilio Romæ habito ſexaginta Epiſcoporum, totidem Presbyterorum, & aliorum Diaconorum incœpto ſub Fabiano I. Papa, & martyre; deinde expleto anno ſalutis 254. ſub Cornelio Papa, & martyre, & Gallo, & Voluſiano Imperatoribus Romanis, in quo Concilio omnes alij Origenis errores correcti, & emendati ſunt.

Conc. Ro. ſub Corn.

Hæreſis Tertia.

Docet hæc Hæreſis, quod ſi primi parentes permanſiſſent in ſtatu innocentiæ, numquam fuiſſent coituri ob humanam ſpeciem propagandam.

Acta Armenorum.

Guido Carm.

Vctores fuerunt Armeni, quorum Dux fuit Iacobus Syrus, de quo Titulo Confeſſio, Hæreſi Secunda dicetur. Hi Armeni (vti refert Guido Carmelita in ſua ſumma de Hæreſibus) Aſiam incolunt in parte ſita inter Taurum, & Caucaſum montes; quorum patria dicta eſt Armenia, protendens à Capadocia vſque ad Caſpium mare; & ab Eccleſia ſunt ſeparati circa annum ſalutis 455. ſub Leone I. Papa, & Marciano Romanorum Imperatore, quia noluerunt recipere decreta Concilij Chalcedonenſis; habent proprium Primatem, cui obediunt, Romanum Pontificem contemnentes; ob quorum Schiſma multa Concilia congregata ſunt pro eorum vnione; & præcipue Florentinum ſub Eugenio IV. huius nominis Papa, primo Ferrariæ inditum, deinde ob peſtem Florentiā tranſlatum, in quo Concilio ſequuta eſt fauente Deo vnio Armenorum cum Eccleſia Latina; qui confeſſi ſunt proceſſionem Spiritus Sancti a Patre, & Filio, pariter & Purgatorium, conſecrationemq. in Azimis legitimam, ac Romani Pontificis auctoritatem; quare anno ſalutis 1439. 22. die menſis Nouembris gaudentes reuerſi ſunt in patriam vnà cum Ioanne Paleologo eorum Imperatore; ideo Eugenius poſt Concilium peractum creauit octo Cardinales, inter quos erant duo Græci, ſcilicet Ruthenus, & Nicænus, vt eorum auctoritate natio Græcorum, & Armenorum in fide contineretur, quæ tamen poſt aliquos annos in antiquos errores cecidit.

Conc. Flo. ſub Eug. 4.

Acta Almerici.

Hic deinde error renouatus fuit ab Almerico Doctore Gallo, patria Carnotenſi, qui Lutetiæ Pariſiorum Doctoratus lauream aſſequutus; floruit anno ſalutis 1200. ſub Innocentio III. huius nominis Papa, & Ottone IV. Romanorum Imperatore, & quia ſuis falſis dogmatibus ſimplices ſeducebat ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis retentus eſt, nam pertinax perſeuerabat in ſua opinione, ſic tamquam palmitem putridum in vite reſecandum determinarunt, ipſumq. excommunicatum pronunciarunt, declararunt, ac damnarunt, ita anno ſalutis 1204. traditus fuit Pariſijs poteſtati ſæculari, ibiq. combuſtus fuit; cuius cineres in

ventum

Digitized by Google

ventum, & in flumen diſperſa ſunt. Et non ſolum hanc Armenorum inſaniam renouauit Almericus, verum eam auxit dicens nullam fuiſſe ſexus differentiam inter primos parentes, vti teſtatur Frater Bernardus de Lutzemburgo in ſuo hæreticorum Catalogo. F.Bern. de Lutzemb.

COnuincitur, & primo ad dictum Armenorum dico, quod legitur Gen. 1. ibi ſtatim benedixit eis,& ait *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram*; quæ verba eis dicta ſunt antequam peccarent: additum verò ab Almerico falſum eſſe clarè patet; nam legitur Gen. 1. *Ad imaginem Dei creauit illum maſculum, & fœminam.* Quod etiam à Chriſto per Matth. 10. exprimitur *Ab initio maſculum, & fœminam fecit illos*, ex quibus clara eſt inter primos parentes differentia ſexus; taceant igitur Armeni inſanientes,& valeat innaturalis Almericus. Gen. 1. Ibid. Matth. 10.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio IV. generali Chalcedonenſi anno ſalutis 452. celebrato ſub Leone I. Papa,& Marciano Romanorum Imperatore 630. Patrum diuerſarum Prouinciarum,hunc,& alios etiam Armenorum errores damnauit; & in Concilio maximo Lateranenſi ſub Innocentio III. Papa, & Ottone IV. Romanorum Imperatore anno ſalutis 1215. celebrato 1300. & amplius Patrum; inter quos erant duo Patriarchæ,Hieruſalem, ſcilicet, & Conſtantinopolis; 70. Archiepiſcopi; 400. Epiſcopi; 800. Priores conuentuales; Romani Imperij Legati; & denique Regum Hieruſalem, Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, & Cypri Oratores; Almericum cum omnibus ſuis erroribus ſub anathemate damnauit. Conc. 4. gen. Chalced. ſub Leone 1. Conc. Lat. ſub Innoc. 3.

Hæreſis Quarta.

D*Ocet hæc Hæreſis, quod Adam fuiſſet mortuus etiamſi non peccaſſet, & quod eſt mortuus conditione naturæ, non ex culpæ merito.*

Acta Pelagij.

A*Vctor fuit Pelagius, qui ortum ſuum habuit ex progenie Scoticæ gentis; qui iam adultus Scotia digreſſus eſt in Africa, vbi monachus ex inſtituto Diui Baſilij factus eſt; nec diu perdurauit in obſeruantia regulæ quam profeſſus eſt, ſed à Patre degenerans, & in reprobum ſenſum datus in multas cecidit hæreſes, vti teſtatur D. Auguſtinus libro de hæreſibus, ad quod vult Deum; ſicq. in eis perſeuerabat, ac ſimplices quantum poterat ſeducebat, eoſq. in ſuam ſententiam trahebat: multos ipſo viuente habuit diſcipulos, præcipue Iulianum impium Epiſcopum Capuanum; & Celeſtium perfidum monachum ex Diui Baſilij inſtituto; tandem anno ſalutis 405. ſub Innocentio I. huius nominis Papa; & Honorio, & Theodoſio Imperatoribus Romanis reuerſus in patriam totam ferè ſuis peruerſis dogmatibus infecit, vnde ſequaces deinde dicti ſunt Pe-* D.Aug.

Conc. Mil leuit. Conc. Carthag. *lagiani; & in duobus Concilijs fuit damnatus in Milleuitano Secundo, & in Carthaginenſi Septimo, quare ab Eccleſia maledictus, pertinax vſque ad mortem perſeuerauit, ſic ſenio confectus primo decedens migrauit ad Diabolum, & in patria ſepultus fuit.*

Sap. 2. Gen. 3. Gen. 3. Ad Ro. 8. COnuincitur, nam legitur Sap. 2. Quod Deus creauit hominem inexterminabilem, ergo ſi in innocentia perſeueraſſet Adam non eſſet mortuus. Secundò legitur Gen. 3. cum ei ob peccatum commiſſum malediceretur, dixit ei Deus *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es:* hoc autem ei dictum eſt ob peccatum, quod peccatum generat mortem, & quod verum ſit, cum ejjcitur de Paradiſo ei dicit Deus, vti legitur Gen. 3. Ne fortè comedat de ligno vitæ, & viuat in æternum, ex quo videtur per lignum vitæ eſſe a morte præſeruandum; denique legitur Rom. 8. *Corpus mortuum eſt ob peccatum.*

Conc. Mil leuit. Conc. Carthag. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Secundo Milleuitano in Africa celebrato 200. & amplius Patrum, auctoritate Innocentij I. Papæ, anno ſalutis 416. Imperio Romano tunc gubernantibus Honorio, & Theodoſio, cui etiam interfuit S. Auguſtinus Hippone Regij Epiſcopus, ac ſubſcripſit; cap. 1. ſuorum decretorum ſtatuit, vt quicũq. dicit Adam mortuum eſſe non merito peccati; ſed neceſſitate naturæ anathema ſit: & in Concilio Carthaginenſi Septimo, anno ſalutis 418. celebrato 17. Epiſcoporum, auctoritate Zoſimi Papæ, tunc Imperio Romano gubernantibus Honorio, & Theodoſio, omnes errores Pelagij condemnati, & maledicti fuerunt: & licet iſta Concilia fuerint Prouincialia, confirmata, ac recepta tamen fuerunt ab Eccleſia in ſexta Synodo Generali in Trullo celebrata.

D. Aug. COntra Pelagium ſcripſit præcipue Diuus Auguſtinus plures tractatus.

Hæreſis Quinta.

DOcet hæc Hæreſis, quod primi parentes ante peccatum erant cæci; & quod poſt ligni vetiti comeſtionem videre cæperunt.

Philaſt. D. Aug. Gen. 3. *QVis autem huius erroris fuerit auctor, vel quo loco, vel quo tempore ſit orta non legitur; ſolum hæreſis ſine auctore recitatur à Philaſtrio, & D. Auguſtino libris ſuis de hæreſibus: ortam tamen credo ob ea quæ leguntur Gen. 3. Et ſtatim poſt peccatum* Aperti ſunt oculi amborum.

Ibid. COnuincitur itaque hic error, & faciliter, nam legitur Gen. 3. Quod antequam peccarent *Vidit mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum,* quod ſi fuiſſet cæca lignum videre non potuiſſet; non eſt igitur

opus

Digitized by Google

opus in re tam clara ſermonem extendere; & huius defenſores audiant Auguſtinum lib. ſuo de Ciuit. Dei lib. 14. cap. 16. ſuper capitulum 3. Geneſis dicentem, aperti ſunt oculi eorum non ad videndum, nam antea videbant; ſed ad diſcernendum inter bonum amiſſum, & malum acquiſitum. D. Aug.

Denique damnata fuit hæc hæreſis ab Eccleſia Vniuerſali in Concilio Milleuitano II. in Africa celebrato, anno ſalutis 416. auctoritate Innocentij I. Papæ, ſub Honorio, & Theodoſio Imperatoribus Romanis 200. & amplius Patrum, cui etiam interfuit Diuus Auguſtinus Hipponis Regij Epiſcopus, ac ſubſcripſit. Conc. 2. Milleuit.

Hæreſis Sexta.

Docet hæc hæreſis, Euam cunctorum matrem non eſſe ex coſta Adam formatam; ſed ſimul cum Adam de limo terræ.

Acta Gaietani.

Auctor fuit Thomas de Vio ex patria Gaietæ, quæ eſt Ciuitas Regni Neapolitani; Qui Thomas adhuc adoleſcens factus eſt monachus ex inſtituto S. Dominici, in qua religione ſtudijs, ac ſcientijs Scolaſticis operam dedit, in eiſq. multum profecit; vti eius maxima ſcripta manifeſtant; quare primo ob merita bonæ vitæ, & eminentis doctrinæ creatus fuit Generalis ſui Ordinis, deinde anno ſalutis 1517. ſub quo tempore maxime florebat, ſub Leone X. Papa, & Maximiliano I. Auſtriaco Romanorum Imperatore creatus fuit Cardinalis; fuit enim vir inſigniter doctus, præcipue in Theologia Scolaſtica; tamen poſt lapſus eſt ex infirmitate in aliquos errores, inter quos vnus eſt iſte; nec per hoc dicendus eſt hæreticus; cum non adhæſerit pertinaci animo ſuæ ſententiæ, & Eccleſiæ præcipienti ſe ſubmiſerit; & mouetur Thomas, quia legitur Gen. 1. Maſculum, & fœminam creauit eos: *itaque multum ſuis ſcriptis Thomas Eccleſiæ Catholicæ Romanæ profuit, ſic ſenio confectus quieuit in Domino.*

Conuincitur itaque hic error; nam Eua fuit poſt Adæ creationem formata de coſta Adam, vti legitur Gen. 2. Quæ verba ad litteram ſunt intelligenda, liber enim Geneſis hiſtorialis eſt; & legitur pariter Iob 8. & Sap. 20. & 1. Timot. 2. Primo Adam, deinde Eua; præterea legitur Gen. 2. quod Eua vocatur Virago, quia de viro ſumpta eſt. Gen. 2. Iob 8. Sap. 20. 1. Tim. 2. Gen. 2.

Denique eſt Eccleſiæ Vniuerſalis definitio Euam eſſe formatam de coſta Adam; & à Chriſto nato vſque nunc omnes verè Chriſti fideles hoc idem tenent; & Eccleſiæ definitiones ſunt tanti valoris, quanti eſt ſacra pagina; vti libro Procemiali cap. 5. probatum eſt.

TITVLVS

Digitized by Google

TITVLVS ADVLTERIVM.

Hæreſis Vnica.

DOcet hæc Hæreſis matrimonium legitimè contractum, & perfectè conſumatum diſſolui ob coniugis adulterium; quam hæreſim Titulo Nuptiæ hæreſi quinta confutabimus.

TITVLVS ANGELVS.

Hæreſis Vnica.

Docet hæc Hæreſis Angelos ſiue bonos, ſiue malos non eſſe à Deo creatos.

Acta Hermani.

AVctor fuit Hermanus Riſuich Hollandinus Laicus, qui in multas hæreſes ex malitia lapſus, dogmata falſa, præceptiſq. Euangelicis contraria diſſeminabat, ſimplices ſeducebat, eoſq. in ſuam erroneam opinionem trahebat; tandem anno ſalutis 1502. pœnitentia ductus hæreſes omnes abiurauit, & ab Eccleſia ad communionem receptus eſt, cum ſententia tamen perpetuæ carceris; verum poſt è carcere fugam arripuit, & peiora prioribus in lucem protulit; quare anno ſalutis 1512. ſub Iulio II. huius nominis Papa; & inuictiſſimo Maximiliano I. Auſtriaco Romanorum Imperatore iterum captus, & cum pertinax in ſuis erroneis opinionibus perſeueraret ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis traditus fuit curiæ ſæculari, ſicq; combuſtus, eius cineres in ventum diſperſæ ſunt.
F. Bern. *Vti F. Bernardus de Lutzemburgo tradit.*

Iob 4. COnuincitur itaque Hæreſis, legitur enim Iob 4. *Ecce Behemot, quem*
Pſal. 103. *feci tecum*; & Pſ. 103. *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus*; & ad Heb. 1.
Ad Heb. 1 oſtendes D. Paulus filium Dei eſſe Angelis ſuperiorem dicit, quia ſcilicet Deus Angelos fecerit, Chriſtus autem factus non ſit.

Denique Eccleſia vniuerſalis in Concilio Lateranenſi maximo ſub Innocentio III. Papa, & Ottone IV. Romanorum Imperatore anno ſalutis 1215. celebrato 1300. & amplius Patrum, de hac aſſertione talem dedit definitionem; ſcilicet, docet ſancta Synodus vnum eſſe principium vniuerſorum creator omnium viſibilium, & inuiſibilium, qui de nihilo condidit

didit

didit creaturam corporalem, & ſpiritualem; Angelicam ſcilicet, & mundanam; quæ verba habentur cap. firmiter de Summa Trinitate, & fide Catholica in volumine Decretorum.

TITVLVS ANIMA.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen multas ortas hæreſes inueni, dimitto illas, quas amplexati ſunt Philoſophi Gentiles, non enim contra illos nunc pugnamus, ſed contra eos, qui doctrinam Chriſtianam ſectari ſe iactant; qui errores non iuxta ordinem temporum, quibus orti ſunt, ſed iuxta ordinem doctrinæ à nobis deſcribentur. Prima igitur docet animam rationalem, vt rationalis eſt non eſſe formam corporis humani.

Acta Petri Ioannis.

Auctor fuit quidam Petrus Ioannis Biranenſis diœceſis, qui ab incunabulis Sancti Franciſci deuotus tempore determinato factus eſt monachus ex eius inſtituto, Ordinis tamen Minorum; in qua Religione ſtudijs operam dedit; at quia eius intellectus vagus, & debilis erat, & ferè ſimilis intellectui Abbatis Ioachim; ideo parum profecit; vnde multa fabuloſa, & inania ſcripta in lucem produxit; & anno ſalutis 1199. ſub Celeſtino III. Papa, & Henrico VI. Romanorum Imperatore ex intellectus imbecillitate in multos errores cecidit, ex malitia, & in eis pertinax fuit; nam nunquam fuit paratus Eccleſiæ præcipienti obedire; quare octuagenarius in religione, qua profeſſus eſt, mortuus eſt, & in patria ſepelitus eſt a Fratribus ſui Ordinis; cuius oßa deinde exhumata exuſta ſunt; Cœleſtini III. Papæ iuſſu.

Conuincitur hic error breuiter; nam ſi anima rationalis, vt talis non eſt forma corporis humani, ſequitur hominem minime eſſe animal rationale, cum forma ſit quod quid eſt rei; amplius ob hanc cauſam homo dicitur imago Dei, nam Dei imaginem in animam eſſe impreſſam ab omnibus conceditur, hac ſola ratione, quia rationalis eſt; quare homo non eſſet Dei imago, ſi anima rationalis non eſſet forma corporis humani: inſuper nec homo dicendus eſſet liber, quoniam ablato ab homine id, quod rationale eſt, etiam aufertur quod liberum eſt; nam libertas eſſe non poteſt ſine ratione; quare concedendum eſt animam rationalem eſſe formam corporis humani.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Viennenſi ſub Clemente V. huius nominis Papa; & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore Cōc. Vienneu.

tore

tore anno ſalutis 1311. in quo conuenerunt 800. & amplius Patres, hanc hæreſim ſub anathemate damnat, & eius verba poſſunt videri poſita in libro epiſtolarum Clementinarum de Summa Trinitate, & fide Catholica cap. vnico.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc Hæreſis ſpiraculum, quod Deus ſpirauit in faciem Adæ, minime eſſe animam.

Acta Philaſtrij.

Auctor fuit Philaſtrius natione Hiſpanus in Regno Caſtiliæ ortus, qui ab incunabulis fuit vir bonæ famæ ac boni exempli, quare ad ætatem rationabilem perue ntus, & in ſacra pagina ſtudijs verſatus publicè contra hæreticos, & præcipuè Arrianos (quorum ſecta tunc maximè vigebat) diſputabat, eoſq. confundebat; ſic cum 35. annorum eſſet, & iam Sacerdos conſecratus, & in Sacra Scriptura optimè eruditus, Hiſpania digreſſus Italiam petijt; venitq. primo deuotionis gratia Romam ad limina Apoſtolorum Petri, & Pauli viſenda, deinde Mediolanum tempore Auxentij ſenioris Epiſcopi Arriani, vbi eundem Auxentium cum ſequacibus confutauit, ac librum contra Arrium ædidit, Catalogumq. hæreticorum compoſuit, quare hac de cauſa ab hæreticis, ſæpe percuſſus, ac vulneratus, demum in Cruce poſitus, à fidelibus liberatus fuit; vnde errant qui dicunt Philaſtrium in primordijs ætatis ſuæ ſtudij cauſa Athænas petijſſe; vti etiam ſomniantur illi, qui aſſerunt Philaſtrium interfuiſſe Concilio Primo generali Nicæno; nam ſeptuagenarius mortuus eſt anno ſalutis 394. & quomodo vix natus potuit intereſſe Concilio Primo generali Nicæno? at reuertamur vnde digreſſi ſumus. Poſt deuotione ductus anno ſalutis 365. ſub Damaſo Papa, & Valente Romanorum Imperatore venit Brixiam viſendi cauſa corpora Sanctorum Fauſtini & Iouitæ martyrum; & à Fauſtino tunc Brixienſi Epiſcopo honorificè ſuſceptus, in coadiutorem oneris Epiſcopatus (ita ſede Apoſtolica concedente) electus fuit; poſt cuius deinde Fauſtini mortem eiuſdem Ciuitatis Epiſcopus conſecratus fuit circa annum ſalutis 378. magna deinde & admiranda opera fecit; vti eius ſcripta indicant; fuit ad Concilium Aquileienſe vnà cum Sancto Ambroſio Mediolanenſi Epiſcopo; à quo maxima in veneratione habebatur; & licèt in aliquibus errauerit, hoc non fecit ex malitia, & cum pertinacia; nec poſt datam ab Eccleſia definitionem; immo ſemper Eccleſiæ mandatis ſe ſubiecit; præterea licèt à Diuo Auguſtino D. Aug. *reprehendatur in proœmio ſui libri de hæreſi, quod ſcilicet nimis facilis fuerit alios notare de hæreſi, hoc tribuitur magno zelo, quem ſemper habuit erga*

Sanctam

Digitized by Google

Sanctam Eccleſiam Catholicam Romanam, quare poſt multa egregia opera in Eccleſia Dei acta ſenio confectus Brixiæ Epiſcopus obijt, ibiq. miraculis clarus ſepultus eſt, cuius corpus magno cum honore in Eccleſia Brixiæ aſſeruatum, ſic inter Sanctos in cælis collocatur, & pro tali in terris à verè Chriſtianis veneratur.

COnuincitur itaque hæreſis, nam prætorquam, quod omnes Catholici Doctores tenent, ac docent, ſpiraculum quod Deus ſpirauit in Adam eſſe animam; non verò inſufflationem Diuini ſpiritus; vti docet Philaſter; etiam ratio ipſa, & verba Gen. 2. ſunt clara; & adnotandum, quod Philaſter laborat in æquiuoco, nam anima in ſacra pagina ſiue rationalis, ſiue non, vocatur ſpiritus, vti legitur Gen. 7. *Mortua eſt enim omnis caro, quæ habebat ſpiritum vitæ*; aliquando etiam ſumitur anima pro anima ſolum rationali, vti de Chriſto legitur Matth. 27. *& inclinato capite emiſit ſpiritum*; denique aliquando ſumitur pro tertia perſona diuina; quare dico ad Philaſtrium, quod Adæ datum eſt vitæ ſpiraculum, ideſt anima, quod patet per id, quod in cap. 2. Gen. ſubiungitur, *& factus eſt homo in animam viuentem*; cum verò Chriſtus inſufflauit in Apoſtolos non addidit; & facti ſunt in animam viuentem; per hoc igitur repræhenditur Philaſter, quia non debet tam de facili de hæreſi pronunciare, & alios notare; vti etiam nec quiſque alius, etiam ſi adſit teſtimonium alicuius magni viri; nam debemus in re tam graui, & ſeria rem bene conſiderare: multas enim aſſertiones Philaſter in libro ſuo de hæreſibus inter hæreſes connumerauit, quæ minimè hæreſes cenſendæ ſunt, & præcipuè eſſe hæreſim docet dicere ſpiraculum, quod Deus ſpirauit in Adæ faciem eſſe animam, quare D. Auguſtinus libro de Ciuitate Dei 13. cap. 14. irridet ſuper eos, qui hanc Philaſtri opinionem tenent.

Gen. 2.
Gen. 7.
Matth. 27.
Gen. 2.
D. Aug.

Denique Eccleſia vniuerſalis in Concilio IV. generali Chalcedonenſi ſub Leone I. Papa, & Marciano Romanorum Imperatore anno ſalutis 452. celebrato; in quo 630. Patres conuenerunt; definiuit ſpiraculum, quod Deus ſpirauit in faciem Adæ eſſe animam.

Cōc. Chalced.

Hæreſis Tertia.

DOcet hæc Hæreſis animam Adæ prius creatam, deinde corpus formatum.

Acta Ioannis Hieroſolymitani.

AVctor fuit Ioannes Hieroſolymitanus, qui adhuc in parua ætate exiſtens factus eſt monachus ex inſtituto S. Baſilij in Palæſtina in territorio Eleutheropolitano; nec tamen diu durauit in obſeruatione regulæ, & præceptorum Euangelij; nam ſeductus cecidit in errores

Macedonianos; deinde ſpe illectus Epiſcopatus Hieruſalem, factum eſt Deo auxiliante, & precibus Sancti Epiphanij Epiſcopi Salaminæ, vt Macedonianam hæreſim omnino relinqueret; nam Sanctus Epiphanius ſolebat, cum ſacrificium offerebat, pro Ioanne dicere; Domine præſta Ioanni, vt recte credat; ſic anno ſalutis 392. electus fuit Epiſcopus Hieruſalem, ſub Syricio Papa, & Theodoſio ſeniore Romanorum Imperatore; nec verum eſt, at fabuloſum Ioannem fuiſse monachum montis Carmeli, bene fuit monachus ex inſtituto Sancti Baſilij: Itaque abdicata hæreſi, & Epiſcopus conſecratus, totus ad Deum conuerſus Euangelij præcepta ad vnguem obſeruabat; quare anno ſalutis 415. Septimo Cal. Ianuarij meruit, admonitus à Luciano presbytero Eccleſiæ Dei, quæ eſt in territorio Hieruſalem in villa quæ dicitur Caphagarmala (qui Lucianus hoc habuit in ſomnis per viſionem;) transferre corpora ſolemni pompa Sanctorum Stephani Prothomartyris, Gamalielis, & Nicodemi, de quibus in Euangelio, & in Actibus Apoſtolorum fit mentio, à Caphagarmala; vbi primo condita fuerant, Hieruſalem; tandem anno ſalutis 416. cum in ſede Epiſcopali ſediſſet annis triginta data ſuis ouibus benedictione, vti teſtatur Theodoretus Theodor. *libro 5. cap. 37. obijt Hieruſalem, ibique honorificentiſſimè ſepelitur; quod autem Ioannes fuerit huius erroris auctor teſtatur D. Hieronymus in quadam epiſtola ad Pammachium.* D. Hier.

In eundem errorem cecidit Philaſter, de quo dictum eſt hæreſi ſuperiori, nam in ſuo libro de hæreſi dicit, eſſe hæreſim dicere prius corpus Adæ formatum eſse, deinde animam creatam; & hoc Philaſter probare conatur per ea, quæ leguntur Gen. 1. Creauit Deus hominẽ ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, *nam homo iuxta animam, non iuxta corpus eſt Dei imago; ideo dicit Philaſter, quod prius anima eſt creata, deinde corpus formatum; & ſic putauit Moyſen in primo capitulo loqui de creatione animæ, & in capitulo ſecundo, cum dicit* Creauit hominem de limo terræ, *putauit loqui de formatione corporis.* Gen. 1.

Conuincitur, & primo dico, Moyſen loqui in vtroq. cap. de totius hominis formatione; nam mos eſt ſacræ paginæ aliqua prius ſub compendio dicere, deinde ad illa redire, & de illis diffuſius differere. Quod autem loquatur Moyſes in vtroq; cap. de totius hominis formatione ſatis patet; nam in primo capitulo dixit *Creauit hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam maſculum, & fœminam creauit eos*; vbi in his verbis adeſt ſexus diſtinctio, quæ in corpore non in anima reperitur; quod verò corpus deinde anima creata ſit ex verbis ſecundi capituli patet; quæ ſunt iſta: *Formauit igitur Deus hominem de limo terræ*, ecce corpus; deinde ſequitur, & dicit, *& inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*, ecce anima; quare hanc aſſertionem eſſe à verò alienam ſatis patet. Gen. 1. Gen. 2.

Denique

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio quarto generali Chalcedonenſi anno ſalutis 452. ſub Leone I. Papa, & Marciano Romanorum Imperatore celebrato 630. Patrum hanc aſſertionem damnauit, & definiuit corpus Adæ, prius formatum, deinde animam creatam. Cōc. Chalced.

Hæreſis Quarta.

DOcet hæc Hæreſis eſſe animam hominis aut Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia.

Acta Nicolai Diaconi.

AVctor fuit (vti refert Philaſter libro ſuo de hæreſibus) Nicolaus Diaconus, qui fuit natione Syrus ex Antiochia ortus; & fuit vnus ex ſeptem Diaconibus electis ab Apoſtolis; vt miniſtrarent menſis, vti legitur Act. Apoſt. 6. fuit enim Nicolaus in initio ſuæ conuerſionis vir ſanctæ vitæ, & boni exempli; ita vt vti refert Beatus Irenæus libro primo aduerſus hæreſes cap. 27. & Diuus Hieronymus prima ſua epiſtola, ſtatim poſt conuerſionem ſe abſtinuerit à copula carnali cum vxore, quam valde pulchram habebat; ita erat vir continens, & fide Catholica probatiſſimus, quod anno ſalutis 40. ſub Petro Apoſtolo, & Caio Romanorum Imperatore conſecratus fuit Epiſcopus Samaritanus; at non multo poſt Sathanæ aures præbuit, & in reprobum ſenſum datus in multos errores cecidit in eiſque pertinaciter perſeuerauit vſque ad mortem; vnde ſequaces eius deinde communi vocabulo dicti ſunt Nicolaitæ: fuit etiam Nicolaus Dux hæreſis Gnoſticorum, vti refert Euſebius lib. 3. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 23. Quare Nicolaus à concupiſcentia iterum ſtimulatus ad vomitum carnalem redijt cum vxore adulterina; ita vt ab Apoſtolis reprehenſus de vxoris zelotypia, ac vt pœnitentiam ageret, factis recuſauit; immo, vt ſe expurgaret, coram Apoſtolis in publicum duxit illam dicens, vt qui vellet ea vteretur; ex quo facto multi ex aſtantibus crediderunt licitum eſſe, vt quiſque qua vellet fœmina vteretur; ſic poſt tot perpetrata ſcelera anno ſalutis 68. ſub Petro Apoſtolo, & Nerone Romanorum Imperatore induratus mortuus eſt, & in Inferno ſepultus fuit.

Act. 6. Irenæus. D. Hiero. Euſeb.

Digitized by Google

Acta Manis.

HVnc etiam errorem ſuſcitauit quidam Manes, qui innotuit hæreſiarca anno ſalutis 277. ſub Eutichiano Papa, & Aureliano Romanorum Imperatore; vti ſanctus Leo I. Papa ſermone 2. de Pentecoſte fatetur. Hic Manes fuit natione Perſa, homo barbarus, ſeruus, & humili genere natus, inſanus, dæmoneq. repletus; vocabatur enim Curbicus; at cum diſciplinis Perſidis incumberet, & ſemiphiloſophus euaſiſſet; ſeipſum deinde lingua Perſica Manem vocauit; tanquam vellet dicere, ſe eſſe optimum diſputatorem, at Diuina prouidentia factum eſt, vt ſeipſum hoc nomine ſibi à ſeipſo impoſito argueret, ex eo quia apud Græcos

D.Aug. *inſaniam ſignificat, vti teſtatur D. Auguſtinus libro de hæreſibus cap. 46. de ſupra dicto etiam anno Manes elatus inſania ad Chriſti imitationem duodecim Apoſtolos eligens ad prædicandum illos miſit per vniuerſum mundum impia, ſtulta, & falſa dogmata; & tres præcipue miſit Hieruſalem:*

Cyrillus. *& cum ſe Paracletum diceret (vti refert Cyrillus Alexandrinus) & ſupra vires humanas ſe eſſe iactaret; accidit, vt ægrotante filio Regis Perſarum, quod Regi promiſit, vt ſi à filio ſuo Medicos remoueret eum per orationem ſanaturum; quod fecit Rex vti ei Curbicus mandauit; tamen mortuo Regis filio, qui per operam Medicorum ſanari forſan poterat, Manes carceri mancipatur; ex qua fugam arripuit, venitq; in quandam Meſopotamiæ ciuitatem, quæ dicitur Caſchara, vbi Manes diſputauit cum Archelao eiuſdem Ciuitatis Epiſcopo de his, quæ ad fidem pertinebant; à quo Archelao Manes ſuperatus fuit; ideo inde fugit in quoddam viculum diœceſis Caſcharæ; in quo viculo eum Archelao proſequitur; & ideo ſollicitatus à presbytero loci, ac à furore populi, eum interficere volentis, illuc fugit vnde venerat, nempe in caſtellum Arabionis; vti teſtatur Diuus*

D.Hier. *Hieronymus in libro de Eccleſiaſticis ſcriptoribus; tandem à ſatellitibus Regis Perſarum perſequutus comprahenſus fuit in loco ſupra nominato, & ante conſpectum Regis ductus. Rex autem eum lege Perſica excoriari iuſſit, & corpus beſtijs tradi deuorandum præcepit; cutem verò tanquam vtrem ante palatij ſui portas ſuſpendi mandauit: ſic miſerè Manes ſiue Curbicus mortuus eſt.*

Acta Audæi.

Epiphan. *HVic etiam hæreſi adhæſit Audæus Syrus ex Meſopotamia in ciuitate Edeſſenorum ortus; vti Epifanius hæreſi 70. teſtatur; Is Audæus ab initio, quo cœpit diſcurrere clarus fuit in patria, non ſolum ob zelum erga Deum, & fidem Catholicam; verum etiam ob vitæ ſinceritatem; tamen deinde ſcandalizatus ob malos, & deprauatos mores*

quarum-

quarundam Eccleſiaſticarum perſonarum ſeipſum diſiunxit ab Eccleſia, & in multos cecidit errores, multos ſecum trahens; dicti deinde ſequaces Audiani; & Antropomorphitæ; quia ſcilicet Audæus eius magiſter eos docuit Deum humanam ferre imaginem ſecundum quam creauit hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam; vti teſtatur Epiphanius hæreſi 70. & Hiſtoria Tripartita lib.7.cap.2. Dogmata autem falſa anno ſalutis 341. ſub Iulio Primo Papa; & Conſtantio, & Conſtante Imperatoribus Romanis diſſeminans, eodem anno à ſuis ſequacibus creatus fuit Epiſcopus in patria; tamen non multo poſt relegatus fuit à Conſtantio Imperatore in partes Schytiæ, quia apud Imperatorem accuſatus fuit ab alijs Epiſcopis prouinciæ, quod ſcilicet procuraret populorum rebellionem; ſic factum eſt Deo auxiliante, vt in ſe reuerteret (nam quandoque vexatio dat intellectum) & Eccleſiæ veniam de delictis contra eam perpetratis peteret. Quare errores relinquens è Schytia ad intima Gothiæ penetrauit ibiq. multos in fide inſtruxit, & plurima monaſteria erexit, in eiſque rectæ vitæ conuerſationem, atque pietatis, & continentiæ exercitationem inſtituit. Sic ſenio confectus primo deficiens Gothiæ Deo animam tradidit anno ſalutis 366. ſub Damaſo Papa, & Valentiniano Romanorum Imperatore.

Acta Fœlicis, & Fauſti.

HAnc etiam cum magna pertinacia tutati ſunt Fœlix, & Fauſtus Manichæi Afri apud Carthaginem orti; qui ab incunabulis imbuti doctrina Manichæorum multos ſeducebant; & in ſuam ſententiam traducebant; nam anno ſalutis 404. ſub Innocentio Primo Papa; & Honorio, & Theodoſio Romanis Imperatoribus venerunt Hipponem Regium, vt ſuam doctrinam ex Manichæorum fonte deſumptam diſſeminarent, ac ſequaces congregarent; vbi biduo in publica Hipponis platea diſputantes cum Diuo Auguſtino præſentibus notarijs (à quibus talia acta ex Diui Auguſtini mandato rogata ſunt) horum Manichæorum doctrina confutata eſt; ſicque Felix ad fidem conuerſus eſt; vti patet ex libro ædito à D. Auguſtino de tali hæreſi: Fauſtus verò, licet & ipſe conuinctus eſſet; per hoc tamen non ingemuit; nec ad Chriſtum venire voluit; quare permittente Deo accuſatus apud Præſidem de aliquibus criminibus in Inſula quadam relegatus fuit, vbi miſerè mortuus eſt: Felix verò abdicata hæreſi ſemper exemplariter vixit; ſic anno ſalutis 424. ſub Siſto III. Papa, & Theodoſio iuniore Imperatore animam Creatori ſuo reddidit. D.Aug.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Conuin-

Digitized by Google

Gen. 2. COnuincitur itaque hæreſis; nam legitur Gen. 2. *Formauit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ;* & cum ſpiraculum ſit anima, vti hæreſi ſecunda huius tituli oſtenſum eſt, remanet, vt anima hominis non ſit Dei ſubſtantia, vel ex Dei ſubſtantia; & ſic Deus non de ſua ſubſtantia, vel de ſubiacenti materia; at ex nihilo fecit, & inſpirauit in hominem. Secundo ſequeretur ſi anima eſſet Dei ſubſtantia, vel ex Dei ſubſtantia, vt haberet eaſdem proprietates, quas habet Deus, verbi gratia, Deus omnipotens, ergo & anima hominis omnipotens; quod quam ſit falſum patet; nam non ſolum anima hominis non poteſt omnia, verum pauciſſima ſunt ea, quæ poteſt.

Conc. I. Brach. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio I. Bracarenſi celebrato ab octo Epiſcopis Galitiæ Prouinciæ in Hiſpania citeriori, auctoritate Ioannis III. Papæ, à quo & confirmatur; Imperio Romano tunc gubernante Iuſtiniano anno ſalutis 563. cap. 5. ſuorum Decretorum definiuit, vt ſi quis animas humanas, vel Angelos ex Dei ſubſtantia extitiſſe dicat; ſicut Manichæus, & Priſcillianus anathema ſit.

Hæreſis Quinta.

D*Ocet hæc Hæreſis animas non creari à Deo, & in hac hæreſi eſt diuiſio licet omnes ad vnum finem tendant.*

Acta Hermiæ, Seleuci, & Sabæ.

D.Aug. Philaſter. H*Ermias, & alij populi Galatæ, docent animas creari ab Angelis ex igne, & ſpiritu. Hi Galatæ, dicuntur etiam à D. Auguſtino Proclianitæ, & à Philaſtro Prodianitæ, & floruerunt anno ſalutis 170. ſub Aniceto Papa, & martyre, & Marco Aurelio Romanorum Imperatore; quo tempore in Eccleſia Dei multas faciebant ſeditiones, ſimplices enim decipiebant, & in ſuam falſam doctrinam trahebant; ex hac etiam radice venit hæreſis Meſſalianorum, qui lingua Syriaca dicuntur Spaliani; & Græca Euchitæ, & Latina orantes. Hi erant (vti refert Diuus* D.Aug. *Auguſtinus lib. ſuo de hæreſibus cap. 57.) monachi in Syria, qui procedebant intonſi, & prolixa barba; & floruerunt anno ſalutis 375. ſub Syricio Papa, & Valente Romanorum Imperatore, dicebantur etiam Saccophori; quia ſacco conſpicui procedebant; quæ ſecta tandem fauente Deo extincta, & ad nihilum redacta eſt.*

Digitized by Google

Acta Tertulliani.

TErtullianus verò Afer ex Carthagine ortus presbyter nominatiſſimus Eccleſiæ cathedralis, omnium ſcientiarum peritiſſimus, cunctorumq. ſui temporis Latinorum diſertiſſimus; vti eius ſcripta indicant; qui fuit filius cuiuſdam Centurionis Proconſularis; & floruit anno ſalutis 197. ſub Eleutherio I. Papa, & martyre, & Seuero Romanorum Imperatore; quo tempore Romam venit; & ita in reprobum ſenſum datus, inuidiæ, iniuriarum, ac contumeliarum in clericos Eccleſiæ Romanæ attritus, ad Montani doctrinam acceſſit, & multa contra ortodoxam, ac Catholicam doctrinam compoſuit; inter quæ docuit animam filij fieri ab anima patris, vti corpus filij à corpore patris; quare anno ſalutis 215. à Zeferino Papa & martyre excommunicatus, & eius ſcripta inter apocrypha numerata ſunt; Imperio Romano tunc gubernante Antonio Caracalla; ratio quia Pſeudoparacletum Montani defendebat, ac in Catholicos lingua, ſcriptis, ore, operibusq. ſæuiebat, vti refert Diuus Auguſtinus lib. de hæreſibus cap. 86. ita ab eo tempore eius ſequaces dicti ſunt Tertullianiſtæ: cecidit etiam miſer Tertullianus in Nouatiani hæreſim; in quibus erroribus vſque ad mortem perdurauit: fertur etiam eum fuiſſe in Africa auctorem Anabaptiſmi; quare contra Chriſti Euangelium induratus Tertullianus mortuus eſt in patria anno ſalutis 217. in Infernoq. ſepultus. D.Aug.

Acta Apollinaris Grammatici.

HVnc eundem errorem tutatus eſt Apollinaris Grammaticus ex Alexandria Aegypti ciuitate ortus, presbyter Eccleſiæ Alexandrinæ, & pater Apollinaris Epiſcopi Laodicei; vti Irenæus teſtatur libro tertio aduerſus hæreſes capitulo quarto. Qui Apollinaris duxit vxorem ex Laodicea gente; vbi nidum faciens, ibi filios, & filias procreauit; & primo docuit Grammaticam Berythi, inde Laodiceæ, cuius precio ipſe cum tota familia viuebat; & floruit anno ſalutis 350. ſub Iulio Primo Papa; & Conſtantio Romanorum Imperatore; qui ordinatus fuit presbyter poſt ſuſceptum ab vxore filium primum, & voluit vt & ipſe in Baptiſmo vocaretur Apollinaris. De Apollinari patre fit mentio lib. 5. hiſtoriæ tripartitæ c. 44. & quia ambo Apollinares conuerſabantur Laodiceæ Irenæus. Hiſt. Trip.

Digitized by Google

Laodiceæ cum quodam Epiphanio, qui eorum tempore erat Sophiſta inſignis; ideo poſt factas, de more Sanctæ Matris Eccleſiæ, à Georgio tunc temporis Epiſcopo Laodiceo admonitiones; ambo excommunicantur, ac ab Eccleſia ſeparantur, quare in multos errores ceciderunt, & in eis vſque ad mortem permanſerunt; hac etiam de cauſa anno ſalutis 371. à Damaſo Papa hæretici declarantur; & vt ab omnibus vitentur præcipitur à ſupranominato Pontifice; vixit autem Apollinaris vſque ad decrepitam ætatem, & vidit filium eius Apollinarem Pſeudoepiſcopum Laodiceum; ſic obſtinatus Laodiceæ mortuus eſt, & anima eius à diabolo tradita, fuit perpetuo crucianda.

Acta Luciferi.

QVam etiam hæreſim ſequutus eſt Lucifer Caralitanus, & in Inſula Sardiniæ Epiſcopus, vti refert Euſebius, libro 10. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ: anno verò ſalutis 354. mittitur legatus à Liberio Papa, ad Conſtantium Imperatorem pro cauſa Athanaſij; ſic etiam anno ſequenti mittitur, ab eodem Imperatore in exilium, quia ei denegauit ſubſcriptionem in eumdem Athanaſium; & manſit in exilio ſeptem annos; & anno ſalutis 362. mortuo Conſtantio Lucifer, & Athanaſius ab exilio liberantur; & Lucifer fit legatus Sedis Apoſtolicæ à Liberio Papa, vt Eccleſias lapſas in Oriente reſtitueret, itaq. Lucifer creauit eodem anno Epiſcopum Antiochiæ Paulinum virum pium, ac boni exempli; & quia Lucifer diſſidet cum Euſebio Epiſcopo Vercellenſi ob receptos in Concilio Alexandrino lapſos cum dignitate, Schiſma facit, & ab Eccleſia recedit; atque deinde in multos errores cecidit, ita in Sardiniam rediјt, & anno ſalutis 371. ſub Damaſo Papa, & Valentiniano Romanorum Imperatore in ſchiſmate mortuus eſt.

Gen. 1. COnuincitur itaq; hæreſis, & primo contra Galatas legitur Geneſ. 1.
Gen. 2. *Faciamus hominem ad imaginem noſtram*, & cap. 2. *Et inſpirauit in eum ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem*; quare ex his locis patet, animas creari à Deo, non ab Angelis. Contra Apollinarem verò, Tertullianum, & Luciferum dico, quod anima infinitis in locis Sacræ Scripturæ dicitur ſpiritus; nam Saluator in Cruce moriens dixit,
Luc. 23. Luc. 23. *Pater in manus tuas commndo Spiritum meum*; & Ioannis 19. *Et*
Ioann. 19. *inclinato capite tradidit Spiritum*; vbi ibi nomine ſpiritus deſignatur anima; cum igitur anima ſit ſpiritus non poteſt eſſe corpus; & Chriſtus poſt
Luc. vlt. Reſurrectionem apparens Diſcipulis dixit, vti legitur Luc. vltimo, *Videte manus meas, & pedes meos, palpate, quia Spiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habere*; ex quibus clarè conſtat animam Filij non fieri ab anima patris, vti corpus Filij à corpore Patris; dènique pro confu-
Sap. 1. tatione vtriuſq; opinionis legitur clarè Sap. 1. *Creauit Deus, vt eſſent omnia;*

Digitized by Google

nia : & ad Hebr. 13. *Qui omnia creauit Deus*.

Poſtremo Eccleſia Vniuerſalis in Concilio generali I. Nicæno 318. Patrum diuerſarum prouinciarum celebrato anno ſalutis 325. ſub Syluestro Papa, & magno Conſtantino Romanorum Imperatore; definiuit in Symbolo Deum factorem omnium viſibilium, & inuiſibilium; quæ etiam verba leguntur in Symbolo Concilij II. generalis Conſtantinopoli celebrati anno ſalutis 381. 150. Patrum, ſub Damaſo Papa, & Theodoſio ſeniore Romanorum Imperatore. Conc. I. Nicænum. Conc. II. Conſtant.

Hæreſis Sexta.

D*Ocet hæc hæreſis animas hominum malas conuerti poſt mortem in Dæmones, & bruta animalia.*

A*Vctor fuit Tertullianus, de quo ſuperiori hæreſi dictum eſt; & credo quod moueatur ex illis verbis Ioann. 8. cum Chriſtus dixit Iudæis*, Vos ex patre diabolo eſtis; *& ex illis Matth. 3. Quando Ioannes Baptiſta ait*, Progenies viperarum; quis demonſtrabit vobis fugere à ventura ira? *vti teſtatur Diuus Auguſtinus lib. de hæreſibus c. 86.* Ioann. 8. Matth. 3. D. Aug.

COnuincitur, nam ſi bene Tertullianus, & ſequaces conſiderarent, quod ſacra pagina plena eſt metaphoris, & figuratis loquutionibus non caderent in his erroribus; verbi gratia cum Chriſtus vocatur Leo, Agnus, & cætera, hoc ſolum dicitur ex quadam ſimilitudine; ſic homo ob mores dicitur quandoque ſimilis iumentis, non quod ita ex natura ſua ſit; & locus Matth. 25. eſt ſufficiens ad hunc errorem ſuperandum, vbi legitur, & dicitur malis, *Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius*: ex quibus patet diſtinctio inter animas malorum hominum, & dæmones. Matth. 25.

Denique Eccleſia vniuerſalis in Concilio I. generali Nicæno 318. Patrum anno ſalutis 325. ſub Syluestro Papa, & magno Conſtantino Romanorum Imperatore celebrato, & in Conſtantinopolitano II. generali 150. Patrum diuerſarum nationum ſub Damaſo Papa, & Theodoſio ſeniore Romanorum Imperatore anno ſalutis 381. hanc aſſertionem ſub anathemate damnauit. Conc. Nicænum I. Conc. Cõſtant. II.

Hæreſis Septima.

D*Ocet hæc Hæreſis animam hominis in morte corrumpi; quæ opinio diuiſa eſt, licet omnes ad vnum finem tendant.*

Acta Arabicorum.

PRimi auctores fuerunt Arabici docentes animam hominis ſimul interire cum corpore, & in reſurrectioue corporum reſurgere; & quia hæc hæreſis orta eſt in partibus Arabiæ anno ſalutis 249. ſub Fabiano Papa, & martyre, & Filippo Romanorum Imperatore; ideo Arabici auctores dicuntur; quorum autem fuerit Dux ignoratur. Qui Arabici diſputatione Origenis præſentis ad quoddam Concilium in Arabia ob hanc hereſim congregatum, & eos alloquentis cito reſcipuerint, vti refert Euſebius libro 6. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 30. & Nicephorus lib. 5. cap. 2.

Euſeb. Niceph.

HErmanus autem Riſuich; de quo titulo Angelus dictum eſt docet animas ita interire, vt nunquam redeant.

Matth. 25. COnuincitur itaque hic error primo, ex Matth. 25. ex præmio ſcilicet bonorum, & malorum, vbi dicitur, *Ibunt hi in ſupplicium æternum*,
Sap. 3. ideſt peccatores, *iuſti autem in vitam æternam*; & de iuſtis legitur Sap. 3.
Luc. 16. *Spes illorum immortalitate plena eſt*; & Luc. 16. *Hi ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & ideo ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die, ac nocte*; & infra in eodem cap. legitur *Animam Lazari deportatam fuiſſe in*
Ibid. *ſinum Abrahæ, & animam Epulonis ſepultam fuiſſe in Inferno cruciandam.*

Conc. Lat. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. Papa, & Maximiliano I. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1513. 19. Decembris celebrato 250. & amplius Patrum hanc aſſertionem damnauit.

Hæreſis Octaua.

DOcet hæc Hæreſis animas poſt mortem tranſire de corpore in corpus.

Acta Albigenſium.

AVctores fuerunt Albigenſes; nam anno ſalutis 1176. ſub Alexandro III. Papa, & Federico I. Romanorum Imperatore orta eſt hæreſis quorundam populorum, qui Albigenſes dicuntur; ita dicti, quia in agro Albigenſi orta eſt, prope Toloſam in Hiſpania; quorum autem fuerit auctor non legitur: hi enim populi ſeipſos bonos homines vocabant, & vti ex eorum dogmatibus habetur cognoſcitur eos fuiſſe de Manichæorum ſecta, licet ab alijs dicantur Arriani; nam quandoq. ab Ar-

chiepiſcopis

chiepiſcopis Lugdunenſi, Narbonenſi, ac alijs viris illuſtribus ſola Noui Teſtamenti auctoritate conuincti fuere, quam Manichæi tantum admittunt; itaque videntes Albigenſes ſe eſſe à ſupradictis Epiſcopis, & alijs conuinctos; ne à populis vitarentur publicè emiſerunt profeſſionem Catholicæ fidei: Quare anno ſalutis 1178. Alexander III. Papa miſit ibi poſtulantibus Ludouico Rege Francorum, & Herico Rege Anglorum, Toloſam, Cardinalem Petrum Sancti Griſogoni Legatum, ac vnà ſecum Archiepiſcopos Bituricenſem, Narbonenſem, ac Pictauenſem, & cum illis etiam Abbatem Clareuallenſem; vt hæreticos illos diſſiparent; hinc factũ eſt, vt eorum aduentu, & prædicatione ſint conuerſi; & præcipuè Petrus Moranus horum Albigenſium Dux; qui in ea ciuitate ſe vocare faciebat Ioannem Euangeliſtam; cuius omnibus proſcriptis bonis (erat enim nobilis, & prædiues) ac turribus omnibus hæreticorum deſtructis, factum eſt, vt multi veniam petierint, & ad gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ Catholicæ Romanæ redierint; & ipſemet Petrus Moranus, publicè coram omnibus proſtratus hæreſes abiurauit; & in Eccleſiam Sancti Saturnini ſeminudus, & diſcalceatus eſt adductus, cedentibus hinc inde cum ab ingreſſu Eccleſiæ Epiſcopo Toloſano, & Abbate Sancti Saturnini vſque dum ad pedes Illuſtriſſimi Cardinalis legati Miſſam ſolemniter celebrantis conſtitueretur; vbi, Eccleſiaſticis reconciliatus Sacramentis, rurſus abiurauit omnem hæreſim; & hæreticis anathema dixit; quare ei iniuncta eſt pœnitentia, vt ſcilicet intra quadraginta dies à patria ſua exulaturus diſcederet, in ſeruitio pauperũ Hieroſolymis moraturus triennio; atque interim ſingulis diebus Dominicis, Eccleſias Vrbis Toloſanæ ſeminudus, & diſcalceatus, cum virgis diſciplinantibus circuiret: Secundò, vt Eccleſiarum bona, quæ abſtulerat eis redderet: Tertiò, vſuras reſtitueret: Quartò, damna pauperum reſarciret: Quintò, Comiti Toloſano quinquaginta libras argenti daret, ac turres eius in teſtimonium hæreticæ prauitatis à fundamentis euerti faceret: denique ſi poſt triennium elapſum (expleta tamen pœnitentia) reuerteretur, omnia eius bona proſcripta ei redderentur; quod factum eſt; quare exemplo Petri, idem pleriq; alij fecerunt; ita vt in paruo temporis ſpacio tandem hæc ſecta extincta ſit.

Acta Albanenſium.

HAnc etiam ſequuti ſunt Albanenſes; qui ſunt de Secta Catharistarum, & ſic ad Manichæos pertinent; Diuus enim Auguſtinus lib. de hæreſi cap. 46. Albanenſes vocat Catharistas; hos Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus diuidit in tres ſectas, alios vocat Albanenſes, alios Baiorenſes, alios Cozocenſes; de quorum omnium Duce dictum eſt Titulo Anima hæreſi quarta.

D. Aug. Guido Carm.

Digitized by Google

COnuincitur itaque hæreſis, nam ſecluſa etiam fide hæc opinio falſa eſt naturaliter; nam certum eſt animas meminiſſe eorum, quæ ante fecerunt; verbi gratia ſoporato corpore quæcumq. viderat per ſomnium annunciat; ſic etiam anima reminiſcetur illorum, quæ egerat in alio corpore; quod ſi quis inſipiens hoc neget, quia ſcilicet anima mutat organa corporea? Reſpondetur quod non valet, nam D. Paulus, vti legitur 2. Cor. 12. Raptus eſt in tertium cœlum, & audiuit arcana Dei, & dicit fuiſſe dubium an eius anima fuerit in corpore, an extra corpus; hoc tamen ſcit, quod tunc anima non eſt vſa inſtrumento corporeo, nam corporei ſenſus minimè valent ad illa contemplanda, & tamen illorum, quæ vidit reminiſcebatur; ſi igitur illórum, quæ in breuiſſimo tempore extra viſa ſunt cum redijt ad corpus reminiſcitur, multo magis anima illorum reminiſcetur, quæ per tot tempora in alio corpore eſt operata; quare clarum eſt hanc aſſertionem non ſolum eſſe a vera, & Catholica fide alienam, verum etiam a vera naturali Philoſophia.

2. Cor. 12.

Cõc. Lat. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. Papa, & Federico I. Romanorum Imperatore anno ſalutis 1179. 5. Martij celebrato 300. & amplius Patrum, inter quos præſidebat Summus Pontifex Alexander III. hanc aſſertionem cum cæteris Albigenſium erroribus damnauit.

Hæreſis Nona.

DOcet hæc Hæreſis animas ante corporis infuſionem peccaſſe; ideo eſſe incluſas in pœnam in corporibus tamquam in carcere.

Theoph. Alexand. *AVctor fuit Origenes, de quo titulo Adam hæreſi ſecunda dictum eſt, vti refert Theophilus Alexandrinus in ſuo primo libro Paſchali.*

Acta Priſcilliani.

HAnc eandem hæreſim ſequutus eſt Priſcillianus Hiſpanus Abilæ ortus, quæ ciuitas in vlteriori Hiſpania ſita eſt. Is fuit omnium hæreſum ſentina, facundus, eruditus, multis corporis dotibus ornatus, homo viuaciſſimus, & magicis artibus ab adoleſcentia deditus, promptiſſimus in diſputando, nobilis, & prædiues, vti refert D. Auguſtinus libro de hæreſibus, ad quod vult Deum, cap. 70. infectus tamen erat infami hæreſi Gnoſticorum, & multos ex Gallis, Hiſpanis, & Anglis ſub ſpecie pietatis, & diſciplinæ ad ſe traxit, quare anno ſalutis 381. multa præcipuè mala faciebat ſimplices blanditijs, & varijs perſuaſionibus ſecum vniens; vnde de ſupradicto anno ſub Damaſo Papa, & Gratiano Romanorum Imperatore in Conciliabulo ab hæreticis apud Cæſarauguſtam congregato adhuc laicus creatur Pſeudoepiſcopus Abilienſis; ſic ob generis nobilitatem, diuitiarum copiam, ingenijq. ſublimitatem, ac auctoritatem Epi-

D. Aug.

ſcopalem

Digitized by Google

ſcopalem multa damna Eccleſiæ Catholicæ Romanæ inferebat; tandem ex mandato Gratiani Imperatoris ex Hiſpania eijcitur; at ipſe Italiam petens, venit Mediolanum; quare à Damaſo Papa, & à Diuo Ambroſio eijcitur; vnde fauoribus hominum ſubrepto ab Imperatore edicto, iterum reuertitur in patriam; tamen defuncto Gratiano Imperatore, celebratur Concilium Burdegalæ, in quo damnatur, & anno ſalutis 385. ſub Siricio Papa, & Valentiniano Romanorum Imperatore, iuſſu maximi Imperij Tyranni carceri mancipatur, & ſic ob turpiſſima ſcelera ab eo perpetrata & confeſſa Treuiris capite truncatur; itaque miſer Priſcillianus hunc finem habuit; qui viuus à ſuis, vt Sanctus honorabatur, & mortuus, vt martyr colebatur, teſte Sigiberto monacho in ſuis Chronicis.

COnuincitur itaque Hæreſis; nam anima Chriſti, vti legitur epiſtola 1. D. Petri cap. 2. *Peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius:* 1. Petri 2. & tamen erat in corpore incluſa; idem dicitur de anima Adæ in innocentia; & 1. Cor. 15. In reſurrectione corpus hoc mortale induet incorruptionem; 1. Cor. 15. & ſicut anima ita corpus hoc mortale etiam congruum ſuis meritis præmium accipiet.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Bracarenſi I. octo Epiſcoporum Prouinciæ Galitiæ in citeriori Hiſpania celebrato anno ſalutis 563. auctoritate Ioannis III. Papæ, Romano Imperio, tunc Iuſtiniano gubernante cap. 6. ſuorum Decretorum definiuit, quod ſi quis animas hominum prius in cœleſti habitatione peccaſſe dicat; & per hoc in corpora humana in terra deiectas eſſe; ſicut Priſcillianus anathema ſit. Conc. Bracar.

TITVLVS ANNVS.

Hæreſis Vnica.

LIcet Philaſter dicat in ſuo libro de hæreſi, eſſe hæreſim dicere incertum eſſe numerum annorum ab origine mundi, tamen hanc (meo iudicio) aſſertionem non iudico debere connumerari inter hæreſes; & miror, quod tantus vir ſit tam facilis de hæreſi pronunciare, & cum nunquam Eccleſia de hac re definierit, & cum ſit res ſeria de hæreſi cenſere; ideo dico, quod antequam quis de hæreſi definiat debet longo, & ſubtili examine aſſertionem conſiderare.

Digitized by Google

TITVLVS APOSTOLI.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen duas præcipuè ortas hæreſes inueni. Prima docet Apoſtolos prædicaſſe Euangelium ſolum litteraliter, non myſticè.

Acta Abbatis Ioachim.

Auctor fuit Abbas Ioachim Calaber de Curiario; qui adhuc adoleſcens, tum ex deuotione Beatæ Virginis Mariæ, tum etiam Diui Benedicti ſe monachum conſecrauit in monaſterio Florenſi Congregationis Ciſtercienſis; in quo ſemper vixit, & poſt parum temporis in Abbatem eiuſdem monaſterij eligitur, in qua dignitate, & officio, pietate, ac religione inſignis floruit, ac etiam diem clauſit. Viſus eſt tamen viuens plus ſapere quam oportebat. Nam per totam Siciliam ac Neapolitanum Regnum Prophetiæ dono valere creditus eſt. eius enim vaticinia falſa eſſe probauit temporis ſeries. Multa ſcripſit fabuloſa; & inter cætera dixit, tres eſſe hominum ſtatus. Primus eſt ab Adam vſque ad Chriſtum, & dicitur ſtatus coniugalis, & carnalis. Secundus à Chriſto vſque ad Sanctum Benedictum, & dicitur ſtatus medius inter carnem, & ſpiritum, & ſtatus Clericorum; tertius à Sancto Benedicto vſque ad finem mundi, & dicitur ſtatus ſpiritus, & monachorum: In primo igitur ſtatu data eſt lex carnalis; in ſecundo lex ſpiritualis, ſcilicet Euangelium, at tantum litteraliter per Apoſtolos prædicatum; quod Euangelium deinde per monachos Diui Benedicti in tertio ſtatu myſticè declaratur; multa alia ſcripſit Ioachim non ita conformia veritati Catholicæ, non tamen fuit pertinax, ſed ſemper ſe ſubmiſit obedientiæ, & Eccleſiæ definitionibus; ideo manu propria ſcripſit Patribus Concilij Lateranenſi ſub Innocentio III. in quo Concilio eius ſcripta; præcipuè librum æditum contra Magiſtrum Lombardum fuit damnatum; non tamen damnatus fuit Ioachim, nec Summus Pontifex derogauit monaſterio in quo erat Abbas; quia ſemper fuit obediens Eccleſiæ; floruit autem Ioachim anno ſalutis 1190. ſub Clemente III. huius nominis Papa, & Federico I. Romanorum Imperatore; in quibus autem errauerit præcipuè Ioachim, videbit ſtudioſus lector in Decretalibus; itaque cum

exempla-

Digitized by Google

exemplariter ſub deuotione Beatæ Mariæ Virginis, ac ſub Regula Sancti Patris Benedicti quinquaginta, & amplius annos vixiſſet, ſenio confectus, data ſuis monachis benedictione, primo decedens ſepelitur in monaſterio Florenſi, anno ſalutis 1220. qui viuens, à ſuis monachis amabatur, & vt verus Pater ab omnibus timebatur; à cæteris autem, vt vir Deum timens honorabatur.

IN *eundem errorem cecidit Petrus Ioannes, de quo Titulus Anima hæreſi prima dictum eſt.*

COnuincitur itaque hæreſis nam Apoſtoli hoc fecerunt, vel quia ſcripturas non intelligebant, vel ſi intelligebant nolebant; primum eſt falſum Ioan. 15. *Omnia quæcunque audiui a Patre meo nota feci vobis*; & Luc. 8. *Vobis datum eſt noſce myſterium Regni Dei*: Inſuper quis tam audax audeat dicere Ioannem Euangeliſtam ignoraſſe ſpiritualem intelligentiam, cui recumbenti in Cœna Domini reuelata ſunt ſecreta cœleſtia? & de Paulo Apoſtolo 1. Cor. 12. legitur, quod raptus vſque ad tertium Cœlum audiuit arcana Dei; demum Chriſtus diſceſſurus ex hoc mundo dixit Apoſtolis Ioan. 14. *Paracletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo ille vos docebit omnia*: Quo adueniente omnia illis fuerunt aperta, nam licet idiotæ eſſent, tamen in die Pentecoſtes repleti Spiritu ſancto loquebantur varijs linguis; ſi igitur Apoſtoli habuerunt ſpiritualem intelligentiam, ac fuerunt repleti vera charitate, etiam fateri debemus eos prædicaſſe iuxta illam veram charitatem acceptam. Ioan. 15. Luc. 8. 1. Cor. 12. Ioan. 14.

Denique hic error damnatus fuit ab Eccleſia in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. Papa, & Othone IV. Romanorum Imperatore, vti etiam omnes alij Ioachim errores emendati ſunt anno ſalutis 1215. vti habetur ex cap. 2. ſuorum Decretorum; in quo Concilio conuenerunt 1300. & amplius Patres. Conc. Lat.

Hæreſis Secunda.

DOcet hæc Hæreſis *Apoſtolos nec habuiſſe, nec recepiſſe pecuniam, nec aliquid in craſtinum ſeruaſſe.*

Acta Gerardi Parmenſis.

A*Vctor fuit Gerardus de Parma ex familia de Sagarellis, quæ familia amplius non nominatur in Ciuitate Parmæ; vel quia extincta eſt; vel quia forſan ob Gerardi infamiam alio nominatur cognomine. Hic Gerardus fuit ab adoleſcentia libidini deditus, erat enim pulcher aſpectu, ac ingenio ornatus; & quia à parentibus cuſtodiebatur, nec poterat, vti volebat, & eius natura requirebat delicijs carnis operam dare; & hoc non euenire ſibi conſiderans, quia nimis à parentibus cuſtodiebatur;*

diebatur; ea, quæ non potuit maiori pecunia, à patre furtim ſublata, fugam trans montes arripuit, atq; ſe ſectę libidinoſæ Beguinarum immerſit; ita vt elapſis aliquot annis impatiens, volens proprium extendere vexillum; iterum in Italiam reuerſus, efficitur Dux, & Magiſter Pſeudo Apoſtolorum, qui libidinosè viuentes, iactabant ſe viuere vitam Apoſtolorum; quare Gerardus fit inuentor, & reſtaurator multarum hæreſum; multos habuit diſcipulos, & inter alios habuit Dulcinum, & Margaritam eius vxorem Nouarienſes; & floruit anno ſalutis 1300. ſub Clemente Quinto Papa, & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore; faciebat Gerardus ſuas congregationes in partibus Pedemontis; & durauit hæc ſecta ſpacio duorum, & amplius annorum; nam poſt iuſſu Clementis V. Papæ, coacti ſunt in excelſum montem Alpibus continentem; ibiq; fame, & frigore confecti ſunt; & Gerardus cum Dulcino, & Margarita libidinoſa capti ſunt, & Vercellas ducti; vbi primo membratim lacerati ſunt; deinde combuſti, quorum cineres in ventum diſperſi ſunt: nec hæc peſtis omnino annichilata eſt, nam in montibus Tridentinis aliquæ eius reliquiæ remanſerunt.

Ioann. CONuincitur igitur Gerardi hæreſis; nam primo loquendo de pecunia legitur Ioannis 4. *Cum veniſſet Ieſus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichem, ipſo manente propè fontem extra Ciuitatem, Diſcipuli abierunt in Ciuitatem, vt cibos emerent*; & quod etiam aliquid reſeruauerint, Ioann. Act. 15. legitur Ioannis 5. *Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant; & collegerunt duodecim cophinos fragmentorum*, & legitur Act. Apoſt. 15. *multa neceſſaria ob fratrum inſtantem neceſſitatem procurabantur*: & hic adnotandum eſt, quod multa fuerunt, & ſunt etiam ad tempus prohibita, Matth. quæ tamen alio tempore conceduntur, ſecundum quod Eccleſiæ vtilitati confert; v.g. legitur Matth. 10. *In viam gentium ne abieritis*, quod dictum non intelligitur abſolutè; at ſolum pro tunc; & quod ſit verum, infra legitur, quod poſtmodum *Ieſus ſeceſſit in partes Tyri, & Sidonis*, quæ ſunt regiones gentium, & Apoſtoli poſt Chriſti Aſcenſione acceſſerunt ad gentes; nam Petrus fuit Antiochiæ, fuit etiam Romæ; vbi pro Chriſti nomine crucifixus eſt; ſic de portanda pecunia ſecum, fuit Apoſtolis tantum pro illo tempore præceptum; ſcilicet quo ad prædicandum mittebantur; vt ſcilicet iactaret cogitatum ſuum in Domino; & vt ſcirent, quod Dominus illorum curam haberet: inſuper illi quibus Apoſto-Matth. Luc. li prædicabant tenebantur illos alere; legitur enim Matth. 10. *Dignus eſt operarius cibo ſuo*; & Luc. 23. *quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, nunquid defui vobis?* Quare hoc fuit conſilium, non præceptum; & quan-Matth. do legitur Matth. 10. *Nolite ſolliciti eſſe quid manducetis*, Chriſtus tunc prohibuit ſollicitudinem, non ciborum reſeruationem.

Cōc. Vien. ſub Clem. V. Denique Eccleſia vniuerſalis in Concilio Vienenſi, ſub Clemente V. Papa, & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1311. celebrato, 800. & amplius Patrum diuerſarum nationum damnans errores Begardorum, ac Beguinarum, hos etiam Gerardi damnauit; cum errores Gerardi ex illis pendeant.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS AQVA.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen duas præcipue ortas hæreſes inueni. Prima docet Aquam eſſe Deo coæternam: quæ hæreſis recitatur a Philaſtrio libro ſuo de hæreſibus; & a Diuo Auguſtino loco 76. de hæreſibus nullo nominato auctore, credo quod auctores huius erroris moueantur, quia Moyſes Gen. 1. faciens mentionem creationis cœli, & terræ nullam faciat mentionem creationis aquæ. Philaſt. D. Auguſt. Gen. 1.

COnuincitur; nam legitur primo Pſal. 88. ibi *tui ſunt cœli, & tua eſt terra, Aquilonem, & mare tu creaſti:* ſi Deus creauit mare ergo & aquas; quia aquarum congregationem vocauit maria; denique terræ nomine intelliguntur omnia corpora ſublunaria; vti omnes Doctores tum Greci tum Latini ſane mentis exponentes verba cap. 1. Gen. docet. Pſal. 88. Gen. 1.

Poſtremo eccleſia Vniuerſalis in Symbolo Concilij Niceni I. Generalis, ſub Syluestro Papa, & magno Conſtantino Romanorum Imperatore, anno ſalutis 325. celebrati, cui interfuerunt 318. Patres: ac etiam in Symbolo Conc. Conſtantinopolitani II. Generalis ſub Damaſo Papa, & Theodoſio ſeniore 150. Patrum anno ſalutis 381. celebrati confitetur creatorem Deum *viſibilium omnium, & inuiſibilium:* & in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. Papa, & Othone IV. Romanorum Imperatore 1300. & amplius Patrum idem docet, quæ verba habentur in capite firmiter de ſumma Trinitate, & fide Catholica. Conc Nic. Conc. Cõſtantinop. Conc. Lat. Innoc. III.

Hæreſis Secunda.

DOcet hæc hæreſis aquam non benedictam eſſe tanti valoris, quanti eſt benedicta; & dicit eſſe opus Negromantiæ ad res benedicendas; non enim poſſumus facere res meliores benedictionibus, quam Deus eas per naturam condidit.

Acta Flagellantium.

AVctores fuerunt quidam flagellantes ſic ab operibus dicti, qui nodoſis flagellis flagellabant ſe ad oſtentationem; quæ ſecta primo ortum habuit in Italia in partibus Hetruriæ; & Lucenſes primi fuerunt, qui huic ſectæ adhæſerũt; nam anno ſalutis 1212. ſub Martino IV. Papa, & Rodulpho Romanorum Imperatore magnus motus factus eſt

in Italia; qua commotione nobiliores viri, ac fæminæ, ſimul Principes, Epiſcopi, ac Religioſi cuiuſcunque ordinis ardore deuotionis ducti huic ſectæ adhærebant; et talis ſecta durauit in Italia per quatuor menſes. Hi enim veſtes albas lineas ad pedes vſque protenſas ferebant cum capucijs, quibus faciem velabant, & ad inſtar religioſorum bini procedebant per vrbes pacem, & miſericordiam ſupplici clamore ſæpeſæpius clamantes, himnoſque cantantes, præcipue ſequentiam a D. Gregorio editam, ſcilicet ſtabat Mater doloroſa. *Quorum magiſter fuit quidam ſacerdos in Hetruriæ partibus ortus, qui tantum modeſtiam vultu, ac verbis præſeferebat, vt ab omnibus ſanctus haberetur. Bonifacius verò IX. Papa anno ſalutis* 1385. *Imperio Romano tunc gubernante Vinciſlao, eum tamquam ſuperſticioſum iuſſit compræhendi; ac igne comburi mandauit; cuius corpus in cineres redactum eſt, horum crucifixi imaginem, quam ante ſe deferrebant adhuc Lucenſes ſeruant. Quæ ſecta originem habuit ex Vualdenſium lepra; ac etiam ex Begardorum, & Beguinarum erroribus; ideo multos errores produxit in pleriſque locis circa Fidem, & Sacramenta. Ex Italia autem deinde proceſſit in Galliam, & Germaniam, & in illis partibus durauit per quadraginta annos, quæ deinde igne, & gladio, auxiliante Deo exterminata eſt. Dicebant autem hanc flagellationem eſſe confeſſione potiorem ad delenda peccata; eamque præferebant Martyrio.*

Acta Lolardorum.

HVic adhæſere aliqui populi Angli Lolardi dicti, impij ſectatores Vuiclephi, at in hoc a ſuo magiſtro diuiſi, vti mos eſt hæreticorum vnitatem abhorrere, quorum autem fuerit Dux non legitur; & floruerunt anno ſalutis 1450. *ſub Nicolao V. Papa; & Federico III. Auſtriaco Romanorum Imperatore.*

Acta Ioannis de Vueſtphalia.

HAnc etiam tutatus eſt quidam Ioannes Germanus de Vueſtphalia ſuperiore; qui ab adoleſcentia totus libertati viuendi deditus Vuiclephi impia dogmata eſt amplexatus, eaq; auxit, vnde multa volumina hæreſibus plena, ac commentaria ſuper Vuiclephi doctrinam ſcripſit, quæ poſtea authoritate inuictiſſimi Imperatoris Federici III. Auſtriaci Maguntiæ reperti; & ex ſententia Inquiſitorum hæreticæ prauitatis in publica platea Maguntiæ combuſti ſunt; floruit autem Ioannes anno ſalutis 1470. *ſub Paulo II. Papa, & glorioſiſſimo Cæſare ſupradicto; qui Cæſar edictum emiſit, vt omnes populi quorumcumque locorum, caſtrorum, ac ciuitatum Germaniæ omni modo operarentur, vt Ioannem Eccleſiæ Catholicæ Romanæ perſequutorem compræhenderent, vel compræhendi facerent;*

Digitized by Google

rent; tandem factum eſt fauente Deo, vt miſere in quodam viculo diœceſis Maguntiæ, vbi latenter manebat totus vlceroſus moreretur; quare corpus eius ſepultum in ſterquilinio, anima verò eius diabolo tradita fuit perpetuo crucianda.

COnuincitur itaque hæreſis; nam legitur Num. 5. *Deum commendare aquam per manus Sacerdotis ſanctificatam;* & eſt Eccleſiæ conſuetudo antiquiſſima; & ad nos ab Apoſtolis venit, vt ſcilicet aqua ſale exorcizetur, & benedicatur; quod Diuus Dionyſius teſtatur libro de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. vltimo; & Eccleſiæ conſuetudines ſunt tanti valoris, quanti eſt ſacra pagina; vti libro prohæmiali probauimus cap. 5. denique D. Paulus 1. Tim. c. 4. docet *omnia ſanctificari verbo, & oratione.* Num. 5. Dionyſius Areop. 1. Tim. 4.

Poſtremo Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Agathenſi Galliæ in Prouincia Narbonenſi in ciuitate Agathæ, in Eccleſia Sancti Andreæ celebrato 35. Epiſcoporum, cui præfuit Sanctus Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus, ac ſubſcripſit anno ſalutis 494. ſub Symacho Papa, à quo etiam confirmatum, & ab Eccleſia receptum fuit, & ſub Anaſtaſio Romanorum Imperatore cap. 10. ſuorum decretorum docet altaria Sacerdotali benedictione ſacrari; & in Concilio Hiſpalenſi II. anno ſalutis 624. celebrato ſub Bonifacio V. Papa, à quo etiam confirmatum fuit; & ſub Heraclio Romanorum Imperatore, cui pręfuit Sanctus Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, ac ſubſcripſit cap. 7. ſuorum decretorum idem definiuit: & in Concilio Toletano IV. anno ſalutis 633. celebrato nonis Decembris ſub Honorio III. Papa, & Heraclio Romanorum Imperatore 70. Epiſcoporum, ac aliorum Vicariorum abſentium; tam ex Hiſpania, quàm ex Gallia Narbonenſi, qui Patres ſe congregauerunt in Eccleſia Sanctæ Leocadiæ Martyris, cui pariter præfuit Sanctus Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, ac ſubſcripſit, & cap. 8. ſuorum decretorum determinauit creaturas poſſe benedici; & licet non ſit contra fidem benedictiones omittere, eſt tamen contra fidem illas contemnere. Concil. Agathenſe. Symacho. Conc. Hiſpal. Conc. Tolet.

Scripſit librum Aquæ benedictæ Ioannes de Turrecremata Ordinis Prædicatorum, Sanctæ Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, vti refert Ioannes Tritemius Monachus, & Abbas ex inſtituto Sancti Benedicti. Turrecr.

TITVLVS BAPTISMVS.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen duodecim ortas hæreſes præcipue inueni. Prima docet Baptiſmum fieri igne, & ſpiritu, non in aqua.

AVctores ſunt Galatæ, de quibus Titulo Anima, Hæreſi 5. dictum eſt; occaſionem ſumentes ex verbis Matth. 3. dicentis ipſe vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne, *vti refert D. Auguſtinus libro ſuo de Hæreſibus cap. 59.* Matth. 3. D. Aug.

Matth. 18. CONuincitur, nam legitur Matth. 18. *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Baptizare autem Græce ſonat Latine immergere; ſic Baptiſma idem ſonat quod immerſio, & lotio; nullus itaque

Epheſ. 5. igne lauatur, ſed aduritur, bene aqua lauamur; & ad Eph. 5. legitur *lauacro aquæ Chriſtus nos mundauit.*

Conc. Florent. Denique Eccleſia vniuerſalis in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore celebrato anno ſalutis 1438. cui interfuerunt 1000. & amplius Patres; & in decreto de Græcorum, & Armenorum vnione; docet materiam huius ſacra-

Conc. Trident. menti eſſe aquam veram, & naturalem: & in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore Seſſ. 7. Canon. 2. ſub anathemate damnat audentes dicere aquam non eſſe de neceſſitate Sacramenti Baptiſmi.

Hæreſis Secunda.

DOcet hæc hæreſis multa contra veram formam Baptiſmi, quæ in plures factiones eſt diuiſa iuxta varias formas, quibus diuerſi vſi ſunt, nam alij baptizant in nomine Patris ignoti omnium, & in veritate omnium matre; ex hac etiam ſecta alij ſunt, qui vtuntur Hæbraicis nominibus ad pauorem audientium.

Acta Marci.

MArcus Aegyptius ex Alexandria ita docebat Baptiſmum vt ſupradictum eſt; qui Marcus ex ſua natura fuit ſemper ab adoleſcentia homo diabolicus, & ita ſpiritu elationis inflatus, vt non ſolum fuerit contentus præceptis Cerdonis eius magiſtri; audiuit enim viuæ

Ireneus. Euſebius. *vocis probatione dogmata impij Cerdonis, vti refert Beatus Irenæus lib. 1. aduerſus hæreſes, cap. 8. & Euſebius libro 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 2. verum etiam proprium extendens vexillum multarum hæreſum fuit auctor: & floruit anno ſalutis 155. ſub Iginio Papa, & Martyre, & Antonino Pio Romanorum Imperatore; quare pertinax, & Eccleſiæ Romanæ Catholicæ, & Sacramentorum perpetuus inimicus, ſenio confectus, primo decedens ſepultus fuit in patria; anima tamen eius Diabolo tradita fuit perpetuo in inferno crucianda.*

Acta Montani.

HAnc etiam amplexatus eſt ſuperbiſſimus Montanus apud Myſſiam Phrygiæ ortus, in quodam vico dicto Ardaba; vnde ſequaces deinde omnes dicti ſunt Cataphryges; qui Montanus nuper baptizatus, & propriæ excellentiæ opinione inflatus, & inſatiabili cupidi-

tate

Digitized by Google

tate primatus incenſus, maloque ſpiritu arreptus Prophetam cæpit dicere ſe eſſe; & duas nobiles mulieres, quas ſeduxerat, & à maritis ſuis adduxerat, opulentas quidem, ac diuites Priſcam ſcilicet, & Maximillam, & ipſas ſpiritu maligno afflatus, Prophetiſſas ſuas diuina inſpiratione factas eſſe iactabat: Per has igitur mulieres multas Eccleſias corrupit, & hæreſi polluit, huius autem ſectatores ſpeciem pietatis præſeferebant, miraculis, ac donis Prophetiæ ornatos ſe eſſe prædicabant; fingebant enim cum Catholicis ſe ſcripturas omnes recipere, ac de Patre, Filio, & Spiritu Sancto idem ſentire; diſciplinam Eccleſiaſticam, ieiunia, continentiam, & alia huiuſmodi ſeruare, vti habetur ex 5. lib. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euſebij c. 15. Floruit autem Montanus anno 173. ſub Aniceto Papa, & Martyre, & Marco Aurelio Romanorum Imperatore, à quo multæ hæreſes, & ſectæ ortæ ſunt, vti teſtatur Diuus Hieronymus Epiſtola 54. demum ſenio confectus vnà cum ſuis Prophetiſſis dæmonum impulſu laqueo ſibi ipſi mortem tradidit; ſicque, & Montanus, & ambæ Prophetiſſæ eundem finem cum Iuda proditore adepti ſunt, ſcilicet medij crepuerunt: Et quia hæc ſecta etiam tempore Diui Ioannis Chryſoſtomi anno ſalutis 398. florebat; ad eius inſtantiam glorioſiſſimi Imperatores Heraclius, & Honorius edictum fecerunt, vt quotquot ex hac ſecta inuenirentur capitalem ſententiam acciperent, quod edictum comprahendebat etiam fautores; idem fecit Theodoſius iunior anno ſalutis 410. ſub Innocentio I. Papa, in quo Theodoſij edicto comprahendebantur etiam Priſcillianiſtæ. Euſebius.

Acta Pauli Samoſateni.

HVic etiam adhæſit Paulus Syrus ex Samoſatena vrbe ortus, qui in adoleſcentia ſua ſe totus dedit doctrinę impij Sabellij, inde in paruo temporis ſpatio ſuperauit Ducem, ac præceptorem ſuum Sabellium; quare efficitur magiſter nouarum hæreſum; ita tamen ficte operatus eſt, vt poſt mortem Demetriani Epiſcopi Antiocheni, Paulus electus ſit Epiſcopus Antiochenus, & hoc euenit anno ſalutis 266. ſub Dioniſio I. Papa, & Martyre, & Valeriano, & Galieno Romanis Imperatoribus, tamen ſtatim, vt Hæreſiarca manifeſtatus eſt à Dionyſio Papa damnatur; habuit Paulus matrem Manichæam; quare nec mirum eſt ſi ipſe euaſit peior Manichæis, itaque ob ſuam in Eccleſiam Catholicam impietatem celebratum eſt Concilium I. Antiochenum in quo damnatus fuit, ipſe tamen cum omni humiliatione finxit emendationem, ideo à Patribus Concilij relictus fuit in ſede, at elapſis decem annis detecta fuit eius ſimulatio, ideo anno ſalutis 272. ſub eodem Dionyſio Papa, & Aureliano Romanorum Imperatore congregatum fuit, ſecundum Concilium Antiochenum, vti tradit Euſebius libro 7. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 23. & per notarios Paulus conuinctus de erroribus, omnium Patrum ſententia damnatus eſt, & à Sede Euſebius.

Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcopali eiectus ſubrogato in eius locum Demetriani (qui ante eum Eccleſiam Antiochenam optime rexerat) filio, omni virtutum genere ornato; de quibus omnibus Patres Concilij certiorem fecerunt Sanctiſſimum Pontificem Dionyſium narrantes ei omnia ſacrilegia ſupradicta; ſcelera & iniurias, quas Paulus Eccleſiæ Catholicæ Romanæ inferebat: Quare Paulus ita à Patribus damnatus nolebat de ſede Epiſcopali exire; ac habuit recurſum ad Aurelianum Imperatorem: qui ordinauit vt relinqueret ſedem Epiſcopalem illis, quibus Chriſtiani Italiæ, & Epiſcopus vrbis Romæ relinquendam præſcriberet: ita Paulus omnino à ſede pulſus eſt: & ſtatim ex amaritudine animæ mortuus eſt, qui Paulus negabat Baptiſmum fieri debere in nomine Trinitatis, quod etiam fieri mandauit ſuis diſcipulis.

Matth. vlt. Can. Apo. — Conuincitur igitur hæreſis; nam cum vera baptiſmi forma ſit ea quę habetur Matth. vlt. ibi *baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, & in Can. Apoſt. 49. & 50. clare trina merſio exprimitur, vbi præcipitur, quod miniſter hunc modum non ſeruans debet deponi: ecce quanta cura fuit Apoſtolis de expreſſione ſanctiſſimæ Trinitatis; tamen ſciẽdum, quod ſi iſta trina merſio non fieret, & alia neceſſaria ad baptiſmum adeſſent, verus vtique eſſet baptiſmus, licet baptizantes peccarent, & ſic puniendi eſſent; inſuper eſt ſciendum quod valet loci conſuetudo; vti fuit definitum in Concil. Toletano IV. cap. 5. ſuorum decretorum; nam in Hiſpania in ſupra nominato Concilio ob aliquas ortas hæreſes ordinatum fuit, vt vnica tantum fieret merſio, donec hæreſes illæ extinguerentur, quæ hæreſes ortæ erant ob trinam merſionem; & licet Apoſtoli vti legitur Act. Apoſt. 8. ſolum in nomine Chriſti baptizarent; hoc tunc faciebant diuina quadam diſpenſatione eis à Spiritu Sancto inſinuata ob nominis Ieſu Chriſti exaltationem, quod tunc Iudæis erat ſcandalum, & Gentibus ſtultitiam; qua occaſione ſublata nulli licet vti alia forma, quam data Matth. vlt. Et licet Græci baptizent per modum imperatiui nõ indicatiui tolerantur; nec hæretici dicendi ſunt, niſi negarent formam, qua Latini vtuntur.

(Conc. Tolet. — Act. 8. — Matth. vlt.)

Conc. Nicęn. — Denique Eccleſia vniuerſalis in primo Concilio generali Nicęno ſub Sylueſtro Papa, & magno Conſtantino Romanorum Imperatore anno ſalutis 325. celebrato 318. Patrum definiuit veram baptiſmi formã eſſe illam, quæ ponitur Matth. vlt. & in Can. 19. ordinauit, quod ſi Cathaphryges, & Paulianiſtæ ad Eccleſiam Catholicam Romanam redierint debent rebaptizari, quia vera Matth. vlt. forma non vtuntur. Et in Concilio I. Antiocheno ſub Dionyſio Papa, & martyre, & Valeriano, & Galieno Imperatoribus Romanis anno ſalutis 262. celebrato; & licet prouinciale tamen receptum fuit ab Eccleſia in Concilio I. generali Nicæno; in hoc igitur Concilio damnatus fuit Paulus; vti etiam in Conc. II. Antiocheno ſub eodem Papa, & ijſdem Imperatoribus Romanis anno ſalutis 272. cui interfuerunt 30. Epiſcopi, ac omnes ſubſcripſerunt; & non ſolum damnatus fuit Paulus in hoc Concilio, verum à Sede expulſus fuit; quod Conc. deinde ab Eccleſia receptum fuit in ſexta Synodo generali in Trullo celebrata.

(Conc. Antioch.)

Hæreſis

Digitized by Google

Hæreſis Tertia.

Docet hæc hæreſis mortuos eſſe baptizandos.

AVctores fuerunt Marcioniſtæ ſic dicti à Marcione eorum Duce. Mos enim erat Marcioniſtarum (vti refert Theophilatus in expoſitione cap. 5. ad Cor. 1.) cum quis ſine Baptiſmo moriebatur ſubmittere aliquem viuum ſub feretro, in quo erat cadauer; & ſic petere à mortuo an velit Baptizari; tunc reſpondebat viuus in loco demortui ſub feretro poſiti, quod ſic, tum mortuũ baptizabant; miror tamen; quod nec Ireneus, nec Auguſtinus, nec Euſebius nil dicant de hoc errore; & neſcio vnde hæc habuerit Theophilatus, qui Ireneo, Auguſtino, & Euſebio poſt multa ſæcula ſucceſſit; niſi quia forſan Theophilatus dicat hunc eſſe errorem Marcioniſtarum, non Marcionis; nam mos eſt hæreticorum, vt ſemper addant aliquid impietati ſui magiſtri. Theophil.

Acta Marcionis.

HIc igitur Marcion Ponticus fuit ex vrbe Sinope; qui ab adoleſcentia Stoicorum doctrinæ ſe dedit, quare in paruo temporis ſpatio ob ſui ingenij eminẽtiam euaſit perfectiſſimus Philoſophus Stoicus; & quod peius fuit ſe totum dedit (inſciente Patre) dogmatibus diabolici Cerdonis; habebat enim Patrem Epiſcopum Vrbis Sinope virum pietate, & religione illuſtrem, vti refert Tertullianus lib. de reſcript. cap. 51. Tertull. *Vnde in prima ſua ætate Marcion exemplo patris vitam ſolitariam exercuit, et Virginitatem elegit; quod multum erat patri gratum; progreſſu tamen temporis cum virgine corruptus eſt, ideo à patre ab Eccleſia pulſus, & excommunicatus, & cum veniam ab eo impetrare minime poſſet; anno ſalutis 158. ſub Pio Papa, & Martyre poſt Iginij mortem Romam venit; vbi impediente patre minimè receptus fuit à Pio Papa; non ſolum ob ſtupri crimen, verum etiam ob hæreſes ante in Aſia diſſeminatas ſub Teleſphoro Papa anno ſalutis 146. damnatus; itaque iterum indignatus ſe Cerdoni iunxit, vti refert Tertullianus lib. de reſcript. cap. 30. & Epiphanius* Tertull. *hæreſi 42. mortuo tamen Pio Papa Romam iterum venit ſub Aniceto Papa, & Martyre; quo etiam tempore Romæ erat Sanctus Policarpus Martyr diſcipulus Sancti Ioannis Euangeliſtæ, quare Marcion videns quadam* Epiphan. *die Policarpum ſubridens dixit ei, agnoſcis me? cui Policarpus, agnoſco primogenitum Diaboli; & ſic confuſus ab eo diſceſſit: hac de cauſa Marcion ſæpe Romam venit fingens ſe velle conciliari cum Eccleſia; at ſemper eiectus fuit, vti etiam iam ſenex anno ſalutis 180. ſub Eleuterio Papa, et Martyre; vt refert Irenæus libro 3. aduerſus hæreſes cap. 3. Multas hæreſes audiuit* Irenæus.

diuit Marcion à Cerdone, alias inſuper ipſe adinuenit; & inter alias poſuit tres Deos, Deum ſcilicet Iudęorum, Deum Chriſtianorum, & Deum Gentilium; totum teſtamentum Vetus reſpuebat, & pauca de Nouo accipiebat, ea omnia reijciens, quæ erant ſuæ falſę doctrinę contraria, vti teſtatur Irenæus lib.1. aduerſus hæreſes cap.39. addidit etiam in ſua falſa doctrina horrendam blaſphemiam; ſcilicet Chriſtum ſuo deſcenſu ad inferos Enoch, & Noe, ac reliquos iuſtos non ſaluaſſe; quia ei non occurrerunt, & quia erant amici Dei Iudæorum, quem malũ Deum eſſe dicebat. Scripſit impius Marcion complures libros falſis dogmatibus plenos, ſcilicet Euangelium, Epiſtolam, Antithæſes, & Apoſtolicum inſtrumentum; vti Irenæus refert loco ſupra citato; contra eum autem ſcripſerunt Beatus Iuſtinus Martyr, Origenes, Philaſtrius, Auguſtinus, Clemens Alexandrinus, & D. Chryſoſtomus; habuit multos diſcipulos, inter quos famoſiſſimus Apelles, de quo loco ſuo dicetur; denique decrepitus, omnium hominum ſui temporis ſceleſtiſſimus mortuus eſt, & in Inferno ſepelitus, anno ſalutis 183. ſub Eleutherio Papa, & Martyre, & Marco Aurelio Romanorum Imperatore; poſt cuius mortem ſequaces multa inferebant damna Eccleſiæ Catholicæ Romanæ; at adiuuante Deo anno ſalutis 326. Conſtantinus Magnus, poſt Concilium Nicænum, & Romanum ſub Syluestro Papa, edicta crudeliſſima emiſit in Valentinianos, Marcioniſtas, Cathaphryges, Paulianos, Arrianos, Nouatianos, ac alios, vt eo meliori modo, quo poſſet, talia conuenticula deſtrueret; vt ſcilicet vbicunque eſſent tales conuentus igne, & gladio extinguerentur, & eorum bona fiſco applicarentur; quod edictum erat etiam contra fautores; igitur ſententia publicata magna ex parte hæreſes extinctæ ſunt, alij morte, alij verò timore pœnæ, & bonorum amiſſione conuertebantur; pariter anno ſalutis 423. ſub Bonifacio I. Papa Theodoretus creatur Epiſcopus Cyrri, vbi ſecta Marcionis plurimum vigebat; quare ſua prædicatione (erat enim mira facundia, ac diuinis litteris imbutus) diuino auxilio, virtute reliquiarum ſanctorum Martyrum, ac denique peculiari protectione Sancti Ioannis Baptiſtæ, in ingreſſu ſui Epiſcopatus pluſquam decem millia ad fidem traxit, vti ipſe anno ſalutis 449. ad Leonem Papam ſcripſit, in qua Epiſtola confitetur ſe iam in Epiſcopatu vixiſſe 26. annos.

(Margin: Irenæus. — Irenæus. — Theodor.)

Conuincitur itaque hæreſis, primo ex Mat. & Mar. cap. vltimo; habetur enim ibi non ſolum vnum pro alio poſſe baptizari, verum eos ſolos eſſe baptizandos, qui ſunt in hac vita, quæ nobis ad operandum datur, qua finita vnuſquiſque ſecundum opera mercedem recipiet; ad hunc propoſitum legitur Eccleſiaſtes 19. *quodcumque poteſt manus tua inſtanter operare*, quia nec opus, nec ſapientia, nec ratio apud inferos præualebant, & legitur Ioannis 9. *operamini ergo donec dies eſt*, ideſt dum eſtis in hac vita, quia poſt mortem nihil poteritis agere; quare impie Veſani Marcioniſtę mortuos baptizare tentarunt.

(Margin: Matth. & Marc. — Eccleſiaſt. — Ioan. — Conc. Carthagin.)

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Carthaginenſi III. ſub Syſi-

nio

nio Papa; & Arcadio, & Honorio Romanorum Imperatoribus anno ſalutis 397. Calen. Septembris celebrato, cui interfuit Sanctus Auguſtinus, & ſubſcripſit; quod Concilium deinde fuit ab Eccleſia receptum in ſexta Synodo generali in Trullo celebrata; capite igitur 6. ſuorum decretorum tale ſtatuit decretum; ſcilicet Sacram Euchariſtiam non eſſe defunctis dandam; quia dictum eſt à Domino *accipite, & manducate*, cadauera autem nec accipere, nec manducare poſſunt, in eodemque capitulo addidit Eccleſia; cauendum eſt etiam, ne mortuos baptizare poſſe fratrum infirmitas credat.

Hæreſis Quarta.

Tollit hæc hæreſis omnem vim à Baptiſmo.

PRimi auctores fuerunt Meſſaliani, de quibus titulo animæ hæreſi 5. dictum eſt; eandem vim autem orationi tribuunt, vti habetur ex 7. libro Hiſtoriæ tripartitæ, cap. 2. Hiſt. trip.

Huic etiam adhæret Manes, eandem tamen cum orationi non tribuit, vti refert D. Auguſt. lib. de Hæreſibus cap. 46. de quo Mane dictum eſt titulo animæ hæreſi 4. D. Auguſt.

Hunc etiam eundem errorem ſequuti ſunt Albanenſes, & Albigenſes, de quibus titulus animæ hæreſi 8. dictum eſt.

Cui etiam ſubſcripſerunt Armeni, de quibus titulo Adam hæreſi tertia dictum eſt.

Quem pariter cōfirmauit Petrus Ioannis, de quo titulo animæ hæreſi 1. dictum eſt, vti Guido Carmelita omnibus his tribuit libro ſuo de hæreſibus. Guid. Car.

Denique hanc diu ſepultam ab inferis reuocauit iniquus Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt docens nullam gratiam conferri in baptiſmo, vti etiam in alijs Sacramentis.

COnuincitur; nam legitur Matth. vlt. *qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit*; & Ioan. 3. *niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non intrabit in regnum cælorum*; iſta autem renaſcentia fit per gratiam Baptiſmi in quo gratia Spiritusſancti confertur; inſuper ex c. 6. ad Rom. & ex cap. 3. ad Gal. patet virtus Sacramenti Baptiſmi ibi *quicunque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* Matth. vlt. Ioan. 3. Rom. 6. Gal. 3.

Poſtremo Eccleſia Vniuerſalis in Cōcilio I. generali Niceno 318. Patrum ſub Syluestro Papa, & magno Conſtantino Romanorum Imperatore anno ſalutis 325. celebrato definiuit in Symbolo vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1439. celebrato 1000. & amplius Patrum definiuit in decreto de vnione Armenorum per baptiſmum deleri peccatum, & regnum cœlorum donari, quæ omnia ſine gratia fieri nequeunt. Conc. Nic. Conc. Florent.

Digitized by Google

Hæreſis Quinta.

DOcet hæc hæreſis paruulis vſum rationis non habentibus nil prodeſſe baptiſma tùm paruuli non poſſint habere fidem.

Acta Petri de Bruis.

AVctor fuit quidam Petrus de Bruis Gallus ex prouincia Narbonenſi, ortus apud opidum Sancti Aegidij; qui tempore Ildelfonſi Sancti Aegidij comitis innotuit hæreſiarca, & cæpit ſua nefanda dogmata diſſeminare; & inter cætera docebat Cruces abominationi eſſe debere, quia tam dirè Christus in ea paſſus eſt; anno igitur 1126. ſub Honorio II. Papa, & Lothario Romanorum Imperatore ſua deliramenta docebat; multos fecit diſcipulos, præcipue Henricum quendam, de quo infra dicetur; fuit itaque Petrus homo ſceleſtiſſimus, & inter alias nefandas impietates quas fecit, hæc vna eſt (vti refert Venerabilis Petrus Abbas Cluniacenſis libro 2. Miracul. cap. 12. & 13.) ad inauditam diuinitatis contumeliam, magno de crucibus agere instructo ignem immiſit, pyram fecit, carnes coxit, & ipſo paſſionis Dominicæ die Paſchalem Dominicam præcedente, inuitatis publicè populis ad talem eſum, comedit; quare Deo permittente dignum impietate ſua finem conſequutus eſt; nam apud Sanctum Aegidium à furore populi perſequutus, & à fidelibus viuus concrematus eſt; cuius corpus in cineres redactum eſt, & à vento diſperſum anno ſalutis 1227. ſub Pontifice, & Romano Imperatore prædictis.

Petrus Cl.

Acta Henrici.

POſt cuius mortem fuit Dux huius hæreſis ac aliarum etiam Henricus quidam Gallus patria Toloſanus; qui ab adoleſcentia factus eſt Monachus ex instituto Sancti Patris Benedicti Ordinis Ciſtercienſis; tamen progreſſu temporis impatiens, nec potens iugum obedientiæ ſufferre, libertatem quærens apoſtatauit, & hæreſis Petri de Bruis ſcriptis, & miracula diabolica ſuſcepit, vti refert Venerabilis Petrus Abbas Cluniacenſis loco ſupra allegato; & D. Bernardus in epiſtola ad Ildefonſum Comitem Sancti Aegidij; nam cum ferè totam prouinciam Toloſanam impijs hæreſibus ſeduxiſſet; Eugenius III. tunc Summus Pontifex direxit in illam prouinciam legatum Albericum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Oſtienſem Cardinalem contra Henricum Petrobruſſianum; & ſecum Illuſtriſſimus Cardinalis ducebat Diuum Bernardum, Epiſcopum Carnotenſem, & alios Epiſcopos ſanctitate, & doctrina præſtantiſſimos, vt illum cum ſequacibus, vel

Petrus Cl.
D. Bern.

ad

Digitized by Google

ad gremium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reduceret, vel diſſiparet vti fecit; quomodo autem infra dicetur; floruit autem Henricus 26. anno poſt obitum Petri de Bruis; de quo anno relicta religione ſe ad carnis ſpurcitias contulit; ſic cum eſſet extra clauſtra, & totus vitij datus, præ confuſione non ſuſtinebat habitare inter cognatos, at girouagus, cum non haberet vnde ſe ſuſtentare poſſet, mendicabat, & ſi quid ſupra victum elicere potuiſſet à ſimplicioribus populis prædicando eis falſa dogmata in vſus turpiores effundebat; habebat enim hanc conſuetudinem, poſt diurnum populi plauſum, ſemper nocte in ſequente cum meretricibus manebat; & quandoque etiam cum coniugatis; quare ignominioſe de Lauſana ciuitate, de Pictaui, de Cenomanis, & de Burdegala eiectus eſt; vti D. Bernardus loco ſupra citato teſtatur: Qui D. Bernardus vnà cum venerabili Petro Abbate Cluniacenſi eum anno ſalutis 1149. validiſſimis rationibus, & admirandis ſignis confutauit: Quare peruento in prouincia Narbonenſi Illuſtriſſ. Cardinali legato vnà cum ſupra commemoratis Patribus: Henrico Petrobruſſiano pertinaci (licet fugerit, ac latuerit) Illuſtriſſ. Cardinalis legatus omnes vias clauſit; quare captus, & catenatus Epiſcopo Carnotenſi traditur cuſtodiendus, & ſic obſcuro carceri mancipatur; ibique præ dolore, & anguſtia miſerrimè mortuus eſt, cuius corpus in ſterquilinio, anima autem eius in Inferno ſepulta eſt. D.Bern.

Denique hanc hæreſim per ducentum, & amplius annos ſepultam renouarunt Anabaptiſtæ, qui anno ſalutis 1302. iterum ſurrexerunt ſub Clemente V. huius nominis Papa, & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore: hi omnes hæreſes Petribruſſiani, ac alias etiam amplexati ſunt.

CONuincitur itaque hæreſis, nam paruuli ſunt capaces regni cœlorum, & conſequenter baptiſmi; nam nullus ſine baptiſmo intrabit in regnum cœlorum; quod paruuli ſint capaces regni cœlorum, legitur Matth. 19. *Sinite paruulos venire ad me talium enim eſt regnum cœlorum,* vt igitur paruuli peruenire poſſint ad regnum cœlorum ſunt baptizandi ob maculam peccati originalis; ob quam maculam Baptiſmus à Chriſto eſt inſtitutus: additur, quod in Eccleſia eſt vſus antiquiſſimus baptizandi pueros, qui vſus eſt tanti valoris, quanti eſt Sacra pagina, vti libro Prohæmiali cap. 5. probatum eſt; quare paruuli iuxta vſum Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ Romanæ baptizantur in fide parentum, & adulti catechizantur; Diuus enim Auguſtinus libro de Baptiſmo paruulorum dicit quod paruuli baptizati, inter credentes reputantur per Sacramenti virtutem, & offerentium reſponſionem; qui quidem habent virtutem; at non poſſunt per eam exire in operationem donec perueniant ad vſum rationis, & per auditu verbi Dei eam ſuſcipiant. Matth. 19. D.Aug.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. Papa, & Othone IV. Romanorũ Imperatore anno ſalutis 1215. celebrato 1300. & amplius Patrum cap. 1. de Fide Catholica definiuit baptiſmum dandum eſſe tam adultis, quàm paruulis: vti etiam fecit in Conc.Lat.

Conc. Vie nen. Concilio Viennenſi ſub Clemente V. Papa, & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1311. celebrato 800. & amplius Patrum; quæ verba habentur in Clementina de ſumma Trinitate, & fide Conc. Tri. Catholica, & in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1547. celebrato ſeſſ. 7. Can. 13. hanc aſſertionem; ſcilicet negantes non poſſe dari baptiſmum paruulis ſub anathemate damnat.

D. Bern. Petrus Cl. CОntra hanc hæreſim ſcripſit D. Bernardus, & Petrus Cluniacenſis; denique Martinus Duncanus volumen integrum contra Anabaptiſtas edidit.

Hæreſis Sexta.

Docet hæc hæreſis rebaptizandos eſſe illos, qui ſunt de Eccleſia Romana.

Acta Donati.

D. Aug. *AVctor primus fuit Donatus Apher ex Caſſinigris in Numidia ortus; vti refert Diuus Auguſtinus libro ſuo de hæreſibus. Hic Donatus anno ſalutis 306. ſub Marcello I. Papa, & magno Conſtantino Romanorum Imperatore factus eſt Schiſmaticus, nam indignatus eſt vnà cum alijs, quia contra eorum voluntatem electus eſt Cæcilianus in Epiſcopum Carthaginenſem; obijciebāt enim ei crimina multa, quæ probare minime potuerunt, quod Schiſma deinde ob pertinacem defenſionem verterunt in hæreſim; itaque contra Cæcilianum Donatiſtæ elegerunt Maiorinum Pſeudoepiſcopum Carthaginenſem. Melchiades autem Papa anno ſalutis 313. multum laborauit, vt Donatus cum ſequacibus pœnitentiam ageret, & ad Eccleſiam rediret, at nihil fecit, quare Donatum cum ſequacibus excommunicauit; Donatiſtæ verò Cæſarem tunc Conſtantinum Magnum appellarunt, qui tunc Brixiæ in Lombardia degebat, qui hac de re multum turbatus cauſam reliquit in manu Melchiadis Papæ, vti ratio ipſa requirebat, quo tempore Melchiades ſpiritum Deo reddidit; itaq. anno ſa-* Conc. Arelat. *lutis 314. damnantur Donatiſtæ in Concilio Arelatenſi: attamen morante Imperatore Conſtantino Mediolani, iterum Donatiſtæ in Aphrica in Cæcilianum tumultuabāt, ac multa mala fidelibus faciebant, tanto magis, quanto Donatus ob Maiorini mortem; Donatiſtæ elegerunt Donatum in pſeudoepiſcopum Carthaginenſem: erat etiam alter Donatus Apher ex Numidia eiuſdem ſectæ Pſeudoepiſcopus Bagaienſis, qui ita erat altero Donato vnitus, vt ſit factus magnus conflictus in Aphrica, quæ tunc ob Donatiſtarum ſectam tota tumultuabat, inter Catholicos, & Donatiſtas: nam Donatus Bagaienſis armatis infinitis Circumcellionibus Donati Caſſinegri diſcipulis, factum*

Digitized by Google

factum eſt magnum bellum inter Catholicos, & Donatiſtas; fauente tamen Deo victoria ſequuta eſt ex parte Catholicorum, nam infiniti ex Donatiſtis occiſi ſunt, ita ut aliquantisper pax in Aphrica Eccleſijs ſequuta ſit; quare per Gratum Epiſcopum celebratum eſt Carthaginenſe Cōcilium dictum I. anno ſalutis 348. ſub Iulio I. Papa, & Conſtantio, & Conſtante Imperatoribus Romanis, pro gratijs Deo habendis de tanto accepto beneficio: itaq. eodem anno ambo Donati exilio relegantur à Conſtantio Imperatore Catholico; qui ibi permanſerunt vſque ad Imperium Iuliani Apoſtatæ à quo anno ſalutis 362. reſtituuntur; quare dum Donatus ex Caſſinigris eſſet in exilio anno ſalutis 360. ſcripſit contra Catholicos in fauorem hæreſis Macedonianæ, quæ tunc maxime florebat: denique poſt tot mala à Donato facta in Dei Eccleſiam anno ſalutis 368. mortuus eſt Pſeudoepiſcopus Carthaginenſis, & ſepultus fuit in Inferno, in cuius locum Donatiſtæ elegerunt Parmenianum eiuſdem ſectæ tenaciſſimum defenſorem. Conc. Carthag.

Hanc eandem hæreſim ſequuti ſunt Armeni, de quibus titulo Adam hæreſi 3. dictum eſt; vti Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus illis tribuit, docent igitur Armeni inſanientes in Eccleſia Romana non eſſe verum baptiſma; quia nec Eccleſia Romana eſt vera Eccleſia, at ſolum apud eos dicunt eſſe veram Eccleſiam; quare per hoc dictum Armenorum videtur impletum id, quod legitur Matth. 14. Si quis vobis dixerit hic, aut illic eſſe Chriſtum nolite credere, ſurgent enim Pſeudo Chriſti, & dabunt ſigna, & ſeducent etiam *(ſi fieri poterit)* electos. Guid. Car. Matth. 14.

Huic etiam adhæſerunt Anabaptiſtæ originem trahentes à Petrobruſſiano; quorum ſecta paucis iam elapſis annis reuiuixit cum magno Eccleſiæ detrimento in Germania ſuperiori; anno ſcilicet ſalutis 1558. ſub Paulo IV. Papa, & Ferdinando Auſtriaco Romanorum Imperatore.

Ad hunc locum pertinet etiam error D. Cypriani cum alijs, qui fuerunt in illo Concilio Prouinciali; tamen D. Cyprianus cum cæteris hoc dixit odio in hæreticos, & zelo Catholicæ Eccleſiæ, & ſe ſubmiſit ſponte Eccleſiæ correctioni, à qua correptus fuit; error autem talis erat, ſcilicet hæreticos, cum ad Eccleſiam Romanam redeunt rebaptizandos eſſe.

COnuincitur itaque hæreſis; & primo contra Anabaptiſtas ſufficiat id, quod ſuperiori hæreſi dictum eſt; ſcilicet paruulos eſſe baptizandos in fide parentum ibi recurrat lector: contra cæteros verò dico, quod quotieſcunque ſeruatur forma Matth. vlt. eſt verum baptiſma, licet ſit à malo miniſtro, ad hunc propoſitum dicebat D. Paulus 1. Cor. 3. *neque qui plantat, neque qui rigat; eſt aliquid, ſed qui incrementū dat Deus,* & D. Auguſt. lib. 10. de vnico baptiſmo dicit, *ſi ſuperbus fuerit miniſter cum Diabolo computabitur, at non contaminatur donum Dei,* bene verum eſt quod baptizans peccat, & baptizatus etiam ſine neceſſitate ſcienter peccat: nam Iudas, qui fur, & latro erat baptizabat, tamen non legitur quod ab eo baptizati, ſint rebaptizati. Quare ſi quis baptizetur à ſuperiori, Matth. vlt. 1. Cor. 3. D. Aug.

Digitized by Google

Matth.vlt. riori, vel inferiori nil refert dummodo ſeruetur forma Matth. vlt. denique ad illos, qui bis, ter, vel quater rebaptizant dico, quod legitur ad
Epheſ.4. Epheſ.4. *vnus Deus, vna Fides, & vnum Baptiſma*; quomodo autem faciant impij Anabaptiſtæ ignoro; nam vti legitur
Rom 6. Rom.6. *Semel tantum Chriſtus mortuus eſt, ſemel ſumus conſepulti cum Chriſto per baptiſmum in morte*, non vero bis, ter, vel quater, & *Chriſtus reſurgens ex mortuis amplius non moritur, mors illi vltra non dominabitur*, ergo & nos iuxta formam
Matth.vlt. Matth.vlt. baptizati amplius ad aquæ lauacrum non debemus redire, vti iſti impij Anabaptiſtæ latrant, iterum Chriſtum crucifigentes.

Conc.Ro. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Romæ celebrato ſub Cornelio Papa, & Gallo, & Voluſiano Romanorum Imperatoribus anno ſalutis 253. 60. Epiſcoporum, totidem Presbyterorum, ac aliorum Diaconorum
Conc. Nicæn. correxit errorem D. Cypriani, & in Concilio I. generali Nicæno ſub Syluestro Papa, & magno Conſtantino Romanorum Imperatore 318. Patrum, anno ſalutis 325. celebrato in ciuitate Nicæ in Bythinia;
Conc Carthag. vti etiam in Concilio Carthaginenſi I. in quo correptus fuit error D. Cypriani, quod Conc. fuit generale totius Aphricæ, & fuit celebratum per Gratum Epiſcopum Carthaginenſem totius Aphricæ primatem ſub Iulio I. Papa, & Conſtantio, & Conſtante Imperatoribus Romanis anno ſalutis 348. vti refert
Euſeb. Euſebius lib.7. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, quod deinde Concilium ab Eccleſia fuit receptum in II. Concilio generali Conſtantinopoli celebrato; pariter in
Conc. Viênen. Concilio Viennenſi ſub Clemente V. Papa, & Alberto I. Romanorum Imperatore 800. & amplius Patrum anno ſalutis 1311. celebrato; in his igitur Concilijs Eccleſia confitetur vnum
Conc.Flo. tantum Baptiſma in remiſſionem peccatorum: denique in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Romanorum Imperatore anno ſalutis 1438. celebrato, 1000. & amplius Patrum, in decreto de vnione Armenorum docet Eccleſia baptiſmum non eſſe reiterandum.

D.Aug. Contra hanc hæreſim ſcripſit D. Auguſtinus in libro de vnico baptiſmo, & etiam tractatum contra Donatiſtas de Baptiſmo ſeptem
Ioan. Fab. libris partitum; nouiſſime etiam ſcripſit Ioannes Faber volumen grande contra Anabaptiſtas; vti fecit etiam Leopoldus quidam Germanus.

Hæreſis Septima.

Docet hæc hæreſis non poſſe alicui conferre baptiſma; niſi ei etiam conferatur Sacramentum Euchariſtiæ, & quod niſi baptizatus vngatur Sancto Chriſmate non eſt baptizatus.

Guid.Car. *Auctores ſunt Armeni, de quibus dictum eſt titulo Adam hæreſi 3. vti docet Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus.*

Matth.vlt. Conuincitur nam Matth. vlt. nulla fit mentio de Sacramento Euchariſtiæ, ſecundo Sacramentum Euchariſtiæ multo poſt Sacramentum Baptiſmi eſt inſtitutum; nam legitur
Ioan.4. Ioan.4. quod diſcipuli Chriſti ante

ante paſſionem baptizabant, licet non eſſet ſub præcepto, vti poſt legis publicationem: ſimiliter Chriſma datur baptizatis ſecundum Eccleſiæ ordinationem, tamen ſecluſa neceſſitate, ſi baptizans non daret ſanctum Chriſma baptizatis peccaret quidem, quia ritum Eccleſiæ non ſeruaret, tamen baptizati non eſſent rebaptizandi, & hæc eſt Eccleſiæ definitio.

Denique Eccleſiam Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Pio IV. Papa, & Ferdinando Auſtriaco Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1557. die 16. Iulij celebrato, Can 4. damnat ſub anathemate audentes dicere dandam eſſe Euchariſtiæ Communionem paruulis antequam ad annos diſcretionis peruenerint; quæ tamen Eccleſia in eodem Concilio ſeſſ. 7. anno ſalutis 1547. die 3. Martij celebrata ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore Can. 13. damnat ſub anathemate negantes paruulos non poſſe baptizari, & ſi baptizantur non computari inter Fideles, & ideo cum peruenerint ad annos diſcretionis eſſe rebaptizandos. Conc. Tri-dent. Conc. Tri.

Hæreſis Octaua.

Docet hæc hæreſis baptiſmum eſſe recipiendum nulla interiecta olei mixturæ.

Acta Vualdonis.

Auctor fuit Vualdo Gallus Ciuis Lugdunenſis, nobiliſſimis ortus natalibus, nam adhuc puer traditur à parentibus cuidam presbytero omnium vitiorum ornato (ipſis tamen inſcientibus) cuſtodiendus, & erudiendus in artibus, & bonis moribus, quod minime factum eſt; immo eum omnium vitiorum, & præcipue carnalium ſpurcitiarum ferè inquinatum conſtituit; itaque cum Vualdo eſſet vnigenitus poſt ſuorum parentum mortem hæredes remanſit omnium bonorum; quare cum carnalis, & vitioſus eſſet, & quod peius ſimplex, & idiota à Dæmone inductus (vti refert Aeneas Syluius lib. de Origine Bohæmorum cap. 35. qui poſtea fuit Papa, & dictus eſt Pius II.) vt ſub ſpecie Pietatis, Religionis, ac Miſericordiæ in pauperes, relictis omnibus opibus, illiſque pauperibus erogatis, Euangelicam vitam ſibi eligeret, ſub cuius velamine in multos errores cecidit, de quibus ſuo loco ſigillatim dicetur; quos errores deinde malitioſe eſt amplexatus, & ſpiritu elationis inflatus officium Apoſtolorum prædicando ſibi vſurpauit, plebemq; multam ad ſe traxit; tamen cum eſſet idiota aliquos libros Sacræ paginæ vulgari, & materna lingua ſibi conſcribi fecit ab eodem ſupranominato presbytero pedagogo ſuo, cum aliquibus Sanctorum teſtimonijs, vnde poſſet melius plebem ad ſe attractam decipere, & in ſua erronea opinione conſeruare, quod factum eſt; & hoc euenit anno ſalutis 1170. ſub Alexandro III. Papa, & Federico I. Romanorum Imperatore, vti Guido Carmelita libro ſuo de hæreſibus teſtatur, quare ſequaces Aen. Sylu. Guid. Car.

deinde

Digitized by Google

deinde dicti ſunt Vualdenſes à nomine ſui Ducis; ab operibus autem fictis, & patria Pauperes de Lugduno; hi Vualdenſes dicebant ſe viuere ſub regula 3. Sancti Franciſci; vbique locorum prædicabant, errores ſuos diſſeminantes, & ſimplices ſeducentes, ac decipientes, & admoniti a viris Sanctis, & pijs, vt deſiſterent ab officio prædicandi cum hoc officium fieri debeat ex licentia habita a Summo Pontifice; reſpondebant: magis eſſe obediendum Deo, quàm hominibus, quare ſuperiores Eccleſiæ Catholicæ Romanæ contemnebant; tandem contumaces a Summo Pontifice Alexandro III. excommunicantur, & Vualdo a patria expellitur, & anno ſalutis 1200. ætatis ſuæ 66. ſub Innocentio III. Papa, & Othone IV. Romanorum Imperatore exul à patria, & ab Eccleſia ſeparatus miſerrime mortuus eſt, & in ſterquilinio ſepultus.

Hunc etiam errorem tutatus eſt Vuicleph, qui in verba Vualdonis iurauit, nam omnes errores Vualdonis ſuſcepit, & auxit, de quo titulo Adoratio hæreſi 1. dictum eſt.

COnuincitur itaque hic error, & primo dico quod vngendi baptizatos eſt vſus antiquiſſimus Eccleſiæ, vti refert D. Dionyſius Areopagita cap. 2. de Eccleſiaſtica Hierarchia, quod ſi quis presbyter hoc non faceret peccaret vtique, at Baptiſmus teneret, & conſuetudines Eccleſiæ ſunt tanti valoris, quanti eſt Sacra pagina, vti libro Prohemiali cap. 5. probauimus.

Dionyſius Areop.

Conc. Laodic.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Laodiceo percelebri in ciuitate Laodicæ in Phrygia ad Licium ſita, dicta à Strabone Hierapolis ſub Damaſo Papa, & Valentiniano, & Valente Romanorum Imperatoribus anno ſalutis 364. celebrato 22. Epiſcoporum, quod deinde Conc. receptum fuit ab Eccleſia in ſexta Synodo generali in Trullo celebrata. Sic igitur cap. 58. ſuorum decretorum docet baptizatos poſt Baptiſmum debere vngi Sacratiſſimo Chriſmate. Et in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. Papa, & Federico I. Romanorum Imperatore anno ſalutis 1179. 5. Martij celebrato 300. & amplius Patrum, cui præfuit Sanctiſſimus Pontifex Alexander III. ſecta Vualdenſium damnata, ac maledicta fuit.

Conc. Lat.

Hæreſis Nona.

DOcet hæc hæreſis pueros non egere baptiſmo ad deletionem peccati Originalis; quia ſcilicet negat hæc hæreſis pueros ante baptiſmum habere peccatum Originale.

D. Aug.

AVctor fuit Pelagius, de quo titulo Adam hæreſi 4. dictum eſt; vti refert D. Auguſtinus libro de hæreſibus cap. 48.

Pelagio adhæret Vuicleph, de quo titulo Adoratio, hæreſi prima dictum eſt.

Quam

Digitized by Google

Quam etiam hæreſim amplexati ſunt Armeni, de quibus titulo Adam hæreſi 3. dictum eſt; vti illis tribuit Guido in ſua ſumma de hæreſibus. Guid.Car.

Acta Ioannis Gerſon.

Hanc etiam tutatus eſt Ioannes Gerſon Gallus, Luthetiæ Pariſiorum ortus, vir genere, & animo nobilis, & cum totus ſe ab adoleſcentia litteris dediſſet ſub auſpicijs Petri de Eliaco in paruo temporis ſpatio factus eſt Philoſophus celeberrimus, & Theologus profundiſſimus, & quia erat vir prudens, ac deuotus factus eſt Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, & Cancellarius Academię Pariſienſis, habuit fratrem, qui & ipſe vocabatur Ioannes Gerſon Monachus Cęleſtinus Ordinis Sancti Benedicti, & Monaſterij Lugdunenſis Prior. Itaq; Ioannes Gerſon Canonicus ſæcularis licet in aliquos errores ex infirmitate ceciderit; non tamen fuit pertinax, & floruit anno ſalutis 1410. ſub Ioanne 24. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore, qui emendatus ab Eccleſia (quam correctionem libentiſſime ſuſcepit) poſt multa, & egregia volumina ab eo ſcripta; quieuit in pace anno ſalutis 1429. ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore.

Thomas denique de Vio Gaetanus nimia miſericordia in paruulos motus, dixit eos poſſe ſaluari in caſu neceſſitatis ſine baptiſmo.

COnuincitur itaque error, legitur enim Ioannis 3. *niſi quis renatus fuerit, ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt intrare in regnum Dei;* Ioan. 3. quæ verba generaliter ſine vlla exceptione paruulorum prolata ſunt: inſuper eſt conſenſus totius Eccleſiæ, quæ nunquam pro paruulis ſine baptiſmo decedentibus orauit; neque pro illis facit oblationes, neque illos admittit ad Eccleſiaſticam ſepulturam; denique adeſt perpetuus aſſenſus Eccleſiæ ex teſtimonio ſacrorum Doctorum: D. enim Auguſtinus libro Hyppognoſticon contra Pelagianos aufert gratiam à non baptizatis paruulis, & D. Gregorius libro 7. Regiſtri Epiſtola 13. dicit, niſi homo fuerit renatus aqua baptiſmatis obſtrictum dicimus vinculis peccati originalis, & Iſidorus libro 2. de officijs Eccleſiaſticis, qui tranſierunt inquit non regenerati ex aqua, & Spiritu Sancto a Saluatore ſunt alienati. D.Aug. D.Greg. Iſidorus.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio II. Millequitano 200. & amplius Patrum celebrato anno ſalutis 416. authoritate Innocentij I. Papæ, ſub Honorio, & Theodoſio Imperatoribus Romanis, cui Conc. interfuit D. Auguſtinus, ac ſubſcripſit; docet pueros egere baptiſmo ad deletionem peccati originalis, quod ex Adam traxerunt: Hunc etiam errorem reprobat Conc. Conſtantienſe anno ſalutis 1415. celebrato ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore 1000. & amplius Patrum. Hunc denique etiam damnat Conc. Tridentinum ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Romanorum Imperatore ſeſſ. 5. anno ſalutis 1546. 7. Iunij celebrata in decreto de peccato originali ſub anathe- Conc. Milleuit. Conc. Cōſtantienſe. Conc. Trident.

mate damnat dicentes, pueros ante Baptiſmum non habere peccatum originale; & conſequenter non egere baptiſmo.

Tho. Vual. CONtra hanc hæreſim ſcripſit Thomas Vualdenſis libro de Sacramentis cap. 96.

Hæreſis Decima.

DOcet hæc hæreſis, quod ſi quis non ex contemptu, at ex impoſſibilitate (etiam ſi toto corde ad Deum fuerit conuerſus) non poſſet baptizari, ſaluari minime poſſe; quæ hæreſis pugnat ex diametro cum ſuperiori, & recitatur à D. Bernardo Epiſtola 77. nullo nominato auctore.

D. Bern.

Ezech. 33. Matth. vlt. COnuincitur; legitur enim Ezechiel. 33. *impietas impij non nocebit ei, quacunque die fuerit conuerſus ab impietate ſua;* & Matth. vlt. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit; qui verò non crediderit condemnabitur,* vnde ex repetitione ſolum negatiue primorum verborum colligitur, quod aliquando ſola fides ex impoſſibilitate ſuſcipiendi baptiſma

D. Ambr. ſufficit ad ſalutem, ad hunc propoſitum D. Ambroſius de Valentiniano dicebat; quem regeneraturus eram amiſi, gratiam autem, quam ipſe poſcebat non amiſit, vti etiam patet de latrone in Cruce cum Chriſto, qui in voto ſolum erat baptizatus, nam ei dixit Chriſtus, *hodie mecum eris in*

Luc. 23. *Paradiſo* vti legitur Luc. 23.

Conc. Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imper. ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. 7. Martij celebrata cap. 4. definiuit nullum poſſe poſt Euangelij promulgationem ſine Baptiſmo, vel eius voto in regnum Dei introire.

Hæreſis Vndecima.

DOcet hæc hæreſis per Baptiſmum tolli peccatum originale, negat tamen aliud peccatum auferri, nam poſt Baptiſmum remanet carnis rebellio, & concupiſcentia, quæ ſecundum hanc hæreſim eſt peccatum, cum ſit contra Dei præceptum; ſcilicet non concupiſces.

AVctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt; ex qua hæreſi duo colliguntur; primum quod baptiſmus non delet omne peccatum, ſecundum quod carnis rebellio eſt peccatum, de quo ſecundo nihil pro nunc dicemus, nam titulus Præceptum contra eum diſputabimus.

Mich. 7. COnuincitur igitur primus error, nam legitur Mich. 7. *Deponet iniquitates noſtras, et proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra;* vbi adnotandum Prophetam dicere omnia non aliqua; quod verò Mi-

Digitized by Google

cheas loquatur de baptiſmo patet per ea quæ leguntur 1. Cor. 10. *Patres noſtri omnes mare tranſierunt, & omnes in mari baptizati ſunt, & in nube*, itaque baptiſmus fuit per mare figuratus; ſi fortè dicat Lutherus, quod non per omne mare, at ſolum per rubrum figuratur baptiſmus; etiam eius aſſertio falſa conuincitur; nam cuncti exercitus Pharaonis ſubmerſi ſunt in illo mari; ſcilicet omnia peccata; nec vnus ex eis remanſit; ſic etiam in baptiſmo, vt figura reſpondeat figurato, nullum peccatum remanet: confirmatur hoc per Ezech. 36. *effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris*, dicit ab omnibus, non ab aliquibus, & ad Rom. 6. *vetus homo crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati*, dixit corpus peccati, vt nobis ſignificaret, quod totum corpus peccati deſtructum eſt; itaque Chriſtus integer crucifixus eſt non ex parte pro peccatis noſtris, vt nos ex toto moriamur peccato, & Deo viuamus. 1. Cor. 10. Ezech. 36. Rom. 6.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 5. anno ſalutis 1546. 7. Iulij celebrata in decreto de peccato originali hanc aſſertionem ſub anathemate damnat dicens; *Si quis per Ieſu Chriſti Domini noſtri gratiam, quæ in baptiſmate confertur reatum peccati originalis remitti negat, aut etiam aſſerit non tolli totum id, quod verum, & propriam rationem peccati habet, at illud dicit tantum radi, aut nõ amputari anathema ſit.* Conc. Tri.

Hæreſis Duodecima.

Docet hæc hæreſis baptiſmum aquæ ceſſaſſe, & eſſe mutatum in baptiſmum ſanguinis, quod Auctores ſumunt ex quadam inepta allegoria, quæ euenit ex Sacræ paginæ peruerſa intelligentia; quando ſcilicet Chriſtus in finem conuiuij Canæ Galilææ mutauit aquam in vinum deſignauit, quod in finem mundi baptiſmus aquæ mutari deberet in baptiſmum ſanguinis.

Auctores fuerunt Flagellantes, de quibus titulo Aqua, hæreſi ſecunda dictum eſt.

Conuincitur breuiter hæc dementia, nam Chriſtus abſolutè dixit Matth. vlt. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit*, non verò dixit ò inſani Flagellantes qui ſe flagellauerit ſaluus erit, vel non flagellauerit condemnabitur, & adnotandum, quod effuſio ſanguinis, quæ locum baptiſmi tenere meretur ab alio debet inferri, quam ipſe patienter pro Chriſti amore tolerare debet; non verò cum quis ſibi ipſi mortẽ infert, vti impij Flagellantes docent non ſolum non gerit vicem baptiſmi, verum valet ad gehennam. Matth. vlt.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Vienenſi ſub Clemente V. Papa, & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1311. celebrato 800. & amplius Patrum damnans errores Begardorum, hos etiam Flagellãtium maledicit, cum errores horum ortum habeant, & fundamentum ex erroribus Begardorum, & Beguinarum. Conc. Vienen.

Digitized by Google

TITVLVS BEATITVDO.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen ſeptem præcipue ortas hæreſes inueni. Prima docet beatos non videre eſſentiam Dei, at ſolum claritatem quandam illius eſſentiæ, in qua viſione dicunt conſiſtere Dei beatitudinem.

Guid.Car. *AVctores ſunt Armeni, de quibus titulo Adam hæreſi 3. dictum eſt, vti refert Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus.*

Acta Petri Abailardi.

QVem errorem etiam diù ſepultum ſuſcitauit Petrus Abailardus Gallus Narbonenſis prouinciæ vilibus parentibus in quodam viculo ortus, magnus tamen Philoſophus, ac Theologus quibus tamen ſcientijs malè vtebatur, nam anno ſalutis 1140. ſub Innocentio II. Papa, & Conrado II. Romanorum Imperatore innotuit hæreſiarca, vnde in multos errores, vti locis ſuis dicetur cecidit, & licet à viris ſanctis, & pijs admonitus; verbis tamen, & ſcriptis ſuam erroneam doctrinam magis ac magis diſſeminabat: habuit multos diſcipulos, inter quos Arnaldum quendam Brixienſem, de quo infra dicetur, & vt magis ſe oſtenderet inimicum Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, & ſuorum dogmatum deſtructorem, cupiebat diſputare publicè cum Diuo Bernardo Abbate Clareuallēſi; quem captionibus inanis Philoſophia confundere deſiderabat, vt deinde ab omnibus coleretur vt ſanctiſſimus, ac ab eis eius falſa dogmata reciperentur; vti teſtatur D. Bernardus in Epiſtola ad Innocentium II. D.Bern. *Papam, & licet ipſe cum ſuis ſequacibus a ſummo Pontifice Innocentio II. per legatum Apoſtolicum damnatus eſſet; tamen prouocauit mediante Metropolitano Seſſonenſi Diuum Bernardum ad diſputationē hoc colore, quod ſi vinceretur, ipſe omnino pallinodiam cantaret, cedens, quare ſupradictus Archiepiſcopus per litteras rogauit D. Bernardum, vt vellet adeſſe Concilio Rhemenſi ad hoc congregato diſputaturus cum Abailardo, quod primo D. Bernardus recuſans, tandem multiplicatis precibus aſſentit, & ad diſputationem acceſſit, quod cum multi viri litterati audierint ad Concilium venerunt, & in præſentia Regis Francorum nonnulla producta ſunt capitula ex ſcriptis Abailardi, ſed cœpta diſputatione Abailardus ita hæbēs factus eſt, vt nil valens reſpondere ſolum ſedem Apoſtolicam appellauit; quare Epiſcopi Concilij Abailardum, ac eius ſcripta damnarunt, litteriſq; de omnibus*

nibus quæ euenerant certiorem fecerunt Summum Pontificem; qui, & Concilium, & damnationem Abailardi confirmauit, & iuſſit Abailardum, & Arnaldum eius diſcipulum ſeparatim includi in locis religioſorum, & eorum ſcripta comburi; vti refert D. Bernardus Epiſtola 189. 191. & 194. *quod etiam patet ex lib. rerum geſtarum D. Bernardi; itaque cum Abailardus, proſequuturus appellationem, Romam proficiſceretur, venit primo Cluniacum, & humaniter a Petro loci Abbate retentus, eius ſuaſionibus non ſolum hæreſes abiurauit, verum eas a ſuis libris abraſit, & cum D. Bernardo pacifica colloquia habuit; ſic pœnitens de licentia Summi Pontificis fit Monachus, & in arctiſſima regulæ Sācti Benedicti obſeruantia vſque ad mortem perſeuerans ſancto fine quieuit, & meruit ſummopere laudari a Venerabili Petro Abbate apud Innocentium II. Papam; vti conſtat ex litteris eiuſdem Petri ad Summum Pontificem.* D.Bern. Petr. Abb.

Acta Arnaldi.

HVnc etiam errorem tutatus eſt Arnaldus, ſiue Arnoldus, vel Arnulfus Brixiæ in Italia ortus, addens Deum videri in creaturis tantum, qui anno ætatis ſuæ 20. Italia digreſſus, Gallias petijt ſtudij cauſa; vbi vniens ſe Petro, ſua amplexatus eſt dogmata; factuſque eſt eius imitator, immo Petro peior, quia Petrus tandem conuertitur; Arnaldus verò, a quo ſequaces dicuntur Arnaldiſtæ, & ſingulis annis excommunicantur in bulla cœnæ Domini; pertinaciter vſque ad mortem perſeuerauit in ſuis erroneis opinionibus. Is Arnaldus fuit natura verboſus, amator ſingularitatis, nouitatum cupidus; nam anno ſalutis 1139. *è Gallijs in Italiam reuertēs venit Brixiam, vbi habitum clericalem ſuſcipiens, ac ordinem Lectoratus, ab Epiſcopo Brixienſi accipiens, quo facilius poſſet decipere; omnia lacerabat, omnia rodebat, erat enim Epiſcoporum, & Clericorum derogator, ac Monachorum perſequutor, tantumque laicis adulabat; quare multorum errorum fuit inuentor, & ita Eccleſiam Brixienſem perturbabat, vt laicos contra quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas induceret; itaque Epiſcopus Brixienſis Concilium Religioſarum perſonarum conuocauit, ac Arnaldum damnauit; qui de Italia fugiens ad Tranſalpina ſe in oppidum Alemaniæ Turego dictum contulit, vbi officium Doctoris legis exercens, facilius ſua impia dogmata diſſeminabat, ſic elapſis aliquibus mēſibus iterum in Gallias ad Abailardum eſt reuerſus; & deinde anno ſalutis* 1141. *venit Romam, vbi multas diſſeminabat diſcordias inter Summum Pontificem, Cardinales, Clericos, & Laicos nouas adinueniens hæreſes, quæ acuto ſtylo a D. Bernardo fuerunt confutatæ, & cum Romæ* 14. *annos manſiſſet, tandem Clerus, populuſque Romanus, cognita eius nequitia, anno ſalutis* 1155. *ſub Hadriano Papa, & Federico I. Romanorum Imperatore, compulerunt Senatores Romanos pro bono pacis patriæ; vt Papam adirent, & iurarent,* D.Bern.

quod

quod Arnaldum, & ſequaces ex Vrbe, & eius finibus eijcerent, niſi obedictes ſe Summo Pontifici exhiberent. Itaque his Arnaldiſtis eiectis ciuitas ingenti gaudio repleta eſt: ita Arnaldus ab Vrbe expulſus, receptus fuit ab Imperatore, at petitus ab Hadriano Papa catenatus ei redditus fuit, & anno ſalutis 1156. ſuſpendio necatus, ac combuſtus eſt, cuius cineres in Tyberim diſperſæ ſunt, ne ſtolidæ plebi corpus eius venerationi eſſet.

2. Cor. 13. CONuincitur itaque hæreſis, nam legitur 2. Cor. 13. *Nunc videmus per ſpeculum in enigmate, nunc autem facie ad faciem ſicuti eſt*, & Matth. 18. *Nam Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in*

Apoc. 22. *cœlis eſt*, & Apocalyp. 22. loquens de ſtatu cœleſtis patriæ dicit, *& ſerui eius ſeruient ei, & videbunt faciem eius*: Quid igitur latrant inimici Crucis? omnes enim authoritates ab eis adductæ intelliguntur de hac vita: nam anima dum eſt in corpore vtitur ſenſibus corporeis, qui non ſunt capaces diuinæ viſionis.

Cōc. Rhemen. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Rhemenſi media Quadrageſima anno ſalutis 1148. indito ab Eugenio III. Papa, & Calendis Aprilis celebrato ſub Conrado II. Romanorum Imperatore Abailardum ac Arnaldum cum ſuis erroribus maledixit.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis beatitudinem conſiſtere in delicijs carnis.

Acta Cerinthi.

A*Vctor fuit Cerinthus Aſiaticus in Græcia apud Epheſum ortus coæuus Beati Ioannis Euangeliſtæ, ac eius auditor, qui anno ſalutis 41. ſub Petro Apoſtolo, & Caio Romanorum Imperatore apoſtatauit, & factus eſt Simonis Magi diſcipulus; nam ductus exemplo magiſtri turbas in Petrum Hieruſalem incitauit ob Gentiles in Eccleſiam admiſſos; idem etiam fecit in Paulum, & Barnabam Hieroſolymis anno*

Epiph. hęreſi 28. *ſalutis 51. vti teſtatur Epiphanius hæreſi 28. qui Epiphanius eodem loco tradit fuiſſe apud Cerinthianos cōſuetudinem, vt ſi quis eorum ſine baptiſmo decederet, vnus pro alio baptizabatur, ne, in reſurrectione, dicebant,*

Phyl. 3. Irenæus. *pœnæ ei darentur, & quando D. Paulus dicit ad Philip. 3. cauendos eſſe* hæreticos, & crucis inimicos *inter alios intelligebat Cerinthianos; vti Irenæus libro 3. aduerſus hæreſes, cap. 4. & Epiphanius hæreſi 28. teſtantur. Fuit Cerinthus ab adoleſcentia homo crapuloſus, & libidinoſus, & cum anno ſalutis 74. ſub Lino Papa, & Martyre, & Veſpaſiano Romanorum Imperatore in Aſia in inſula Pathmos relegatus eſſet ob uitia ſua; vbi Ioannes Euangeliſta erat, & quadam die præter conſuetudinem ductus infirmitate Ioannes ipſe in balneum progredi vellens cum intellexiſſet Cerinthum, &*

Ebionem

Digitized by Google

Ebionem intus eſſe (vti Irenæus teſtatur de Cerintho loco ſupra citato, & D. Hieronymus refert de Ebione libro de Eccleſiaſticis ſcriptoribus) dixit circunſtantibus feſtinemus hinc egredi ne cadat baluenm, & pereamus cum inimicis veritatis ob ipſorum impietatem itaque factum eſt, Ioannem Euangeliſtam ſcripſiſſe ſuum Euangelium ob horum nequitiam; vti Irenæus, & D. Hieronymus referunt locis dictis: anno verò ſalutis 97. ſcripſit Cerinthus millenarium, & librum aliarum falſarum reuelationum, & quia has malignitates compoſuit dum erat in inſula Pathmos relegatus; ideo aliqui impij diſſeminarunt eum ſcripſiſſe Apocalypſim Beati Ioãnis Euangeliſtæ. Quas falſas reuelationes Cerinthus ſibi diuinitus reuelatas dicebat; addens Chriſtum poſt mortuorum reſurrectionem in terris apud Hieruſalem mille annos cum Sanctis carnaliter regnaturum, & poſt illos mille annos in cælis perpetuo in carnis delicijs victurum; quod quidem falſum eſt, & a veritate Catholica alienum; nam Ioannes Euangeliſta per millenarium intellexit gloriæ perpetuitatem. Cerinthus verò, qui carnalem perpetuitate deſiderabat octuagenarius miſerè in Aſia apud Epheſum mortuus eſt, cuius anima Diabolo crucianda tradita eſt anno ſalutis 97. ſub Clemente I. Papa, & Martyre; & Domitiano Romanorum Imperatore. Irenæus. D.Hiero.

Acta Papiæ.

PApias quidem docet Chriſtum poſt mortuorum reſurrectionem apud Hieruſalem in terris cum Sanctis regnaturum per mille annos, non tamen vti Cerinthus, & poſt Sancti, & pij homines in cęlis perpetuò fruentur viſione, & gloria Dei. Hic Papias Hierapolim in Græcia ortus eſt, & tempore determinato ob vitæ meritum, & boni exempli odorẽ eiuſdem ciuitatis fuit conſecratus Epiſcopus, nec mirum, quia fuit diſcipulus Ioannis Senioris, vti habetur ex 3. libro Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euſebij c. 33. fuit enim vir magnæ celebritatis, & licet errauerit circa millenarium Ioannis in Apocalypſi poſitum; hoc tamen non dixit cum pertinacia; at ſe Eccleſiæ obedientiæ ſubmiſit; credebat enim verba illa ſecundum litteræ corticem, non ſecundum miſterium intelligenda; ſic ab Auguſtino, & Philaſtrio non numeratur inter hæreticos, & hic error eo vſque eſt progreſſus, vt in hæreſim non tranſiret, niſi poſt quã ab Apollinari filio ſuſceptus fuit, ac pertinacius propugnatus; quare a Damaſo Papa ob hunc, & alios errores damnatus fuit. Papias verò floruit anno ſalutis 118. ſub Euariſto Papa, & Martyre, & Traiano Romanorum Imperatore; ſub quo ſanctitate claruit, & Chriſti confeſſor effectus eſt, cuius Feſtum 22. Februarij celebratur, vti Martyrologium Romanum fidem facit: quare Hierapolim miraculis clarus ſepultus eſt. Euſeb.

COnuincitur igitur hic error; legitur enim ad Rom. 4. *Regnum Dei non eſt eſca, vel potus, ſed pax, iuſtitia, longaminitas,* & 2. ad Cor. 6. Rom. 4. 2. Cor. 6.

D.Pau-

D. Paulus enumerans eos, quibus regnum Dei eſt interdictum, dicit *neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, &c. regnum Dei videbunt*, & ad Gal. 5. *in reſurrectione neque nubent, neque nubentur, ſed omnes erunt ſicut Angeli Dei*, & ſciendum quod millenarius in Apocalypſi poſitus accipitur pro omnibus annis, qui futuri ſunt vſque ad iudicium, quod patet eſſe verum legitur enim Pſal. 104. *Memor fuit in ſeculum teſtamenti ſui verbi, quod mandauit in mille generationes*, ideſt in omnes generationes, & Eccleſ. 16. *Melior eſt vnus timens Deum, quàm mille filij impij*, ideſt omnes filij.

Gal. 5. Pſal. 104. Eccleſ. 16.

Conc. Hieruſalem. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Hieruſalem cõgregato anno ſalutis 41. ſub Petro Apoſtolo, & Caio Cæſare, cui omnes Apoſtoli interfuerunt, inter quos erant Paulus, & Barnabas, cuius Concilij acta à Luca in Actibus Apoſtolorum deſcribuntur, hæreſes omnes Simonis Magi, Nicolai Diaconi, Cerinthi, Carpocratis, ac aliorum hunc temporis hæreticorum vnà cum authoribus damnauit.

Ginnad. Ioan. Tritem. SCripſit contra hunc millenarium Ginnadius presbyter Meſſalienſis, vti teſtatur Ioannes Tritemius Monachus, & Abbas ex inſtituto Sancti Benedicti in libro de Eccleſiaſticis Scriptoribus.

Hæreſis Tertia.

DOcet hæc hæreſis *nec beatitudinem, nec miſeriam fore perpetuam.*

D. Aug. *AVctor fuit Origenes, de quo titulo Adam hæreſi 2. dictum eſt, vti refert D. Auguſtinus libro ſuo de hæreſibus, ita vt detur perpetuus circulus beatitudinis, & miſeriæ, ſic tranſlatis aliquot annis vult Origenes animas beatas iterum reuerti in corpora mortalia, & moleſtijs toleratis poſt alios annos vult ad beatitudinem euocari.*

Sap. 3. Sap. 5. Matth. 25. Luc. 16. COnuincitur, nam legitur Sap. 3. *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis*, & cap. 5. *Iuſti autem in perpetuum viuent*, & Matth. 25. quando dicitur reprobis, *Ite in ignem æternũ*, legitur denique Luc. 16. quod Pater Abraham dixit Epuloni in inferno ſepulto *inter nos, & vos magnum chaos firmatum eſt*, ita vt qui volunt hinc tranſire ad vos non poſſint, nec inde huc tranſineare.

Conc. Ro. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Romæ celebrato ſub Cornelio Papa, & martyre, & Gallo, & Voluſiano Romanorum Imperatoribus anno ſalutis 253. 60. Epiſcoporum, totidem Presbyterorũ, & aliorum Diaconorum hanc hæreſim, cum omnibus alijs erroribus Origenis damnauit, ac correxit.

D. Auguſt. COntra hanc hæreſim doctiſſime ſcripſit D. Auguſtinus lib. 12. de ciuitate Dei cap. 20.

Digitized by Google

Hæreſis Quarta.

Docet hæc hæreſis quod homo in hac vita poteſt habere beatitudinem ſecundum omnem gradum perfectionis.

Acta Begardorum, & Beguinarum.

AVctores fuerunt Begardi, & Beguinæ populi habitantes in Germania inferiori: Begardi ſunt viri habentes cœnobia, & tria vota ſicuti Monachi, & profitentur ſeruare regulam tertiam Sancti Franciſci vti Vualdenſes; immo ex Vualdenſium ſecta veniunt; vti etiã Beguinæ, quæ ſunt fœminæ, & ſi volunt poſſunt cum ſuis ſupellectilibus habitare in ſocietate ſine voti emiſſione; ſin autem poſſunt ad libitum diſcedere. Qui Begardi, & quæ Beguinæ deſiderantes viuere cum libertate ſub ſpecie pietatis hanc ſectam cõſtituerunt, & ſurrexerunt anno ſalutis 1300. ſub Clemente V. Papa, & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore; ex quibus anno ſalutis 1318. ſub Benedicto XII. Papa, & Ludouico Romanorum Imperatore infiniti capti ſunt, & ducti Pariſios; vbi in ſuis impijs opinionibus indurati, & pertinaces ferè 114. publice combuſti ſunt.

COnuincitur itaque hæreſis, & primo hoc nomen beatitudo diſtinguitur; ſecundo definitur, & hoc ne in æquiuoco laboremus. Beatitudo ergo in Sacra pagina quandoque ſumitur pro via ad beatitudinem; vti Saluator apud Matth. 11. aſſignat octo beatitudines, ideſt octo vias ad aſſequendam beatitudinem; ſecundo ſumitur pro ſumma fœlicitate, quam ſperamus in futura vita, vti legitur Pſal. 83. *Beati, qui habitant in domo tua Domine in ſæcula ſæculorum laudabunt te*, & de hac loquor, & definitur, quod ſit ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus; qui quidem ſtatus non poteſt perfectè haberi in hac vita; nam legitur Iob. 13. *Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miſerijs*, dico itaque illum eſſe verè beatum, qui habet omne bonum, & ille habet omne bonum, qui perfectè videt Deum; quare, habito Deo, noſtra voluntas eſt ſatiata, & tunc erit noſtra voluntas ſatiata cum apparuerit gloria Dei, legitur namque Pſal. 102. *Qui replet in bonis deſiderium tuum:* Deum autem nemo habet niſi qui perfectè eum amat; in hac autem vita non poteſt perfectè amari; quia non poteſt perfectè cognoſci, ſcilicet faciali notitia; nam Diuus Paulus 1. Cor. 13. dicit, *Nunc in enigmate, & per ſpeculum videmus, tunc autem facie ad faciem ſicuti eſt;* ſi igitur Deus in hac vita non poteſt perfectè videri, ergo nec perfectè amari, & per conſequens nec poſſideri; quare ſequitur noſtram voluntatem non poſſe ſatiari, & ita, homo dici non poteſt beatus ea beatitudine; quæ habetur in patria.

Matth. 1[illegible] Pſal. 83. Iob 13. Pſal. 102. 1. Cor. 13.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Viẽnenſi ſub Clemente V. Conc. Viennen.

Papa, & Alberto I. Romanorum Imperatore anno ſalutis 1311. celebrato 800. & amplius Patrum hanc aſſertionem ſub anathemate damnauit, cuius verba poſita ſunt in libro Clementinarum titulo de hæreticis cap. cum ad noſtram.

Hæreſis Quinta.

Docet hæc hæreſis omnem naturam intellectualem; ſeipſa eſſe beatam.

Auctores ſunt Begardi impij, & libidinoſæ Beguinæ, de quibus hæreſi ſuperiori dictum eſt.

Rom. 3. Conuincitur, nam legitur ad Rom. 3. *Iuſtificati gratis per gratiã Dei,*
Rom. 6. ſi gratis iuſtificamur, ergo multò magis gratis beatificamur, & c. 6.
Rom. 9. *Gratia Dei, vita æterna,* & iterum cap. 9. *Non eſt volentis, vel currentis,*
Matth. 19. *ſed Dei miſerentis,* & Matth. 19. *Nemo bonus niſi ſolus Deus*, nos autem non natura boni, ſed Dei voluntate, multo magis nemo ſua natura beatus, niſi ſolus Deus, valeant ergo impij Begardi.

Conc. Viẽnen. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Viẽnenſi ſub Clemente V. Papa, & Alberto I. Auſtriaco Romanorũ Imperatore anno ſalutis 1311. celebrato 800. & amplius Patrum, hunc errorem cum alijs Begardorũ, & Beguinarum erroribus ſub anathemate damnauit.

Hæreſis Sexta.

Docet hęc hereſis nullam animam ante diem iudicij poſſe dici beatam; nam nulla anima iuxta hanc opinionem ante diem iudicij videt Deũ; ſic etiam nec peccatores ante diem iudicij habebunt pęnas condignas.

Auctores ſunt Armeni, de quibus titulo Anima hæreſi tertia dictum eſt.

Guid. Car. *His conſentiunt Græci, de quibus infra titulo Confirmatio dicetur, vti Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus Græcis, & Armenis tribuit.*

Luc. 23. Conuincitur, nam legitur Luc. 23. quod Ieſus dixit Latroni, ***Hodie mecum eris in Paradiſo***, inſuper in quo loco ò impij Armeni, & perfidi Græci animæ detinentur vſque ad diem iudicij? forſan in campis Elyſijs, aut in inſulis Fortunatis? abſit hoc à cordibus fidelium, & Diuus

Philip. 1. Paulus ad Philip. 1. dicit, *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*, at eſſet inane hoc deſiderium, ſi ipſo mortuo non poſſet peruenire ad cœlum, in quo conſtat Chriſtum eſſe, itaque ex his teſtimonijs fide tenendum eſt animas purgatas, quæ ex hoc mundo diſcedunt peruenire ſecurè ad facialem viſionem Dei, & conſequenter aſſequi vitam æternam.

Denique

Digitized by Google

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1439. 1000.& amplius Patrum, ob Græcorum vnionem celebrato cum Eccleſia Latina; docet animas eorum, quæ poſt baptiſmum ſuſceptum nullam omnino maculam peccati incurrerunt, & eas, quæ ſe peccatis omnibus maculauerunt, tamen poſt ſacramentum pœnitentiæ ſe purgauerunt, in cœlum recipi, & clarè intueri ipſum Deum ſicuti eſt, pro meritorum tamen diuerſitate, alius alio perfectius; illorum verò animas, quæ in mortali peccato, vel originali in Infernum mox deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas. Conc. Florent.

Contra hanc hæreſim ſcripſit Gullielmus Ocham parte 2. dialog. tract. 2. Et etiam D. Thomas in quodam opuſculo, quod inſcribitur contra Græcos, & Armenos cap. 9. Gullielm. Ocham. D. Thom.

Hæreſis Septima.

Docet hęc hęreſis omnes beatos pares eſſe in gloria, nec in cęlis eſſe prę-miorum differentiam.

Acta Iouiniani.

Vctor fuit Iouinianus natione Romanus, familia illuſtris, vir tamen Epicureus diabolicus, ac totus carnalis; qui ab adoleſcentiæ ſemper virginitatem lacerauit, habuit Eluidium præcurſorem de quo dicetur; anno verò ſalutis 382. venit Mediolanum, vbi a D. Ambroſio humaniſſime recipitur, & Mediolani in quodam Monaſterio factus eſt Monachus ex inſtituto S. Baſilij, vti teſtatur D. Ambroſius in Epiſtola 82. ad Vercellenſes; D. Ambr. *quare ibi ſub Catholico nomine, & habitu Monaſtico manſit per aliquot annos; tamen nec Deum, nec D. Ambroſium decepit, at ſe ipſum perdidit; nam è Monaſterio diſceſſit hac excuſatione, quod non poſſet talem obſeruantiæ laborem ſuſtinere; Verum ad D. Ambroſij peruenit, quod Iouinianum antequam Roma digrederetur, & veniret Mediolanum; Romæ ſub Damaſo Papa anno ſalutis 381. magnum ſcelus perpetrauerit; nam è Monaſterio eripuit nonnullas ſanctimoniales fęminas Illuſtres, & Matrimonio copulauit; quorum nomina erant Sarra, Suſanna, Anna, & aliæ, vti narrat D. Auguſtinus lib. 2. retract. tractatu 22. his de cauſis anno ſalutis 390. ſub Syricio Papa, & Theodoſio Seniore Romanorum Imperatore è Mediolano eijcitur, vti teſtatur D. Ambroſius in Epiſtola 28. & à Syricio Papa excommunicatur: Qui Syricius mandauit per tres legatos præsbyteros Romanæ Eccleſiæ D. Ambroſio, vt Concilium Mediolani celebraret, quod factum eſt: in quo Concilio omnes Epiſcopi Galli conuenerunt, & Iouinianum cum ſequacibus, & erroribus ſuis damnauerunt: vti teſta-* D. Aug. D. Ambr.

tur D. Ambroſius in Epiſtolis Syricio Papæ ſcriptis: Hac de cauſa etiam Catholicus Imperator Theodoſius edictum Veronæ datum emiſit ſeueriſſimum, in quo iuſſit, vt omnes hæreticos, & Iouiniani ſectatores è Monaſterijs eiectos, & habitu Monaſtico vagantes, ab vrbibus recederent, & ad loca deſerta proficiſcerentur: & quia totus carnalis erat, & amicus peccato infamiæ; ideo Catholicus Theodoſius alia lege iuſſit tales nefando peccato præditos comburi, tandem poſt multa perpetrata ſcelera Iouinianus anno ſalutis 412. ſub Innocentio I. Papa, & Honorio, & Theodoſio Imperatoribus Romanis; qui in eum magna ira accenſi erant, relegatus fuit in inſula in littore Dalmatiæ; vbi etiam non deſiſtebat à prædicatione carnalitatum, & licet Iouinianus vxorem non duxerit hoc fecit, vt incommoda procreationis vitaret; quare permittente Deo quadam die exul à Patria inter luxurioſas epulas animam eructauit, & ſic Diabolico fine mortuus eſt anno ſalutis 414. ſub Zoſimo Papa, & Theodoſio iuniore Romanorum Imperatore, vti Ginnadius teſtatur libro de viris illuſtribus cap. 75. Ginnad.

Ioan. 4. Conuincitur itaque hæreſis legitur enim Ioannis 4. ***In domo patris mei manſiones multæ ſunt***, cuius domus magnitudinem admirans Baruch. 3. Propheta Baruch 3. dixit: ***O Iſrael quam magna eſt domus tua, & ingens locus poſſeſſionis tuæ***, & Matth. 5. legitur, ***Qui ſoluerit vnum de mandatis his minimis, & docuerit ſic homines minimus vocabitur in regno cœlorum, qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum:*** obmuteſcat igitur Iouinianus. Matth. 5.

Conc. Mediol. Demum Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Mediolani celebrato ſub Sancto Ambroſio ex Syricij Papæ mandato per tres Legatos presbyteros ibi à Syricio miſſos anno ſalutis 390. ſub Theodoſio ſeniore Romanorũ Imperatore 150. Patrum, Iouinianum cum ſequacibus, & erroribus ſuis damnauit; vti etiam fecit Eccleſia in Concilio Theleñſi in Aphrica celebrato authoritate Syricij Papæ, & ſic ab Eccleſia recepto ſub eodẽmet Theodoſio anno ſalutis 392. denique etiam in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1439. celebrato 1000. & amplius Patrũ, definiuit Eccleſia, quod animæ beatæ vident Deum, eoq. fruuntur pro meritorum diuerſitate alius alio perfectius. Conc. Thelen. Conc. Flo.

D. Hier. D. Aug. Scripſit contra hanc hæreſim D. Hieronymus in libro 2. aduerſus Iouinianum; Diuuſque Auguſtinus pariter diſputat contra hunc errorem, libro de Sancta Virginitate.

TITVLVS BELLVM.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen duas præcipue ortas hæreſes inueni. Prima docet nullo pacto licere facere bellum.

Auctores

Digitized by Google

AVctores ſunt Manichæi, de quibus titulo Anima, hæreſi 4. dictum eſt, vti refert D. Auguſtinus lib.22.contra Fauſtum cap.74. D.Aug.
Hanc etiam diu ſepultam renouauit Oecolampadius, de quo titulo Adoratio hæreſi 2. dictum eſt.

COnuincitur, namque ex præcepto Domini Moyſes facit bellum aduerſus barbaras nationes, vti legitur Num.2. & Luc.3. interrogabant milites Ioannem in deſerto baptizantem; *Quid faciemus & nos, & dixit illis nemini iniuriam facietis, contenti eſtote veſtris ſtipendijs:* ſi autem illicitum eſſet bellum dixiſſet abijcite arma, quod non dixit, & Matth.8. Chriſtus laudauit fidem Centurionis, militiæ verò derelictionem non imperauit, & Matth.22. dixit Ieſus Herodianis, *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo:* hac de cauſa tributa Regibus redduntur, vt inde militi ad pacis conſeruationem neceſſarium ſtipendium ſoluatur. Num.2. Luc.3. Matth.8. Matth.22.

Denique Eccleſia Vniuerſalis, in Concilio IV. generali Chalcedonēſi 630. Patrum anno ſalutis 452. celebrato ſub Leone I. Papa, & Marciano Romanorum Imperatore hunc cum cæteris Manichæorum erroribus damnauit eorumque libros comburi mandauit, & in Concilio Bracarenſi I. authoritate Ioannis III. Papæ celebrati octo Epiſcoporū in prouincia Galitiæ in Hiſpania citeriori ſub Iuſtiniano Imperatore anno ſalutis 563. omnes pariter Manichæorum errores damnantur. Conc. Calced. Conc. Bracaren.

Hæreſis Secunda.

DOcet hæc hæreſis non licere facere bellum cum Turcis, nam ſic eſt Deo reſiſtere viſitanti per illos iniquitates noſtras.

AVctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt.

COnuincitur, & primo dico quod licet Deus viſitet iniquitates noſtras, non per hoc prohibet vt non vtamur medio opportuno cōtra Turcas, vti etiam contra peſtem, famem, & alios morbos; legitur enim Pſal.88. *Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, miſericordiam tamen meam non diſpergam ab eo,* inſuper ſi licet Chriſtiano Chriſtianum inuadere ob ſuum patrimonium multo magis licebit ò inique Luthere, Chriſtianis aduerſus Turcam pugnare, qui tot regna à Chriſtianis arripuit cum magno Eccleſiæ detrimento, & dedecore; inſuper Machabæus pugnat pro religione aduerſus Antiochum, & alios Reges infideles, vti legitur Mach.8. & laudatur, ergo etiam licebit Chriſtianis pugnare aduerſus Turcam pro religione. Pſal.88. Mach.8.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio apud Clarummontem celebrato anno ſalutis 1084. authoritate Vrbani II. Papæ, 106. & amplius Patrum, ſub Henrico III. Romanorū Imperatore, decreuit bellum aduerſus Turcas, & in Concilio Lateranenſi ſub Caliſto II. Papa, & Lothario Conc.Clarummon. Conc.Lat.

Digitized by Google

thario III. Romanorum Imperatore, 90. Patrum, anno ſalutis 1120. celebrato, iuſſit bellum cęptum contra Turcas proſequi: denique in Concilio Veronæ celebrato ſub Lucio II. Papa, & Conrado II. Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1144. Eccleſia adhortatur omnes Principes Chriſtianos, vt Chriſtianis in Aſia pro fide Chriſti laborantibus ſubueniant, quare ingratus Lutherus oſtendit ſe (vti etiam in alijs) inimicum Chriſtiani nominis, & Diaboli miniſtrum.

Conc. Veron.

Io. Roſen. Contra hunc errorem ſcripſit Ioannes Roſſenſis in libro edito contra Lutheri articulos.

TITVLVS BENEDICTIO.

Hæreſis Vna.

IRridet hæc hæreſis omnes benedictiones creaturarum quas facit Eccleſia.

AVctores ſunt Vualdenſes, de quibus titulo Baptiſmus hæreſi 8. dictum eſt, quibus adhærent Vuiclephiſtæ, de quorum Duce dictum eſt titulo Adoratio hæreſi prima.

Iam ſupra titulus Aqua hæreſi 2. aliqua diximus de benedictionibus; infra titulo Exorciſmus multo plura dicemus, ibi legat lector.

TITVLVS BESTIA.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis omnes beſtias eſſe capaces rationis.

Auctor fuit Manes, de quo titulo Anima hæreſi 4. dictum eſt.

Pſal. 31. Pſal. 43. COnuincitur, nam legitur Pſal. 31. *Nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus,* & Pſal. 43. *homo cum in honore eſſet non intellexit, ideo comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis,* ex quibus duobus locis Sacræ paginæ ſatis conſtat bruta non eſſe rationis capaces, & hanc eſſe meram dementiam.

Conc. Calcedon. Denique Eccleſia Vniuerſalis in IV. Concilio generali Chalcedonenſi 630. Patrum anno ſalutis 452. ſub Leone I. Papa, & Marciano Romanorum Imperatore omnes Manichæorum errores damnauit, & eorum libros in publico Concilio comburi mandauit.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS CANTVS.

Hæreſis Vna.

Deprimit hæc hæreſis omnes Cantus in Eccleſia.

Acta Hilarij Arriani.

*AVctor fuit Hilarius quidam Arrianus Aegyptius Alexandrię or-
tus, vti refert D. Auguſtinus libro 11. retract. cap. 11. Qui pa-* D.Aug.
*trem habuit Arrianum, & matrem Catholicam; quare patris
veſtigia ſequutus proceſſu temporis factus eſt peior patre; qui ſolum dog-
mata Arriana opere in ſe compleuit; at Hilarius etiam voce, & ſcriptis ea
diſſeminauit; floruit autem anno ſalutis 334. ſub Sylueſtro Papa, & ma-
gno Conſtantino Romanorum Imperatore: detraxit autem Hilarius canti-
bus ſacris, vti etiam alij Arriani, quia in illis audiebant Chriſti laudes, quas
deprimere deſiderabant; vnde D. Ambroſius in quadam oratione contra* D.Ambr.
*Auxentium Arrianum, quæ ponitur lib. 5. ſuarum Epiſtolarum dicit, ita-
que hodie cum Chriſtus laudatur, Arrianorum dementia verberatur; qua-
re Hilarius cantus acerrimus inimicus dum per Alexandriam ſua impia
dogmata diſſeminabat: euenit, vt dum quadam die audiret quoſdam Cleri-
cos in Eccleſia Dauidicos Pſalmos cantantes, quos vt audiuit, & detra-
ctioni inſiſteret, ſtatim vocem amiſit, & ex improuiſo è vita diſceſſit anno
ſalutis 355. ſub Liberio Papa, & Conſtantio Romanorum Imperatore.*

*Hanc deinde diu ſepultam ſuſcitarunt Vualdenſes, de quibus titulo Ba-
ptiſmus hæreſi 8. dictum eſt.*

*Quibus, de more, adhærent Vuiclephiſtæ, de quorum magiſtro dictum
eſt titulo Baptiſmus hæreſi 1. vti eis tribuit Aeneas Syluius in libro de ori-* Aen. Sylu.
gine Bohæmorum cap. 35.

COnuincitur itaque hæreſis, & primo ſciendum eſt duplicem eſſe
orationem; publicam vnam, & eſt illa, quæ fit à conuentu homi-
num congregato cum clamore, nam legitur Pſal. 19. ***Ad Dominum cum*** Pſal. 19.
tribularer clamaui, & exaudiuit me, & Matth. 27. ***Ieſus circa horam nonam*** Matth. 27.
clamauit voce magna Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me, & Marc. 14. Marc. 14.
***Ingrediente Domino Hieruſalem omnes turba voce magna laudabant Do-
minum dicentes: Benedictus qui venit in nomine Domini, pax in Cœlo, &
gloria in excelſis:*** alteram verò priuatam, quæ fit à ſingulari perſona ſub
ſilentio, & Ieſus Matth. 6. docet nos ſic orare; ſcilicet ***cum oraueris in-*** Matth. 6.
tra cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum; Ieſus per illa verba
prohibet non opus, ſed oſtentationem, & malam intentionem, & ibi lo-

quitur

quitur de priuata oratione; quare etiam Elias in Prophetis non reprehendebat clamorem, at ſolum errorem credentium Deum egere altioribus vocibus, vt nos exaudire poſſit: itaque ille, qui ſimpliciter orat cantu credens Deum æque audire, & nos exaudire altè, & demiſsè non errat.

Concil. Agathen. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Aghatēſi Galliæ in prouincia Narbonenſi in ciuitate Aghatæ in Eccleſia S. Andreæ celebrato 35. Epiſcoporum, cui præfuit Sanctus Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus, ac ſubſcripſit anno ſalutis 494. ſub Symacho Papa, a quo & confirmatur, & ſic ab Eccleſia recipitur; ſub Anaſtaſio Romanorum Imperatore. cap. 30. ſuorum decretorum ſic definiuit; *conuenit ordinem Eccleſiæ ab omnibus æqualiter cuſtodiri, vt ſcilicet poſt antiphonas collectionem per ordinem ab Epiſcopis, & presbyteris decantentur.*

Thomas Vualden. Contra hanc hæreſim ſcripſit Thomas Vualdenſis libro de Sacramentalibus. Titulo 20.

TITVLVS CALCEAMENTVM.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis non licere vti Calceamentis.

D. Auguſt. Philaſt. *Auctores ab Auguſtino, & Philaſtrio dicuntur ab opere diſcalceati, qui dicuntur hæretici, non quia incedant diſcalceati; ſed quia credunt non licere Chriſtianis vti calceamentis; huius autem Auctor ignoratur.*

Exod. 12. Ezech. 24. Marc. 6. Conuincitur igitur hæreſis Exod. 12. vbi Dominus mandans Iudæis eſum Agni dicit *calceamenta habebitis in pedibus veſtris*, & Ezech. 24. *calceamenta tua erunt in pedibus tuis*, & Marc. 6. cum Chriſtus miſit diſcipulos ſuos binos ante faciem ſuam miſit illos ſandalijs calceatos; denique quod non eſt denegatum videtur conceſſum: ſed dicent aduerſarij, cum Chriſtus Matth. 10. duodecim diſcipulos ad prædicandum Matth. 10. miſit dixit eis, *neque calceamenta habebitis in pedibus veſtris*. Reſpondetur, quod hoc non perpetuo fuit Apoſtolis interdictum, at ſolum pro illo itinere, vt agnoſcerent, quod Deus nunquam illos eſſet deſerturos, in omnibus ſuis neceſſitatibus; eſt etiam Eccleſiæ conſuetudo, vt omnes Chriſtiani calceati procedant, quæ conſuetudines ſunt tanti valoris, quanti eſt Sacra pagina vti libro prohæmiali cap. 5. probatum eſt.

Conc. Eliberi. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Elibertino in Eliberim Hiſpaniæ ciuitatem in Bethyca prouincia poſitam, celebrato anno ſalutis 306. ſub Marcello I. Papa, & Magnò Conſtantino Romanorum Imperatore 17. Epiſcoporum, quod Concilium deinde receptum fuit ab Ec-

cleſia

Digitized by Google

cleſia in Concilio I. generali Niceno, cap. 17. ſuorum decretorum non prohibuiſſet ſolum veſtimenta, & calceamenta ad pompam, ſi calceamentis vti non liceret.

TITVLVS CAPVT.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis non eſſe in terris vnum caput Eccleſiæ, de qua titulo Papa dicemus.

TITVLVS CARACTER.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis in nullo Sacramento imprimi Caracterem.

Auctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt.

Conuincitur, & primo ne laboremus in æquiuoco eſt ſciendũ quod Caracter eſt vox Græca Latine ſonans figura, vel ſignum impreſſum in anima noſtra à Deo, quo ab alijs diſtinguimur, & in tribus Sacramentis imprimitur; in Baptiſmo, ob quem aſcribimur in Chriſti familiam; in Confirmatione, ob quem aſcribimur inter Chriſti milites; & in ordine, ob quem aſcribimur inter Duces militiæ: Primus dicitur Caracter paſſiuus, & per eum diſtinguimur à non baptizatis: Secundus dicitur partim actiuus, partim paſſiuus: Tertius dicitur actiuus; nam illo accepto dona Dei diſpenſare poſſumus. Quod autem Caracter in his tribus Sacramentis imprimatur legitur Epheſ. 4. *Nolite contriſtare Spiritum Sanctum in quo ſignati eſtis*, & Diuus Hieronymus exponens illa verba intelligit de Caractere quo anima noſtra, his tribus Sacramentis ſignatur. Epheſ. 4. D. Hiero.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Carthaginenſi IV. ſub Anaſtaſio Papa anno ſalutis 398. celebrato, qui ibi Legatos ſuos miſit, vt Concilio præeſſent, & ſub Theodoſio iuniore Romanorum Imperatore, cui adfuerunt 214. Epiſcopi, ſic definiuit, non licere fieri rebaptizationes, neque reordinationes, quæ verba ponuntur in volumine decretorum de conſecratione diſtinct. 4. cap. non licet. Et in Concilio Prouinciali Tarraconenſi 10. Epiſcoporum anno ſalutis 484. celebrato ſub Gelaſio Papa, à quo & confirmatur, & ſic ab Eccleſia recipitur, & Anaſtaſio Romanorum Imperatore, Can. 10. definiuit non licere bis, vel ter confirmari, ſicuti nec baptizari. Denique in Concilio Florentino ſub Conc. Carthag. Conc. Tarraconen. Conc. Flo.

I Eugenio

Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1439. celebrato 1000. & amplius Patrum, in decreto de vnione Armenorum ſic definiuit loquendo de Sacramentis in genere: *inter Sacramenta tria ſunt Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo, quæ caracthe-rem, id eſt ſpirituale quoddam ſignum imprimunt in anima indelebile:* vnde in eadem perſona non reiterantur.

TITVLVS CARO, & Corpus humanum.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen duas præcipuè ortas hæreſes inueni. Prima docet corpus ſua natura eſſe malum, & à malo principio.

AVctores ſunt Manichæi, de quorum Duce dictum eſt titulo Anima hæreſi quarta.

Quibus adhærent Priſcillianiſtæ, de quorum magiſtro dictum eſt titulo Anima hæreſi nona; addentes carnem eſſe à Diabolo factam, ideo morte plectendam.

Gen. 2. COnuincitur, legitur enim Gen. 2. *Creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, & creauit eos maſculum, & fœminam:* ex quibus patet differentia ſexus, quæ in corpore reperitur, & Deum
Matth. 19. creaſſe eos: itaque a bono principio, nam vti legitur Matth. 19. *nemo bo-*
Ioan. 1. *nus niſi ſolus Deus:* inſuper vti legitur Ioan. 1. *Et Verbum caro factum eſt*
Rom. 1. & ad Rom. 1. *qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem:* Si igitur ò impij Manichæi corpus humanum a diabolo factum eſt ſecundum vos, oportebit dicere Chriſtum filium Dei aliquid Diabolicum retinere, abſit autem, vt in tantam blaſphemiam incidamus; quare cum corpus humanum a Deo factum ſit ergo bonum erit, quia a bono principio ex natura ſua.

Conc. Bracaren. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Bracarenſi I. octo Epiſcoporum in Galitia Hiſpaniæ prouincia celebrato anno ſalutis 563. ſub Ioanne III. Papa, a quo & confirmatur, & ita ab Eccleſia recipitur; Imperium Romanum tunc gubernãte Iuſtiniano: Can. 13. definiuit, quod *ſi quis dixerit creationem vniuerſæ carnis eſſe opificium malorum Angelorum, non Dei, ſicut Manichæus, & Priſcillianus anathema ſit.*

Hæreſis Secunda.

DOcet hæc hæreſis imaginem Dei, ſecundum quam factus eſt homo eſſe in corpore non in anima, de qua diſputabitur titulo Imago.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS CERTITVDO.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hæreſis omnem hominem iuſtum fidei certitudine ſcire ſe eſſe in gratia, & quod homo ex regulis fidei eſt obligatus ad hoc credendum.

AVctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt, de qua diſputabimus infra titulo Gratia, hæreſi tertia.

TITVLVS CIBVS.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen duas præcipue ortas hæreſes inueni. Prima docet non licere veſci carnibus.

AVctor fuit Tacianus, de quo titulo Adam, hæreſi prima dictum eſt.

Hanc etiam diù ſepultam ſuſcitarunt Manichæi de quarum Duce dictum eſt titulo Anima hæreſi 4.

Acta Cathariſtarum.

QVam etiam ſunt ſequuti Cathariſtæ ortum habentes ex Mane. Hi Cathariſtæ erant veluti Religioſi illius ſectæ, & ita vocabantur ob quaſdam purificationes quas faciebant, dicebantur etiam Macharij, mundatores, beati, & electi, vti D. Auguſtinus D. Aug. *libro de hæreſibus par. 46. teſtatur: floruerunt autem præcipue inter alios diſcipulos tempore quo Manes eius Dux floruit, qui aliquando extincti ſæpe ſurrexerunt, & præcipue in Germania anno ſalutis 1170. ſub Alexandro III. Papa, & Federico I. Romanorum Imperatore.*

His etiam adhæſit Priſcillianus hæreſum omnium ſentina, de quo titulo Anima, hæreſi 9. dictum eſt, addens carnes tanquam immundas eſſe vitandas.

Denique his etiam conſentiunt Græci, de quibus infra titulo Confirmatio dicetur; qui damnant comedentes de ſuffocatis, & alijs in lege prohibitis.

Digitized by Google

Exod.12. Deut.14. Luc.10. Luc.22. COnuincitur igitur hæreſis, nam contra hos omnes clamat ſcriptura Exod. 12. vbi præcipitur vt Agnus manducetur, & Deut. 14. enumerantur animalia, quæ Iudæis manducanda præſcribuntur, & quia Manichæi vetus teſtamentum reijciunt audiant Saluatorem Luc. 10. dicentem ***manducate quæ apponuntur vobis***, ex quibus verbis nullam facit diſtinctionem ciborum; denique legitur Luc.22. Chriſtum cum diſcipulis ſuis manducaſſe Agnum.

Conc. Bracaren. Conc. Hieruſal. 1.Cor.8. Poſtremo Eccleſia Vniuerſalis in Concilio I.Bracarenſi in Galitia Hiſpaniæ prouincia celebrato authoritate Ioannis III. Papæ, a quo, & confirmatur, & ab Eccleſia recipitur, ſub Iuſtiniano Romanorum Imperatore anno ſalutis 563. cui tantum octo Epiſcopi prouinciæ interfuerunt Can. 14. definiuit licere veſci carnibus, & aliter tenentes ſicut Manichæus, & Priſcillianus anathema ſit: & licet Apoſtoli in Concilio Hieruſalem congregato ordinarunt abſtinentiam immolatorum, & ſuffocatorum, hoc ſolum pro tunc fecerunt, timentes, ne perderent fideles nuper conuerſos; nam Iudæi maxime abhorrent comedere immolata: licitum igitur eſt veſci etiam de immolatis dummodo hoc fiat ſine Idoli reuerentia, vti nos docet D.Paulus 1. Cor.8.

Hæreſis Secunda.

HAec hæreſis opponitur ſuperiori, & docet quoſlibet cibos, quolibet tempore, & die ſine diſcretione eſſe nobis licitos, etiam per ſanctiones Eccleſiaſticas prohibitos.

D.Aug. Aen.Sylu. *AVctor fuit Iouinianus, de quo titulo Beatitudo hæreſi 7. dictum eſt, vti teſtatur D. Auguſtinus libro de hereſibus ad quod vult Deum cap.82. quam deinde auxère Vualdenſes de quorum principe dictum eſt titulo Baptiſmus hæreſi 8. dicentes etiam tempore Quadrageſimæ licere veſci carnibus, ac laticinijs, nec poſſe Eccleſiam hæc prohibere, & ab his abſtinentes, dicunt nullum habere meritum, vti refert Aeneas Syluius libro de origine Bohæmorum cap.35.*

Demum hanc ampliauit Lutherus dicens omnibus diebus etiam Veneris, & Sabbati licere veſci carnibus; vti ipſe, & ſequaces ſemper effrenate fecerunt.

Num.16. Matth.3. Luc.11. COnuincitur, nam Num.16. laudatur abſtinentia aliquorum ciborum, qui tamen non erant à lege prohibiti, & Matth.3. legitur eſcam Ioannis Baptiſtæ fuiſſe locuſtas, & quando legitur Luc.11. *Manducate quæ apponuntur vobis Chriſtus*, per hęc verba non conceſſit nobis, vt quocunque tempore carnes comederemus, at voluit nobis dicere, quod debemus eſſe contenti cibo, & potu nobis offerto ab illis, apud quos manemus, non murmurantes quærentes cibos delicatiores; bene verùm eſt cibum ſua natura non eſſe malum, & conſequenter nòn poſſe ſua natura animas maculare, at voluntas deprauata carnes comedens,

Digitized by Google

& Eccleſię præcepto contradicens maculat animam; eſca enim nec meliores, nec peiores nos facit, ſed inobedientia peiores nos facit.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Toletano VIII. anno ſalutis 653. celebrato authoritate Martini I. Papæ, à quo etiam confirmatur, & ita ab Eccleſia recipitur ſub Conſtante Romanorum Imperatore 55. Epiſcoporum, 12. Abbatum, & aliorum decem Vicariorum abſentium cum alijs viris illuſtribus officij Palatini cap. 9. ſuorum decretorum pręcipit obſeruationem Quadrageſimæ cum abſtinentia carnium, lacticiniumque, vnà cum ieiunio. Conc. Tol.

TITVLVS CIRCVNCISIO.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hæreſis paruulos in lege noua debere circuncidi; de qua dicemus titulo lex, vbi legalia ceſſaſſe probabimus.

TITVLVS CHRISTVS.

Hæreſis Prima.

HOc nomen eſt vnius perſonæ habens duas naturas, vnam diuinam, alteram humanam, & cum multæ hęreſes ortę ſint circa hoc nomen hoc ordine procedemus; primo tractabimus de reſpicientibus naturam diuinam, ſecundo de reſpicientibus naturam humanam; tertio de reſpicientibus vtramque. Prima igitur hæreſis docet Chriſtum fuiſſe purum hominem ex vtroque ſexu natum.

Acta Carpocratis.

AVctor (vti refert Philaſtrius) fuit Carpocrates, qui anno ſalutis 36. paulo poſt eius conuerſionem innotuit hæreſiarca, ſub Petro Apoſtolo, & Tiberio Romanorum Imperatore, vnde factus eſt imitator fidiſſimus Simonis Magi; quare bene a S. Ignatio vocatur primogenitus diaboli, cum fuerit ex primis, qui a fide apoſtatauerint, & etiam in cauſa fuerit, vt multi nouiter conuerſi exemplo ſuo apoſtatauerint. Carpocrates igitur fuit homo ſceleſtiſſimus, ac plenus ſuperſtitionibus, fuit Aegyptius Alexandriæ natus, & Dux poſt Simonem Magum, & Nicolaum Diaconum hæreſis Gnoſticorum; nam vocabulo ſumpto ex ſcientia ſui præceptoris

ceptoris Simonis Magi præſtigias, & ſuperſtitiones publicè docebat, & fuit omnium hæreticorum ſui temporis fæx incontinentiæ, vti refert Euſebius lib. 4. hiſtoriæ Eccleſ. cap. 7. qui inter alia voluit, quod ſuos ſectatores Carpocratianos dæmones legatos haberent, & gloriarentur ſe ea arte eos habere ſubiectos, volebat inſuper illos perforatam habere poſteriorem partem auris dextræ, ut ſe inter ſe agnoſcerent: Habuit peſſimus Carpocrates filium Epiphanem dictum unigenitū hæredem impietatis paternæ; qui Deo uolente ſolum 17. annos uixit, uti teſtatur Clemens Alexandrinus Strom. lib. 3. & Epiphanius hæreſi 32. poſt cuius mortem in Cephalenia (vnde ipſe erat oriundus) vt ſanctus colebatur. Fuit etiam Carpocrates auctor hæreſis Adamitarum, de quibus dicetur titulo Nuditas; denique poſt multa ſcelera perpetrata anno ſalutis 120. ſub Euariſto Papa, & Martyre, & Adriano Romanorum Imperatore ætatis ſuæ anno 95. mortuus eſt cuius anima a Diabolo accepta, & in Inferno ſepulta eſt perpetuo crucianda.

Euſeb. — Clem. Alexandr. — Epiph.

Acta Ebionis.

H*Vic etiam adhæſit Ebion Simonis Magi diſcipulus cuius exemplo anno ſalutis 57. ſub Petro Apoſtolo, & Nerone Romanorū Imperatore factus eſt ſceleſtiſſimus hæreſiarca. Hic Ebion ortum habuit a Cocuba Vico Beſanitidis regionis, cuius conſortio Nazaræi multa habuerunt communia; vti refert Epiphanius hæreſi 50. floruit præcipuè Ebion poſt excidium Hieruſalem, aſſumens quicquid erat abhominabile in ſingulis ſectis, quæ tunc florebant; ſcilicet Samaritanorum, Nazarænorum, Carpocratianorum, & Cerenthianorum; immo voluit eas ſuperare, itaque anno ſalutis 74. ſub Lino Papa, & Martyre, & Veſpaſiano Romanorum Imperatore patria digreſſus venit primo in Aſia, vbi ſua falſa dogmata diſſeminabat, & cum quadam die D. Ioannes Euangeliſta (qui tunc in inſula Pathmos erat relegatus) extra conſuetudinem ob infirmitatem profectus eſſet ad quoddam balneum, & cum intus audiſſet eſſe Ebionem dixit circunſtantibus feſtinemus hinc egredi, ne cadat balneum, & cum Ebione pereamus ob ipſius impietatem, vti docet Epiphanius hæreſi 30. denique Romam ex Aſia venit, ibique ſuam malignam diſſeminabat doctrinam, ex qua eiectus fuit; ideo iterum reuertitur in patriam, & cum iam ſenex factus eſſet, iactabat ſe voluiſſe dici Ebionem, ut maiorem fidem apud homines haberet: gloriabatur inſuper, quod uolens, libenſque eſſet pauper effectus, iactans ſe fuiſſe unum ex illis, qui precium ſuarum rerum poſuiſſent ad pedes Apoſtolorum: quare, diebus ſuis conſummatis, plenus impietatibus primo deficiens anno ſalutis 80. ſub Lino Papa, & Martyre, & Veſpaſiano Romanorum Imperatore obijt in patria ſua.*

Epiph. — Epiph.

Digitized by Google

Acta Theodoti Sutoris.

HAnc etiam tuetur Theodotus ex vrbe Bizantina humili genere ortus, qui arte ſutor, & coriarius erat. Qui in initio ſuæ conuerſionis erat vir magnæ ſanctitatis, ac boni exempli; quare anno ſalutis 173. ſub Aniceto Papa, & Martyre, & Marco Aurelio Romanorum Imperatore Romam venit, vbi Chriſtum prædicabat; itaque compræhenſus, timore Martyrij negauit Chriſtum, & hinc factus eſt peſſimus hæreſiarca, & Roma diſceſſit, nec propter pudorem in patriam voluit reuerti; ſed alibi, circum circa patriam manens: & cum a viris ſanctis, & pijs exprobaretur, quod ductus timore Martyrij Chriſtum negaſset, in ſui erroris defenſione, nouum adinuenit errorem; nam dicebat ſe non negaſſe Deum, ſed hominem tantum, vti Epiphanius refert hæreſi 54. & Euſebius libro 5. Epiph. *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 27. ideo a Victore I. Papa, & Martyre excommunicatus, & ab Eccleſia eiectus fuit, & ita maledictus anno ſalutis 198. exul a patria mortuus, & in Inferno ſepultus eſt.* Euſeb.

Acta Theodoti Argentarij.

HVic etiam adhæſit alter Theodotus argentarius, ſiue trapazetus dictus, quia talis erat arte, et ipſe ex Bizantina ciuitate ortus; qui ſub eodem tempore floruit, quo etiam floruit Theodotus coriarius; vti narrat Euſebius lib. 5. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 27. Qui cum in Euſeb. *multos perfidos errores incidiſſet, inter alios docebat publicè Chriſtũ fuiſse inferiorem Melchiſedech; quare a Victore I. Papa excommunicatus, & vt membrum putridum ab Eccleſia reſeratus fuit, vnde maledictus anno ſalutis 202. mortuus eſt, ſub Victore I. Papa, & Martyre, & Seuero Romanorum Imperatore.*

Acta Arthemonis.

QVem etiam errorem tutatus eſt Arthemon ex Bizantina ciuitate ortus, qui anno ſalutis 196. manifeſtauit ſe peſſimum hæreſiarcam, & fuit aſsecla, & verus præcurſor Coriarij; itaque multa mala faciebat Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, ac Chriſti diuinitatem negligebat, quare a Victore excommunicatur, nec per hoc caſum ſuum ingemuit, immo contempſit, ac peior euaſit; vnde vbique locorum ſua impia dogmata diſſeminabat, adiuuante tandem Deo anno ſalutis 203. ſub Zeferino Papa, & Martyre, & Seuero Romanorum Imperatore excommunicatus Bizantij mortuus eſt, ibique ſepultus fuit, cuius anima Diabolo tradita eſt igne, & ſulphure perpetuo crucianda, vti tradit Nicephorus lib. 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 20. Niceph.

Acta

Digitized by Google

Acta Arrij.

HAnc etiam hæreſim amplexatus eſt Arrius Aegyptius Alexandriæ ortus, qui cum anno ſalutis 310. ſub Euſebio Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore adhæſiſſet Melitiano, cauſa cuius erat ſchiſma in Eccleſia Alexandrina; à Petro Epiſcopo Alexandrino excommunicatur: deinde cum omni humiliatione Arrius indulgentiam petijſſet, ei Petrus credidit, cumque ad communionem recepit, ac Diaconum ordinauit: at cum iterum acceſſiſſet Melitiano a Venerabili Petro carceri mancipatur, quare dum Arrius in carcere retineretur; Venerabilis Petrus talem vidit viſionem. Quadam enim nocte Chriſtus apparuit Petro veſte dilacerata, & dixit Chriſtus Petro; Arrius in carcere a te detentus dilacerauit veſtem meam, quod deinde ſequutum eſt; nam Arrius non ſolum Eccleſiam Alexandrinam, verum etiam omnes ferè alias vniuerſi orbis Eccleſias dilacerauit, ac erroribus infecit. Itaque poſtridie etiam huius diei, quo hæc a Venerabili Petro viſa ſunt, Petrus glorioſiſſimus Martyrium ſubijt, & Achillas ſucceſſor Petri non ſolum Arrium pœnitentiam ſimulantem reiecit; verum è carcere liberauit, & presbyterum ordinauit, vti teſtatur Epiphanius hæreſi 68. & 69. Et cum anno ſalutis 315. ſub Sylueſtro Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore publicus hæreſiarca detegeretur, vti teſtatur Epiphanius loco ſupra citato, ſtatim ab Alexandro Alexandriæ Epiſcopo iuxta Euangelij præcepta admonetur, vt hereſes relinquat, & Catholicè viuat, quod ipſe facere contemnens præsbyteratu ab Alexandro exuitur, & ab Eccleſia pellitur vna cum alijs ſeptem presbyteris, duodecim diaconibus, & ſeptingentis Virginibus profeſſis, quas ipſe ſeduxerat, vti teſtatur Epiphanius hæreſi 69. ipſe verò magis pertinax alliciebat plures Epiſcopos Orientales ad ſui dogmatis propugnationem; tamen poſt damnationem, & anathematizationem Sacri Concilij Nicæni generalis I. ſimulauit pœnitentiam, & ſubſcripſit regulis fidei, & ſic etiam anno ſalutis 330. vocatus a Conſtantino Magno Imperatore fraudulenter iterum promiſit, quod in Concilio ſubſcripſit; quare reſtituitur in patriam, a qua exul erat, & per duos, vel tres annos (fictè tamen) quietus manſit; vnde anno ſalutis 334. nouas Alexandriæ ſuſcitabat ſeditiones, & ab Imperatore Conſtantinopolim vocatus inſtante Epiſcopo Alexandrino, quo ſine mora eſt profectus, & reprehenſus de non ſeruatis promiſſis: iterum ſe excuſans finxit obedientiam ſe Eccleſiæ ſeruaturum, eamque manu propria promiſit, ac ſubſcripſit, & ſcripturam Imperatori obtulit, quare Imperator mandauit Alexandro Epiſcopo, vt eum ad communionem reciperet; Alexander verò reſiſtebat; illum tamen tandem (licet inuitò) recepit, ſciebat enim Venerabilis Alexander eum ſimulare, & ita Deum quotidie rogabat, vt vel eum è vita auferret; vel Eccleſiam ſuam

Epiph. Epiph. Epiph.

Arrio

Arrio liberaret; itaque fauente Deo euenit, vt poſtridie poſtquam Arrius Alexandriam eſt reuerſus, & ad Eccleſiam Euſebianorum proficiſceretur, & ventrem naturaliter expurgare vellet, diuertens ad latrinas publicas, quæ penes forum Conſtantini erant, ibi medius crepuit, effundens vnà cum excrementis viſcera omnia, vti omnes ſcriptores Græci, & Latini affirmant, quod euenit anno ſalutis 336. ſub Marco Papa, & trigeſimo anno Imperij Conſtantini Magni.

Acta Photini.

Hanc etiam ſequutus eſt Photinus, a quo Photiniani hæretici venerunt, qui ab adoleſcentia oſtendit ſe virum ingenio, & pietate præditum, vti eius opera manifeſtant; nam fuit etiam uir boni exempli, & fuit natione Galata ex urbe Ancira ortus, itaque ob bonũ odorem, quem de ſe dabat anno ſalutis 340. ſub Iulio I. Papa, & Conſtantio Romanorum Imperatore elegitur in Epiſcopum Sirmienſem, at non multo poſt electionem a Dæmone arreptus in multos errores Arrianæ perfidiæ cecidit, eoſque auxit, ſed à Concilio Sardicenſi authoritate Iulij I. Papæ celebrato damnatur, deponitur, & ut hæreſiarca ab omnibus uitandus declaratur, uti habetur ex Epiphanio hæreſi 71. Hac de cauſa Photinus Cęſarem appellat; tamen iterum damnatur, & anno ſalutis 357. ſub Liberio Papa, & Conſtantio Romanorum Imperatore ab Arrianis ipſis, quia ipſe erat Dux Semiarrianorum, in Sirmiana ciuitate commorantibus reiectus fuit, & ab omnibus derelictus miſerrimè uitam ducebat, & anno ſalutis 378. ſub Damaſo Papa eius congregationes a Gratiano Romanorum Imperatore diſſipatæ ſunt; uti etiam fecit Theodoſius ſenior anno ſalutis 381. denique infœlix Photinus in ſecundo generali Concilio Conſtantinopoli celebrato damnatus miſerrime mortuus eſt, & in ſterquilinio ſepultus. Epiph.

Hanc denique tuetur etiam Paulus Samoſatenus de quo titulo Baptiſmus hæreſi 3. dictum eſt.

Conuincitur, nam legitur Ioannis 1. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum,* & in eodem cap. additur, *Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis;* ecce ò perfidi heretici, quod Ioannes, qui vidit arcana Dei Verbum vocat filium Dei, quem prius vocauerat Deum dicens, & Deus erat Verbum, & Verbum deinde factum hominem declarat dicens, & Verbum caro factum eſt, & Matth. 3. legitur baptizato Ieſu, *Aperti ſunt Cœli, & vox Patris intonuit, hic eſt filius meus dilectus in quo mihi benè complacui;* quæ vox audita eſt etiam in eius transfiguratione, vti legitur Luc. 9. Ecce ò iniqui teſtimonium de Cœlo; denique legitur Matth. 16. quod Ieſus interrogans diſcipulos ſuos de filio hominis, reſpondit Petrus, dicens: *Tu es Chriſtus filius Dei viui;* ecce ò ingrati teſtimonium de terra, & Ieſus dixit Petro, *Caro, & Sanguis nõ reuelauit ſibi, ſed Pater meus, qui in Cœlis eſt.* Ioan. 1. Matth. 3. Luc. 9. Matth. 16.

K Denique

Conc.Nic. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio generali I. in Nicęa ciuitate Bythiniæ celebrato 318. Patrum anno ſalutis 325. ſub Sylueſtro Papa, & magno Conſtantino Romanorum Imperatore, in ſymbolo hanc aſſertionem damnauit dicens: *Ieſum Chriſtum filium Dei natum ex Patre, ideſt ex ſubſtantia Patris, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum Homo vſion, qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis, & incarnatus, & Homo factus eſt.*

D.Ambr. D.Cyril. Contra hunc errorem ſcripſit D. Ambroſius volumen ad Gratianum quinque libris partitum, & Cyrillus ſcripſit librum de recta fide ad Reginas.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis Chriſtum ſolum diuinam, non humanam habuiſſe naturam, quæ diuiditur in multas factiones, ad vnum tamen tantum finem tendentes.

Acta Valentini.

Primus Auctor fuit Valentinus natione Aegyptius, natus in vrbe Phæbonica, quæ eſt ciuitas maritima; qui fuit Philoſophus Platonicus, ornatus litteris Græcis, ingenio, & eloquio potens, & primo in Aegypto anno ſalutis 132. ſub Siſto I. Papa, & Martyre, & Adriano Romanorum Imperatore docuit fidem Catholicam; deinde anno ſalutis 138. Epiph. *venit Romam vbi etiam Catholicè prædicabat, vti habetur ex Epiphanio hæreſi 31. deinde Roma digreſſus venit Cyprum, vbi multa paſſus eſt; tamen anno ſalutis 145. ſub Teleſphoro Papa, & Martyre, & Antonino Pio Romanorum Imperatore; quia non potuit obtinere Epiſcopatum quendam, ſed alius ei prælatus fuit, factus eſt hæreſiarca, & Dux multarum* Epiph. *hæreſum, vti refert Epiphanius loco ſupra citato, quare in reprobum ſenſum datus totus ſe libidini dedit, & anno ſalutis 155. ſub Iginio Papa, & Martyre Romam venit, et fictè palinodiam cantauit, ſic ad communionem recipitur: elapſis tamen aliquot diebus iterum diabolicus detegitur, & ab* Tertull. *Iginio excommunicatur, et ab vrbe eÿcitur, vti habetur ex Tertulliano lib. 1. de pręſcript. cap. 28. & lib. 3. cap. 4. Habuit multos diſcipulos, qui & ipſi multarum hæreſum Duces fuerunt, vti fuit Bardeſanes, Heracleon, ac Marcus execrandus. Iterum Valentinus anno ſalutis 179. ſub initio Papatus Eleuterÿ Romam venit; vbi ob inquietam eius vitam, quia alios fideles* Tertull. *vitiabat in perpetuum ab Eccleſia eÿcitur, vti teſtatur Tertullianus lib. 1. de præſcript. cap. 30. tamen cum denuo pœnitentiam confeſſus eſſet, vnà cum Marcione, qui ſecum erat in ſeditione ſocius, Eccleſia pia mater ei hac cōditione pepercit, vt in poſterum doceret publicè contrarium doctrinę ſuę*

falſa

Digitized by Google

falſæ iam diſſeminatæ, at morte præuentus non potuit operam dare conditionibus ſibi a Summo Pontifice mandatis; ita Valentinus anno ſalutis 180. ſub Eleuterio Papa, & Martyre, & Marco Aurelio Imperatore Romanorum moritur.

Acta Cerdonis.

HAnc etiam tutatus eſt Cerdo Ponticus apud vrbem Sinope natus in quodam viculo humilibus parentibus, qui vt viuerent quotidiano labore vix victum lucrabantur. Qui Cerdo cum adolere cœpiſſet Dæmone repletus fuit multarum hæreſum Dux, & fuit Magiſter Marcionis, de quo titulo Baptiſmus, hæreſi 3. & multa accepit a Simone Mago, & Saturnino, vti Epiphanius refert hæreſi 41. & anno ſalutis 146. Epiph. *Romam ſe contulit, ubi ſub Iginio Papa, & Martyre ſub ſpecie Catholici ſua falſa dogmata diſſeminabat, quare ad communionem recipiebatur; prius tamen docuit in Syria; tandem anno ſalutis 155. detegitur hæreſiarca, quare ab Iginio Papa excommunicatur, & ab Eccleſia pellitur, uti teſtatur Irenæus lib. 1. aduerſus hæreſes cap. 28. & libro 3. cap. 4. Et quia* Irenæus. *Cerdo iam fidem amiſerat, quia ter, vel quater relapſus erat, & ſæpe palinodiam cantauerat; ideo nullus ei amplius credebat; quare Roma digreditur in partes Orientis, & in itinere conſtituitur anno ſalutis 171. ſub Aniceto Papa, et Martyre, & Marco Aurelio Romanorum Imperatore a Dæmone ſuffocatur, & miſerrime moritur, cuius anima in Inferno ſepelitur, uti Nicephorus tradit lib. 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 3.*

Acta Apellis.

APelles verò docet Chriſtum ſuam carnem ſumpſiſſe ex elementis, quam reſurgens mundo reddidit, & ſic docet Chriſtum ſine corpore aſcendiſſe in cęlũ; Qui fuit Ponticus ex Vrbe Sinope ſatis illuſtribus parentibus, & fuit Philoſophus Stoicus, et diſcipulus Marcionis, & anno ſalutis 146. ſub Teleſphoro Papa, & Martyre, & Antonino Pio Romanorum Imperatore uenit Romam, ubi ſe hereſiarcam manifeſtauit; uti refert Tertullianus lib. 1. de præſcript. cap. 51. & poſtquam Apelles Tertull. *in carnem ſuam lapſus eſt, a Marcione ſegregatus eſt, & in patriam reuerſus, multas blaſphemias adinuenit, & docuit; legem, & Prophetas repudiabat, ſolo utebatur Apoſtolo, non tamen in toto; habebat inſuper priuatas, & extraordinarias lectiones cuiuſdam dicta Philumene, quam ſecum ſemper ducebat, amoreque libidinoſo proſequebatur, ac ea carnaliter pro libito utebatur; erat enim puella nimis ſpecioſa, inhoneſta tamen, ac Dæmone agitata, quam Apelles dicebat eſſe ſuam Prophetiſſam diuinitus inſpiratam; quare ductus uehementiſſimo amore huius ſemper in poſtribulo*

Digitized by Google

ſecum manebat, & hinc factum eſt; ut ibi magna cum honoris ſui infamia, & quod peius eſt, cum perpetuo animæ detrimento mortuus ſit, vti teſtatur D.Aug. *D. Auguſtinus libro de hæreſibus, ad quod vult Deum cap. 24. & Euſebius libro ſuo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 13.*

Priſcillianus vero, de quo titulo Anima hæreſi 9. dictum eſt. Et Manes de quo hæreſi 4. eiuſdem tituli dictum eſt, docent Chriſtum non fuiſſe verum hominem, ſed phantaſticum.

Acta Apollinaris filij.

HVic denique adhæſit Apollinaris filius, qui patre fuit Aegyptius & ex Alexandria, matre verò Syrus, & in Laodicea ciuitate natus habetur; nam pater eius accepit vxorem de gente Laodicea, vti teſtatur Irenæus lib. 3. aduerſus hæreſes cap. 4. & ibi nidum faciens filios procreauit, inter quos fuit iſte Apollinaris, qui fuit a Gregorio Epiſcopo Laodiceo vnà cum Patre excommunicatus ob nimiam familiarem conuerſationem, quàm cum Epiphanio tunc temporis inſigni ſophiſta habebant, & tunc Apollinaris legebat Laodiceæ Rethoricam, & in multos errores cecidit; quare anno ſalutis 371: a Damaſo Papa, in Concilio Romæ congregato damnatur, & excommunicatur, & vt ab omnibus vitetur hæreſiarca declaratur; Qui Apollinaris filius habuit in litteris diuinis praeceptorem D.Hier. *D. Hieronymum, & multa, & egregia opera antequam apoſtataret (erat enim lucerna ardens in Eccleſia) ſcripſit, at poſt ſenſibus ductus, nolens ſuo ſuperiori obedientiam præſtare in Dæmonum manus cecidit; quare anno ſalutis 380. ab hæreticis eligitur Pſeudo Epiſcopus Laodiceæ ſub Damaſo Papa, & Valentiniano Romanorum Imperatore; ita poſt multa perpetrata ſcelera, & poſt multos Chriſti fideles ſeductos anno ſalutis 390. ſub Syricio Papa, & Valentiniano, & Theodoſio Imperatoribus Romanis excommunicatus mortuus eſt, vti Socrates tradit lib. 5. Hiſtoriæ tripartitæ cap. 44.* Socrat.

COnuincitur igitur hæreſis, & licet ſupradicti hæretici diuerſis vijs incedant, tamen ad vnum, & eundem finem tendunt, ſcilicet Chriſtum fuiſſe verum, & perfectum hominem non tamen eiuſdem naturæ nobiſcum: contra hos omnes igitur primo ponimus tale fundamētum, ſcilicet veritatem humanæ naturę conſiſtere in corpore, & in anima hoc fundamento iacto, ſic hoſtes noſtros aggredimur: legitur enim Matth. Matth. 1. cap. 1. & in eo habetur Chriſti generatio ex ſemine Dauid, ſiue Abrahæ, Rom. 1. & Paulus ad Rom. 1. vocat Chriſtum ſemen Dauid ſecundum carnem; ergo veram habuit naturam humanam, nam ſemen Abrahæ non eſt ſecundum diuinitatem, nec de cœlo traxit eius corpus, ſed eſt ſecundum veram humanitatem; quare ſi Chriſtus veram non habuit carnem, vt dixit Cerdon, aut carnem phantaſticam, vt Manicheus mentitus eſt, aut

de

Digitized by Google

de cœlo traxit, vt ſomniauit Valentinus, aut de elementis, vt fabulatus eſt Apelles: quomodo Chriſtus erit ex ſemine Dauid, & Abrahę; ſi carnem non habuit ab illis deriuatam? Quare ò impij, vti legitur Lucæ 1. Luc. 1. quando aït Angelus Mariæ, *Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum*; filius enim ſubſtantiam carnis à matre accipit, alioquin nec de ea naſci diceretur, nec filius eius vir euocaretur, quod clarius hoc nobis docet D. Paulus ad Gal. 4. ibi. *At vbi venit plenitudo temporis miſit* Gal. 4. *Deus filium ſuum factum ex muliere*, & ſi factus eſt ex muliere, ergo non ex cœleſti materia, aut ex adunatione elementorum, taceant ergo impij Cerdon, Manichæi, & Priſcillianus, & valeant iniqui Valentinus, & Apelles, omneſque in ſterquilinio ſepeliantur.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in primo Concilio generali Nicæno ſub Conc. Nic Syluestro Papa, & magno Conſtantino Romanorum Imperatore, anno ſalutis 325. celebrato 318. Patrum in Symbolo. Et in Conſtantinopolitano II. generali ſub Damaſo Papa, & Theodoſio ſeniore Romanorum Imperatore anno ſalutis 381. celebrato 150. Patrum pariter in ſymbolo hanc ſub anathemate damnat, dicens: *Et incarnatus, & homo factus eſt.*

Contra hanc hæreſim ſcripſit D. Ambroſius librum de Sacramento D. Ambr. Dominicæ incarnationis; & B. Athanaſius librum de Verbi incar- Athan. natione, in quo duas Chriſti naturas oſtendit.

Hæreſis Tertia.

Docet hæc hæreſis, quod ſicut in Chriſto ſunt duæ naturæ, ita ſunt duæ perſonæ, nec vnum Chriſtum eſſe in his duabus naturis, ſed ſeparatim, alterum eſſe filium Dei, alterum filium hominis, quare Mariam Virginem non Dei, ſed hominis tantum matrem dicit.

Acta Neſtorij.

Auctor fuit Neſtorius ex Germanicia Vrbe Syriæ ortus; nam litteris a pueritia deditus multum in eis profecit, & Antiochiæ ſtuduit; ſic magnum nomen in Eccleſia Dei accepit, quare cum ad annos diſcretionis perueniſſet factus eſt Monachus ex inſtituto ſancti Baſilij, deinde ſacerdos ordinatus cum Eccleſia Conſtantinopolitana paſtorem non haberet clerus, ac populus cognoſcens prudentiam, facundiam, doctrinam, ac ſanctitatem Neſtorij eum in Epiſcopum elegit, ideo ſtatim ordinatus (nam ordinatus fuit anno ſalutis 428. quarto idus Aprilis) orationem in Eccleſia habuit coram Imperatore Theodoſio iuniore, eum aduerſus hęreticos commouens, & ſic dicens (vti refert Caſſianus lib. 7. de incarnatione) Caſſian. mihi ò Imperator terram hæreticis purgatam tribue, & ego tibi cœlum retribuam; *quare apud Cæleſtinum I. Papam multi Orientales Epiſcopi, & præcipue Cyrillus Alexandrinus vitam eius, mores, & doctrinam*

nam

nam ſummis laudibus extulerunt: nec diù tamen durauit; nam infœlix ſubito ex paſtore effectus eſt lupus, & Chriſti gregem dilacerare cępit, & multarum hæreſum inuentor, & reſtaurator fuit. Fertur enim inter alias hæreſes renouaſſe illam Pauli Samoſateni; nec mirum, nam eius nepos fuit, vti Suidas teſtatur: Et in diſſeminandis ſuis erroribus vſus eſt miniſterio cuiuſdam Anaſtaſij presbyteri ſectatoris dogmatum Iudęorum; qui cum veniſſet vnà cum eo Conſtantinopoli in Antiochiam ei in omnibus ſemper Cyril. Ale. *fuit conſiliarius, vti Cyrillus Alexandrinus ad Cæleſtinum Papam ſcripſit; anno verò ſalutis 430. Neſtorius vt ſe (fictè tamen) expurgaret miſit Cæleſtino Papæ litteras cum alijs ſcriptis per Antiochum virum illuſtrem, & ſub eodem tempore Cyrillus Alexandrinus per aduentum Romæ Poſſidonij Diaconi Eccleſiæ Alexandrinæ ſcripſit ſummo Pontifici, cumque fecit certiorem de Neſtorij malignitatibus, demum dicens, quod licet Neſtorij opinio eſſet omni ex parte execrabilis; tamen noluit eum a communione auferre, niſi prius ſummus Pontifex de ea re ſententiam pronunciaret, quod factum eſt; nam eodem anno a Cæleſtino Papa Neſtorius ab Eccleſia ſeparatur, & mandat Summus Pontifex Cyrillo, vt Concilium Alexandriæ celebret: & in eo Neſtorium damnet; Quod factum eſt: nam peracto Concilio Patres Concilij per duos Epiſcopos, & alios duos miniſtros* Conc. Alexandr. *Eccleſiæ Alexandrinæ miſerunt litteras Cæleſtini Papę Neſtorio cum decreto Concilij ipſius damnationis, niſi intra terminum decem dierum reſcipuerit, ac ei miſerunt duodecim capitula contraria duodecim ſuis hæreſibus: aliaſque litteras Synodales miſerunt Clero Conſtantinopolitano; & Patribus Monachorum, vt Neſtorium exhortarentur ad pęnitentiam: ſic cum acceſſiſſent legati Conſtantinopolim vniuerſo Clero, & populo præſente in Eccleſia die Dominico litteras Neſtorio obtulerunt: & pariter Cyrillus per litteras particulares rogauit Neſtorium, vt ſententiam mutaret; at Neſtorius è contra curauit diffamare Cyrillum vbique locorum, accuſans eum (at falsè) de hæreſi. Itaque Celeſtinus Papa videns tot inconuenientia in Eccleſia Orientali, quorum in cauſa erat Neſtorius anno ſalutis 431. mandat congregari in Epheſi ciuitate Concilium generale; hocque audiens Neſtorius Epheſum venit, & non ſinebat omnibus vijs quærere, vt Epiſcopi venirent in ſuam opinionem. Congregato igitur Concilio Neſtorius in Concilio citatur, qui venire recuſauit; manebat tamen prope Epheſum ſeditiones faciens: ideo a Concilio damnatur, deponitur, & eius ſcripta comburi iubet; quare vnà cum Ioanne Antiocheno quærebat omnia turbare, & Imperatorem falſis relationibus ſeducere; at fraudibus detectis tum ab Imperatore mandatur illum è Diœceſi Epheſina recedere, & alium Epiſcopum in eius locum Conſtantinopoli ordinari: quod factum eſt, nam octauo die Nouembris de ſupradicto anno quidam Maximinus Monachus S. Baſilij, ac Sacerdos Epiſcopus Conſtantinopoli in locum Neſtorij eſt conſecratus. Neſtorius autem ex Imperatoris conceſſione manſit in Monaſte-*

rio

Digitized by Google

rio S. Euprepij prope Antiochiam per quattuor annos; expectabatur enim eius pœnitentia; tamen magis hæreſes auxit, & alia impia ſcripta produxit, ac promulgauit; quare anno ſalutis 435. iterum damnatur, & eius ſcripta Imperator iubet comburi, quod factum eſt tertio nonas Auguſti de ſupradicto anno: porrò exijt edictum ſub pœna vitæ, & confiſcationis bonorum omnium contra eos, qui auſi fuerint legere, aut apud ſe retinere Neſtorij ſcripta: quare anno ſalutis 436. iuſſu Theodoſij eijcitur a Monaſterio S. Euprepij, & in exilium Petras dictum deportatur. Erat autem Petras locus in Oaſena *Aegypto poſitus vti Soc. teſtatur lib. 7. cap. 33. qui multas infirmitates paſſus ob ſæpe mutata exilij loca demum ad extremas Thebaidis oras lingua tota vermibus exeſa, & toto computreſcente corpore miſerrimè migrauit ad diabolum anno ſalutis 437. ſub Sixto III. huius nominis Papa, & Theodoſio Iuniore Romanorum Imperatore.* Soc.

Acta Petri Gnafæi.

Q*Vem errorem defuncto Neſtorio ampliauit Petrus Gnafæus, ſiue fullo arte dictus, humilis genere (teſte Ioanne Damaſcenæ lib. 5. cap. 10.) qui fuit Monachus ex inſtituto S. Baſilij, ſed ob hæreſim Eutichianam è Monaſterio expellitur anno ſalutis 471. ſub Simplicio Papa, & Leone Romanorum Imperatore; poſtquam expulſionem conſtituitur ab Eutichianis presbyter S. Baſſę Martyris apud Chalcedonē, vbi erat natus, & educatus, vbi inquietus faciebat multas ſeditiones ſuſtentans hæreſim Eutichianam, & tantum fecit, vt eiecerit ab Epiſcopatu Antiocheno Martyrium Epiſcopum, & ſe conſtituerit illius Eccleſię pręſulem; qui deinde ab hęreticis confirmatus fuit, quod factum vt cognitum fuit ab Imperatore Leone in exilium relegatus fuit; at mortuo Leone anno ſalutis 474. in ſede reſtituitur a Zenone Imperatore, expulſo denuo Martyrio ſancto, & Catholico; tamen anno ſalutis 477. cognita a Zenone eius malitia iterum a ſede pellitur, & Martyrius reſtituitur: Ipſe verò Petrus non ſinebat perturbare Eccleſiam, & palam hęreſes ſuas facere; ideo anno ſalutis 484. Romę a Felice III. Papa damnatus fuit; quare fugiens a patria profectus eſt in inſulam Cypri, vbi magna cum audacia ſua falſa dogmata diſſeminabat, cupiens ſibi ſubijcere illam Eccleſiam; tamen Deo permittente anno ſalutis 486. ſub eodem Felice III. Papa, & Zenone Romanorum Imperatore moritur, ſic ex hac vita, licet ſerò (nam ſeptuagenarius erat) ad tremendum diuinę iuſtitię tribunal vocatus eſt; vbi iudicatus fuit, & ſeueriſſimè in eum lata eſt ſententia damnationis.* Io. Damaſ.

COnuincitur igitur hæreſis nam legitur Ioan. 3. *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlis*; ex quibus verbis vtraque natura in vna perſona exprimitur quoniam cum ſe Ioan. 3.

filium

filium hominis dicat, de cœlo tamen ſe deſcendiſſe aſſerit; nam ſecundum naturam diuinam a Patre, qui in cœlis eſt originem trahit, & ſecundum humanam ad nos ſe inclinauit, carnem ſumens de Virgine

Philip. 3. Maria, & legitur ad Philip. 3. *hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui cum in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo*, ſic certum eſt illud pronomen, qui relatiuum vnam tantum Chriſti perſonam referre, non autem duas; nam eſſet numeri pluralis, & verbum illi reſponderet numeri pluralis, & ſubiungens Paulus dicit, *& ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis*: tunc enim oportebit dicere natura diuina mortem ſuſtinuit, quod aperta eſt blaſphemia; vt autem omnia hæc incommoda euitemus, neceſſarium eſt fateri ſecundum veram fidem duas eſſe naturas in Chriſto in vnitate vnius perſonæ; quæ perſona iuxta naturam diuinam æqualis eſt Patri ſecundum quam ait Ioan.

Philip. 3.

Ioan. 10. 10. *Ego, & Pater vnum ſumus*, & ſecundum naturam humanam minor

Ioan. 10. eſt patre, ſecundum quam etiam ait Ioan. 10. *Pater maior me eſt*. Secundum naturam diuinam eſt immortalis, ſecundum quam ait Ioannis 14.

Ioan. 14. *Ego ſum reſurrectio, & vita*, ſecundum humanam *factus eſt obediens vſ-*

Matth. 26. *que ad mortem*, vti legitur Matth. 26. Denique vna tantum ratione agam contra Neſtorium, & peto ab eo, an credat filium Dei incarnatum fuiſſe, an prorſus neget? ſi neget filium Dei incarnatum contradicit Io-

Ioan. 1. anni cap. 1. *& Verbum caro factum eſt*, & Sacroſancto Concilio Niceno

Conc. Nicæn. I. generali dicenti in ſymbolo, *Qui propter nos, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus, & homo factus eſt*, ſi vero (vti decet) concedit: ipſo incarnationis nomine duas innuit aperte naturas; vnam, quæ incarnata eſt, & aliam, qua incarnatus eſt, vt igitur filius Dei incarnatus dicatur, oportet vt filius Dei carnem in ſe habeat, quod ſi alia eſſet perſona carnis, alia deitatis, nullo pacto poſſet dici incarnatus, nunquam enim aliquid dicitur tale per qualitatem exiſtentem in alia perſona v. g. quis tam demens, vt dicat Petrum album per qualitatem exiſtentem in Andrea? ſic etiam fieri non poteſt vt filius Dei dicatur incarnatus propter carnem exiſtentem in alia perſona, ſed propter carnem quam habet ſibi vnitam in vnitate ſui ſuppoſiti.

Concil. Epheſ. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Epheſino generali III. anno ſalutis 431. ſub Cœleſtino I. Papa, & Theodoſio iuniore Romanorum Imperatore 200. Patrum Neſtorium cum ſequacibus, ac cum omnibus ſuis erroribus maledixit, & hanc aſſertiorem præcipuè in Can. 4. ſub anathemate damnauit.

B. Cyrill. CONtra hanc hæreſim ſcripſit præcipuè, & doctiſſimè Beatus Cyrillus Alexandrinus librum de recta fide ad Theodoſium Imperat.

Hæreſis Quarta.

H*Aec hæreſis eſt præcedenti oppoſita, & docet in Chriſto ſolum eſſe vnam naturam, & vnam tantum perſonam ſcilicet diuinam.*

Acta

Digitized by Google

Acta Eutichetis.

AVctor fuit Eutiches Conſtantinopolitanus, qui ab adoleſcentia factus eſt Monachus ex inſtituto S. Baſilij in quodam Monaſterio Conſtantinopoli; deinde anno ſalutis 448. ſub Leone I. Papa, & Theodoſio iuniore Romanorum Imperatore factus eſt Archimandrita, & Abbas eiuſdem Monaſterij, & eodemmet anno innotuit hereſiarca peſſimus, & fraudolentus, cuius hereſes cum Flauianus Epiſcopus Conſtantinopolitanus (iuſſu tamen Leonis I. Papę) unà cum Eutichete damnaſſet, eumque presbyteratu, ac Monaſterij adminiſtratione priuaßet, & ita, more maiorem, litteris certiorem faceret Summum Pontificem Romanum; euenit, vt annuente Imperatore Theodoſio iuniore Epheſi congregaretur Synodus, in qua pręſidente Dioſcoro eadem hereſi infecto, Flauianus damnatur, & Eutiches reſtituitur, quæ Synodus tanquam maledicta, quia ſine conſenſu Summi Pontificis congregata fuit damnatur: quare per Legatos Summi Pontificis congregatur anno ſalutis 451. Conc. Conſtantinopoli ſub Leone I. Papa, & Martiano Romanorum Imperatore, in quo tale Epheſinum Concilium maledicitur; uti etiam de eodem anno Eutiches cum ſuis erroribus ac ſequacibus damnatus fuit in Concilio IV. Chalcedonenſi generali; itaque Eutiches pertinax anno ſalutis 460. ſub Leone I. Papa, & Leone Romanorum Imperatore apoſtata moritur in quodam vico apud Conſtantinopolim, & in ſterquilinio ſepelitur, vti Volaterranus refert. Conc. Calcedon. Volaterr.

Acta Dioſcori.

HVic hæreſi deinde adhæſit Dioſcorus Aegyptius Alexandriæ ortus, & Diaconus ac apocryſarius Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ; qui anno ſalutis 439. mouet quæſtionem de ſubiacendis Epiſcopo Alexandrino omnibus Eccleſijs Orientis, & quia cauſa irrationabilis erat, ideo quęſtio ſub ſilentio ponitur: hoc ideo fecit Dioſcorus motus ambitione; nam aſpirabat aſcendere ad talem Epiſcopatum, vti fecit, nam poſt Cyrillum electus fuit Epiſcopus Antiochenus anno ſalutis 444. ſub Leone I. Papa, a quo & confirmatur, & ſub Theodoſio iuniore Romanorum Imperatore, itaque adepto Epiſcopatu fingebat ſe eſſe Catholicum, & ſub ouina pelle multos ſeducebat, & quod peius fuit ita oppreſſit hæredes Cyrilli, & Clericos ab eo ordinatos ſine cauſa rationabili depoſuit, ita vt coacti ſint heredes Cyrilli, & Clerici ab eo ordinati diſcedere ab Alexandria; præſedit etiam iniquus Dioſcorus Concilio apud Epheſum habito anno ſalutis 449. iuſſu Theodoſij iunioris, quod maledictum eſt, quia ſine conſenſu Papæ celebratum fuit, & poſt peractum Epheſinum concionabulum ſtatim reuerſus eſt Alexandriam, vbi horrenda temeritate, & præſumptione excom-

municauit Leonem Papam; quare anno ſalutis 452. celebratum fuit IV. Concilium Generale per legatos Apoſtolicos in ciuitate Chalcedonenſe, in qua Dioſcorus temerarius damnatur, & poſt Concilij abſolutionem iuſſu glorioſiſſimi Imperatoris Martiani relegatur Gangram in Paphlagonia, & militari manu catenatus illuc ductus fuit, & vix eò peruentus pre anguſtia, & dolore animi infelix diem extremũ clauſit, animamq. diabolo tradidit.

Acta Acephalorum.

H*Anc etiam tutati ſunt Acephali hæretici ſic dicti, quia profitebantur viuere cum omni libertate ſine capite, & Epiſcopo, & floruerunt anno ſalutis 494. ſub Symacho Papa, & Anaſtaſio Romanorum Imperatore, & ſic cæperunt nominari præcipuè publicè poſt abſolutionem Concilij IV. generalis Chalcedonenſis, quorum decreta falſis prætextibus noluerunt recipere.*

Acta Seueri.

H*Orum Acephalorum principalis hæreſiarca fuit Seuerus natione Antiochenus, qui ex Mago, & Laico factus eſt Monachus ex inſtituto S. Baſilij, tamen doloſus, & fraudolentus imitator Eutichetis, & contra voluntatem Symachi Papæ anno ſalutis 513. eligitur ab Eutichianis Pſeudo Epiſcopus Antiochenus auxilio Anaſtaſij Imperatoris: tandem eius impietas detecta vbique locorum, & ab omnibus Concilijs rite congregatis damnatur; vti etiam ab Hormiſda Papa: & a Iuſtino Imperatore Romanorum iubetur Seuerum ſeditioſum in Eccleſia Dei puniri præciſione linguæ, quod vt audiuit edictum aufugit & pœnam vitauit, anno ſalutis 519. ſub Hormiſda Papa, nec per hoc ſeditiones reliquit: immo eodem anno perſuadet Antimio Epiſcopo Conſtantinopolitano, vt potius Epiſcopatum relinquat; quam hæreſim deſerat, quare vagabundus carnalem vitam ducebat falſa dogmata diſſeminans, ac ſimplices ſeducens itaque anno ſalutis 536. ab Agapito Papa excommunicatur, & à Iuſtiniano Imperatore in ſolitudinem relegatur; ibique miſerrime moritur, & in Inferno ſepelitur: cuius libri iuſſu Summi Pontificis, ac brachio, & auctoritate glorioſiſſimi Iuſtiniani Romani Imperatoris Antiochiæ publicè combuſti ſunt.*

COnuincitur igitur hæreſis, & primo dico quod hæc maligna opinio debet etiam dicere diuinitatem in Cruce paſſam, & quis hanc im-
Malach. 3. piam blaſphemiam ſuſtinebit? nam legitur Malach. 3. *Ego Deus, & non mutor*. Si non mutatur neceſſe eſt, vt aut ſemper patiatur, quod ſumma
1. Petr. 4. eſt malignitas; nam vti legitur in Epiſtola 1. Petri cap. 4. *Paſſus eſt Chriſtus*

Digitized by Google

ſtus in carne, non in deitate; aut nunquam doleat, & patiatur, nam ſemel
gaudens, deinde dolens mutatur; Chriſtus igitur paſſus eſt pro nobis in
carne, & ſic ſecũdum humanitatem, naturam igitur humanam habuit,
& veram vti hæreſi 1. probatum eſt huius tituli, quod confirmatur per
ea quę ex D. Paulo 2. Cor. 13. habentur, quando dicit, *An experimentum* 2. Cor. 13.
quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? qui non infirmatur, ſed potens eſt
in nobis, nam etſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute Dei;
Chriſtus igitur paſſus, & mortuus eſt, ſed ex noſtræ humanitatis infir-
mitate, quare veram habuit naturam humanam valeat itaque canum
latratus.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio generali III. Epheſino anno Concil. E-
ſalutis 431. celebrato ſub Cœleſtino I. Papa, & Theodoſio iuniore Ro- pheſ.
manorum Imperatore 200. Patrum cap. 13. ſuorum decretorum circa
finem ſic ait. *Sic illum dicimus paſſum eſſe, & reſurrexiſſe, non quia Deus*
verbum in ſua natura paſſus ſit, aut plagas, aut clauos, & transfixiones, aut
alia vulnera ſuſceperit (Deus namque incorporalis, & extra paſſionem eſt)
ſed quia corpus illud, quod ipſi proprium factum eſt, hoc ſuſtinuit. Et in Con
cilio IV. generali Chalcedonenſi, anno ſalutis 452. celebrato ſub Leone Conc. Cal
I. Papa, & Martiano Romanorum Imperatore 630. Patrum ait: *Eccleſia* ced.
conſentientes ſanctis Patribus vnum eundemq; filium confiteri Dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum conſona voce docemus, pariter perfectum eundem
in deitate Deum, & hominem eundem ex anima rationali, & corpore ſecun-
dum diuinitatem vnius cum Patre naturæ, ſecundum humanitatem eundem
vnius naturæ nobiſcum, per omnia ſimilem nobis abſque peccato, & infra
hunc vnum eundemq; Chriſtum filium Dei vnigenitum in duas naturas in-
diuiſè, immutabiliter, inſeparabiliter cognoſcendum: in nullo naturarum
differentias propter vnitatem perimendas, magis autem ſalua vtriuſque na-
turæ proprietate, & in vna coeunte perſona, vnaq; ſtatu concurrente, non in
duabus perſonis partiendum, vel diuidendum, ſed vnum eundemq; filium
vnigenitum Deum verum Dominum Ieſum Chriſtum. Et denique in Con- Conc. Hi-
cilio Hiſpalenſi II. ſub Bonifacio V. Papa, à quo & confirmatur, & ſic ab ſpal.
Eccleſia recipitur, & Heraclio Romanorum Imperatore, anno ſalutis
624. celebrato octo tantum Epiſcoporum prouinciæ, cui præfuit S. Iſi-
dorus, ac ſubſcripſit, cap. 13. ſuorum decretorum, ſic ait: *Ergo ſicut im-*
maculata fides, & ſancta Dei Eccleſia docet, confitemur Dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum in temporaliter ex Patre Deum natum, temporaliter verò
ex vtero glorioſæ Virginis Mariæ hominem editum: & ob hoc in vna exi-
ſtente perſona duas naturas habentem: deitatis, qua ante ſæcula genitus, &
humanitatis, in qua diebus vltimis editus eſt: in illa ſecundum formam Dei,
in iſta ſecundum formam ſerui exiſtens: in illa patri æqualis manens, in iſta
ſine peccato ſimilis noſtræ conditioni: in illa inuiolabilis, in iſta paſſibilis.

Hæreſis Quinta.

Docet hæc hæreſis Chriſtum ſolum corpus non animam habuiſſe.

Digitized by Google

D.Auguſt. *AVctor fuit Arrius, de quo hæreſi 1. huius tituli dictum eſt, vti teſtatur D. Auguſtinus lib. de hæreſibus ad quod vult Deum c.49. Quæ deinde fuit ſuſcitata ab Apollinari filio, de quo hæreſi 2. huius tituli dictum eſt.*

REmanet hæc hæreſis expurgata ex confutatione ſecundæ hæreſis huius tituli; nam ſi Chriſtus verum, & non phantaſticum corpus habuit, & veram naturam humanam, quia ex ſemine Abraham, ergo & veram etiam habuit animam, ſine qua perfectus homo eſſe non poteſt; Matth.26. additur tamen quod Chriſtus paſſioni vicinus Matth.26. dixit: *Triſtis* Ioan.10. *eſt anima mea vſque ad mortem*, & Ioan.10. *Animam meam pono pro oui-* Luc.2. *bus meis*, & quod Chriſtus habuerit animam rationalem legitur Luc.2. *Ieſus autem proficiebat ſapientia, & ætate*, quod & ſi profecit certè nullus negabit eum non profeciſſe ſecundum animam rationalem.

Conc.Ro. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Romæ habito, anno ſalutis 382. ſub Damaſo Papa, & Gratiano Romanorum Imperatore, cui interfuere infiniti Patres, tum Orientales, tum Occidentales, & præcipuè D. D.Hiero. Hieronymus à Damaſo vocatus, vt ei inſeruiret in Synodalibus reſpon- D.Ambr. ſionibus, ac D. Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis; hanc aſſertionem Concil. Epheſ. ſub anathemate damnauit. Et in Concilio Epheſino generali III. anno ſalutis 431. celebrato ſub Cæleſtino I. Papa, & Theodoſio iuniore Romanorum Imperatore, cap.13. ſuorum decretorum, ait: *Non enim dicimus, quod Dei natura conuerſa, vel immutata ſit, ſed magis, quod carnem animatam anima rationali ſibi copulauerit, verbumq; ſubſtantialiter, & ineffabiliter factus ſit homo.*

D.Ambr. COntra hanc hæreſim ſcripſit D. Ambroſius libro de Incarnationis Dominicæ Sacramento, cap.7.

Hæreſis Sexta.

DOcet hæc hæreſis vnam ſolum in Chriſto eſſe voluntatem nempè diuinam.

Acta Macharij.

AVctor fuit Macharius Syrus, & Antiochiæ ortus, ob cuius vitæ & doctrinæ merita ab Agapito Papa anno ſalutis 678. conſecratus fuit Epiſcopus Antiochenus, nec multo poſt detegitur ſignifer hæreſis Monothelitarum; Quare anno ſalutis 680. ſub eodem Pontifice, & Conſtantino Pogonato Romanorum Imperatore celebrata fuit Synodus ſexta generalis Conſtantinopoli vbi fictè Macharius interfuit aſſentiendo omnibus Concilij diffinitionibus; tamen poſt in ſexta actione Concilij palam detectus fuit Eccleſię inimicus, quare a Patribus Concilij damnatur, eijcitur,

Digitized by Google

eijcitur, & deponitur, & appellans Pontificem mittitur a Patribus in vrbem; quare anno ſalutis 683. cum eſſet Romæ, & obſtinatus permaneret in ſua opinione a Leone II. Papa retruditur in quodam Monaſterio, ibique moritur.

REmanet hæc hæreſis ſatis confutata ex confutatione ſecundæ hæreſis huius tituli, nam ſi in Chriſto, vti probatum eſt, ſunt duæ naturæ, ergo & duæ voluntates: inſuper additur, quod legitur Ioan. 5. *Venit Ieſus in partes Tyri, & Sidonis, & ingreſſus domum, neminem voluit ſcire, nec potuit latere.* Quomodo non potuit latere, nonnè voluntas diuina omnipotens eſt, ergo dicendum quod ſecundum humanitatem non potuit latere, cum voluit, & paſſioni proximus legitur Luc. 22. quod dixit: *Pater ſi vis transfer calicem iſtum à me. Veruntamen non mea, ſed tua voluntas fiat*, & ad Philip. 2. *factus eſt obediens vſque ad mortem*, ex quibus clarè habetur in Chriſto eſſe voluntatem humanam; ſecundum enim diuinam voluntatem erat Patri æqualis, ſic nec ei ſubiectus erat; ideò ſecundum voluntatem humanam ſubijciebatur Patri. Ioan. 5. Luc. 22. Phil. 2.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Sexta Synodo generali in Trullo celebrata 290. Patrum, anno ſalutis 680. ſub Agathone Papa, & Conſtantino Pogonato Romanorum Imperatore, die 7. menſis Nouemb. ſeſſ. 17. vbi profertur Symbolum Athanaſij quod Dominicis diebus in Eccleſijs publicè cantatur, in quo habetur in Chriſto duas eſſe voluntates, ſcilicet diuinam, qua æqualis eſt Patri, & humanam, qua factus eſt obediens vſque ad mortem.

Hæreſis Septima.

H*Aec hæreſis eſt Deo nimis ingrata; docet enim non Chriſtum, ſed Simonem Cyreneum Cruce angariatum fuiſſe crucifixum.*

Acta Baſilidis.

A*Vctor fuit Baſilides Aegyptius ex Alexandria ortus, qui anno ſalutis 65. ad fidem conuerſus eſt, tamen exemplo Simonis Magi ductus apoſtatauit, & factus eſt Simonis perfectiſſimus diſcipulus, & hanc hæreſim ex perfida Simonis Magi doctrina deſumpſit, itaquę anno ſalutis 74. ſub Lino Papa, & Martyre, & Veſpaſiano Romanorum Imperatore peſſimus innotuit hæreſiarca; vti Epiphanius hæreſi 23. teſtatur, qui voluit diſcipulos ſuos vti incantationibus, & dæmonum inuocationibus in omnibus ſuis actionibus, vti etiam ipſe faciebat, multas impietates contra Chriſtum, & ſponſam eius Eccleſiam adinuenit, de quibus ſuis locis dicetur; anno verò ſalutis 120. ſub Euariſto Papa, & Martyre iam decrepitus 85. ſcilicet annorum Alexãdriæ moritur, ibique ſepelitur, relinquens* Epiph.

poſt

Digitized by Google

poſt ſe Iſidorum filium eius vnigenitum impietatis paternæ hæredem, vti Clem. Alexandr. *Clemens Alexandrinus teſtatur libro Stromat. 2. & 3.*

Huic adhæret perfidus Marcus, de quo titulo Baptiſmus hæreſi 2. dictum eſt; docens Chriſtum non verè, ac putatiuè paſſum eſſe.

CONuincitur hæc inſania breuiter, nam dimiſſis infinitis figuris veteris teſtamenti; ſufficiat clarum teſtimonium quattuor Euangeliſtarum de Chriſti paſſione, & nullus eorum dicit Cyreneum paſſum Matth. 27. eſſe; at ſolum crucem portaſſe, ſed Chriſtum paſſum eſſe; vti patet Mar. 15. Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23. & Ioan. 19. legitur etiam 1. ad Cor. 1. *Nos predi-* Luc. 23. *camus Chriſtum crucifixum*, & Acti Apoſt. legitur cap. 2. quod Petrus Ioan. 19. eo die, quo cum alijs accepit ſpiritum Sanctum, prædicabat populo 1. Cor. 1. Chriſtum crucifixum.

Act. 2. Conc. Hieruſal. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Hieruſalem congregato, anno ſalutis 41. ſub Petro Apoſtolo, qui Concilio præſidebat, & Caio Romanorum Imperatore; cui etiam interfuit, Paulus, Barnabas, & Lucas, qui eiuſdem Concilij acta deſcripſit, hæreſim hanc cum omnibus Simonis Magi erroribus damnauit.

Hæreſis Octaua.

HAec hæreſis, & ipſa eſt nimis Deo ingrata, docet enim nos non poſſe ſperare ſalutem neque in Chriſto, neque in eius corporali præſentia, neque in eius maieſtate.

Acta Baſſi.

AVctor fuit quidam dictus Baſſus Aegyptius, & Alexandriæ or- Philaſt. *tus (vti refert Philaſter libro ſuo de hæreſibus, & floruit anno ſalutis 120. ſub Euariſto Papa, & Martyre, & Adriano Romanorum Imperatore, qui Baſſus fuit vir humilis, ac infimo loco natus, ingenioque obtuſus, tamen a Dæmone inductus talem erroneam doctrinam diſſeminabat, ſimpliceſque, & idiotas (vti ipſe erat) decipiebat, perſeuerauit autem in hac falſa ſua opinione pertinax vſque ad mortem, vnde ſenio confectus, primo deficiens, ſepelitur in patria, anima tamen eius Diabolo traditur perpetuò crucianda.*

Hancque diu ſepultam ab inferis reuocauit Petrus Abailardus, de quo D. Bern. *titulo Beatitudo hæreſi prima dictum eſt, vti refert D. Bernardus Epiſtola ſua 90.*

Matth. 1. CONuincitur; nam legitur Matth. 1. *Paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum, & ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum*, & legi- Ioan. 3. tur Ioan. 3. *Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum.*

Digitized by Google

dum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum, denique Luc. 22. ipſe Chriſtus in vltima cœna dans corpus ſuum in cibum Apoſtolis dixit, *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur*, & calicem illis porrigens, dixit; *Hic eſt calix nouum teſtamentum in meo ſanguine, qui pro vobis effundetur*. Luc. 22.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in primis quattuor Concilijs generalibus, quæ D. Gregorius dicit venerari, vti quattuor ſancto Dei Euangelia, in Nicæno ſcilicet anno ſalutis 325. celebrato ſub Syluestro Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore 318. Patrum habentur in ſymbolo hæc verba: *Qui propter nos, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis*: Quæ eademmet verba habentur in Symbolo Concilij Conſtantinopolitani anno ſalutis 381. celebrati ſub Damaſo Papa, & Theodoſio ſeniore Romanorum Imperatore 150. Patrum. Et in Epheſino anno ſalutis 431. celebrato ſub Cęleſtino I. Papa, & Theodoſio iuniore Romanorum Imperatore 200. Patrum cap. 13. ſuorum decretorum habentur hæc verba, *Propter noſtram ſalutem naturam ſibi copulauit humanam*. Denique in Chalcedonenſi anno ſalutis 452. ſub Leone I. Papa celebrato, & Martiano Romanorum Imperatore 630. Patrum in Symbolo eademmet verba habentur: obmuteſcat igitur Baſſus, ſuamq; compeſcat ſuperbiam Abailardus. Conc. Nicæn. Conc. Cõſtantinop. Concil. Epheſ. Conc. Calced.

Hæreſis Nona.

Negat hæc hæreſis in Chriſto fuiſſe ſpiritum timoris Domini.

AVctor fuit Abailardus, de quo titulo Beatitudo, hæreſi prima dictum eſt, vti refert D. Bernardus Epiſtola ſua 190. D. Bern.

COnuincitur, legitur enim Eſaias 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini*: inſuper negans Abailardus in Chriſto ſpiritum timoris Domini, conſequenter etiam ab eo aufert veram charitatem, quæ eundem ſpiritum generat, nam legitur 1. Ioan. 4. quod *perfecta charitas foras mittit timorem*, & ibi eodem cap. legitur *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in illo*. Iſa. 11. 1. Ioan. 4.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Rhemenſi in Gallia, anno ſalutis 1148. Calendis Aprilis celebrato ſub Eugenio III. Papa, à quo confirmatur, & ab Eccleſia recipitur, & Conrado II. Romanorum Imperatore; omnes Abailardi errores damnauit. Conc. Remen.

Hæreſis Decima.

Docet hæc hæreſis Chriſtum fuiſſe lancea vulneratum viuentem.

AVctor fuit huius dementiæ Petrus Ioannis, de quo titulo Anima hæreſi prima dictum eſt, uti refert Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus. Gui. Car.

Breuiter

Digitized by Google

BReuiter conuincitur hic error, & primo miror de ignorantia Petri Ioannis, ne dicam de eius malitia cum enim confiteatur ſe legiſſe
Ioan. 19. Euangelium Ioannis, in hunc cadat errorem; legitur itaque Ioan. 19. *Cum autem ad Ieſum veniſſent, & eum iam mortuum vidiſſent, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis, & aqua: & qui vidit teſtimonium perhibuit, & verum eſt eius teſtimonium.*

Conc. Viẽnen. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Viẽnenſi anno ſalutis 1311. ſub Clemente V. Papa, & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore, celebrato 800. & amplius Patrum docuit Chriſtum poſt expirationem fuiſſe lancea vulneratum; quæ verba habentur in volumine Clementinarum de ſumma Trinitate, & fide Catholica.

Hæreſis Vndecima.

NEgat hæc hæreſis Chriſtum reſurrexiße, & docet aliquando reſurrecturum.

D. Aug. *MAgiſter huius erroris fuit carnalis Cerinthus de quo titulo Beatitudo, hæreſi ſecunda dictum eſt, vti refert D. Auguſtinus libro ſuo de hæreſibus.*

Matth. vlt. Marc. & Luc. vlt. Ioan. pen. 1. Cor. 1. Act. 1. BReuiter conuincitur hæc inſania ex claris verbis Matth. Marc. & Luc. cap. vlt. & Ioan. pen. vbi omnes hi vnanimes teſtantur Chriſtum reſurrexiſſe: inſuper ò inique, & perfide Cerinthe, vti dicit D. Paulus 1. Cor. 1. *Si Chriſtus non reſurrexit vana eſt prædicatio, & fides noſtra,* & Luc. Act. 1. probans Chriſti reſurrectionem dicit; *Quibus, & præbuit ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuam in multis argumentis, per dies 40. eis apparens, & loquens de regno Dei.*

Conc. Nicean. Denique Eccleſia Vniuerſalis in I. Concilio generali in Nicea ciuitate Bythiniæ celebrato 318. Patrum anno ſalutis 325. ſub Sylueſtro Papa, & magno Conſtantino Romanorum Imperatore, in Symbolo edito illius Concilij docet, *Et reſurrexit tertia die.*

Hæreſis Duodecima.

Docet hæc hæreſis Chriſtum aſcendiſſe in cęlum ſine carne.

D. Aug. *AVctor fuit Apelles, de quo hæreſi 2. huius tituli dictum eſt, uti refert D. Auguſtinus libro de hæreſibus.*

COnuincitur, nam ſi hoc ſomnium eſt verum, quis fuit ille, qui octaua die poſt reſurrectionem ſtetit in medio diſcipulorum ſuorum,
Ioan. 20. vti legitur Ioan. 20. diuinitas certè oculis corporeis nec tangi, nec videri poteſt, & cuius erant illę manuum cicatrices, & lateris vulnus? Quid ad

Digitized by Google

ad hæc dicet Apelles? & Luc.vlt. legitur, quod apparens Ieſus diſcipulis poſt reſurrectionem, turbati ſunt, & dixit eis: *Quid turbati eſtis palpate, & videte, nam ſpiritus carnem, & oſſa non habet ſicut me videtis habere,* & adhuc illis non credentibus dixit illis: *Habetis aliquid, quod manducetur? & illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, &c. (& cum manducaſſet ſumens reliquias dedit eis.* Quomodo ò inique Apelles Chriſtus hoc fecit ſine carne? Luc.vlt.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Epheſino generali III. 200. Patrum, anno ſalutis 431. celebrato ſub Cœleſtino I. Papa, & Theodoſio iuniore Romanorum Imperatore, cap. 13. hanc aſſertionem damnat. Concil. Epheſ.

TITVLVS CONCILIVM.

Hæreſis Vna.

CIrca hoc nomen vnam inueni hæreſim omnibus hæreticis communem; omnes enim hæretici detrahunt, quantum poſſunt authoritati Conciliorum, nam Arrius in Conc. Nicæno damnatus, dixit Concilium erraſſe: Neſtorius idem dixit de Epheſino: & Eutiches de Chalcedonenſi: & Ioannes Huſſ, videns Ioannem Vuiclephum damnatum in Conc. Conſtantienſi dixit Concilium erraſſe: Lutherus denique in principio ſuorum errorum, cum Concilium appellaſſet, timens ne ſua dogmata damnarentur, hoc aliud venenum ſuis falſis dogmatibus addidit; ſcilicet Concilium generale ritè congregatum poſſe in fide, & moribus errare, & ſic Conc. Conſtantienſe erraſſe in damnatione Ioannis Huſſ Bohæmus. Ego vero dico Concilia quæ in ſingulis prouincijs fiunt poſſe quidem errare, & de facto certe aliqua erraſſe, vti errauit Conc. Carthaginenſe octuaginta Epiſcoporum, cui interfuit Beatus Cyprianus definiens hæreticos ab hæreticis baptizatos eſſe rebaptizandos; verum licet aliqua Concilia prouincialia errauerint, hoc non obeſt toti Eccleſiæ, cum talis error per Concilij generalis definitionem corrigatur, vti teſtatur D. Auguſtinus lib. 2. contra Donatiſtas: de ſolis igitur Concilijs generalibus rite congregatis dicimus ea errare minime poſſe.

Conc. Nicæn. Concil. Epheſ. Conc. Calcedon. Conc. Cõſtantienſe. D. Aug.

COnuincitur itaque hæreſis, nam in Concilijs generalibus rite congregatis adeſt Spiritus Sanctus moderator, & rector, qui Patres in fide inſtruit: quare vti Spiritus Sanctus errare non poteſt, ita nec ipſa Concilia, quæ ab eo diriguntur. Quod autem Deus aſſiſtat Concilijs generalibus, legitur Matth. 18. *Vbi duo, vel tres fuerunt congregati in nomine meo ibi ſum in medio eorum.* Quod ſi hoc duobus, aut tribus in nomine Chriſti congregatis promittitur; quid putamus deinde fieri cum totum generale Concilium congregatur? Hoc etiam patet per acta Concilij Hieroſolymis ab Apoſtolis celebrati, vti legitur Act. 15. *Viſum eſt*

Matth. 18. Conc. Hieroſol. Act. 15.

Digitized by Google

Ioan. 14. *Spiritui Sancto, & nobis*, & legitur Ioan. 14. *Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis*: quæ verba ad totam, & Vniuerſalem Eccleſiæ dicuntur, vti legitur Matth. 18. *Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi*, cum Apoſtoli non ſint permanſuri in hac miſera vita vſque ad conſummationem ſęculi, & Matth. 16. veritas ait: *Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*, & Ioan. 14. *Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum*: Quare patet iſta verba eſſe referenda nō ſolum ad Apoſtolos, ſed etiam ad ſuos ſucceſſores vſque ad finem mundi. Concilium igitur generale ritè congregatum Eccleſiam Vniuerſalem repræſentat; ritè autem cōgregatur, cum congregatur authoritate ſummi Pontificis, ſine authoritate autem ſummi Pontificis Concilium generale celebrari non poteſt. Quare nec eſt mirum ſi multa hęreticorum Concilia errauerunt; quia ſine cōſenſu ſummi Pontificis celebrata ſunt, vt Ariminenſe ab hęreticis congregatum contradicente Liberio Papa; Conſtantinopolitanum ſub Gregorio III. Papa, & alia inſuper; ideo deinde maledicta fuerunt, tanquam non ritè congregata, nec oportet ad hoc vt Conc. dicatur generale, vt omnes Chriſtiani conuocentur, ſed ſolum illi, ad quos ſpectat docere, & regere, vti ſunt maiores Eccleſiæ, vt Epiſcopi, & alijs: nam legitur Act. 15. de Concilio Hieroſolymis congregato; quod ſolum in eo conuenerunt Apoſtoli, & ſeniores; & tamen quæ ibi determinata ſunt omnes receperunt; tanquam à Spirituſancto ordinata; nam legitur Act. eodem cap. *Viſum eſt Spirituſancto, & nobis*, taceant igitur ingrati hæretici Eccleſiæ ſuæ matris præcepta contemnentes.

Matth. 18. — Matth. 16. — Ioan. 14. — Act. 15.

Conc. Cōſtantienſe. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Conſtantienſi ſub Ioanne 24. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore anno ſalutis 1415. celebrato, 1000. Patrum, ſeſſ. 4. & 5. definiuit, quod, ſcilicet ipſa Synodus in Spiritu Sancto congregata legitimè Concilium generale facit, ac Eccleſiam militantem repræſentat, & poteſtatem habet immediatè à Chriſto, cui quilibet, etiam Papalis obedire tenetur.

Io. Roſen. Contra hanc hæreſim ſcripſit Ioannes Roſſenſis in opere, quod contra captiuitatem Babylonicam Lutheri fecit, in articulo 28. & 29. Io. de Turrecr. Scripſit etiam doctiſſimè Ioannes de Turrecremata in libro de ſumma Eccleſiæ.

TITVLVS COITVS.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen tres præcipue ortas hæreſes inueni. Prima concedit promiſcuum vſum fæminarum.

Digitized by Google

Acta Simonis Magi.

HVius primus *Auctor fuit (vti habetur ex lib. 3. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euſebij cap. 39.) Simon Magus Samaritanus de Vico, qui vulgo dicitur Gittoni. Anno enim ſalutis 35. cum Philippus Diaconus in Samaria prædicaret, tota fere ad Chriſtum conuerſa eſt, ſic etiam Simon a Philippo baptizatus eſt; non tamen diù durauit in ſua conuerſione; nam poſtquam intellexerunt Apoſtoli, quod Samaria accepiſſet verbum Dei, miſerunt ad illos Petrum, & Ioannem, vt eos confirmarent: & videns Simon Magus, quod poſt impoſitionem manus Apoſtolorum dabatur Spiritusſanctus; Simon Magus obtulit pecuniam Petro dicens, da & mihi hanc poteſtatem; tunc acriter reprahenſus fuit a Petro, qui ei dixit, vti legitur Act. 8.* Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam do- [Act. 8.] num Dei exiſtimas pecunia poſſideri; non enim eſt tibi pars, neque ſors in ſermone iſto, cor enim tuum non eſt rectum coram Deo, pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua. *Sic pro tunc Simon Magus quieuit: tamen poſtquam diſceſſerunt Apoſtoli, cœpit ſua prædicatione aduerſari prædicationi Apoſtolorum, quare a fide apoſtatauit, & factus eſt peſſimus hæreſiarca anno ſalutis 36. ſub Petro Apoſtolo: & Tiberio Romanorum Imperatore, & quærebat ſuadere Samaritanis ſe eſſe filium Dei, & magnam Dei virtutem poſſidere; vti teſtatur Irenæus lib. 8. aduerſus hære-* [Irenæus.] *ſes cap. 20. habuit varios ſectatores, & diſcipulos, vti Carpocratem, Baſilidem, Nicolaum Diaconum, & alios. Hic Simon fuit primus omnium hæreticorum, & a ſuis Samaritanis, & in proceſſu temporis etiam a Romanis, qui ei ſimulacrum erexerant, vti Deus colebatur; nam anno ſalutis 44. venit Romam, & ibi artibus Magicis operam dabat; audiens hoc Beatus Petrus zelo fidei motus, venit & ipſe Romam anno quarto Claudij Imperatoris, & cum ibi Euangelium Chriſti annunciaret, detegit maleficia Simonis Magi: Quare poſt obitum Claudij ſceleſtiſſimus Nero electus fuit Imperator, ſceleſtiſſimus Nero, cui Simon Magus fuit cariſſimus; nam Nero valde Magia delectabatur: quare, cum quadam die altercaretur Simon Magus de fide cum Petro, anno ſcilicet ſalutis 68. & coram Nerone Simon iactaret ſe eſſe magnam Dei virtutem, vt magis Neroni placeret promiſit ei volatum per aera, cui Nero fidem adhibuit, & ſic cuncto populo ſpectante a Dæmonibus eleuatus per aera volabat, at precibus D. Petri in terram cecidit, atque miſerè è vita diſceſſit, cuius anima a Diabolo in Inferno deportata fuit, perpetuò igne, & ſulphure crucianda.*

Huic etiam ſententiæ adhæſit Nicolaus Diaconus; de quo titulo Anima, hæreſi 4. dictum eſt.

Acta Menandri.

Quam etiam ſequutus eſt Menander, qui & ipſe fuit Samaritanus, natus in vico dicto Carparetaia, qui fuit ex primis Simonis Magi diſcipulis, qui & ipſe a Philippo Diacono conuerſus, & baptizatus fuit, tamen Simonis Magi veſtigia ſequutus in lacum miſeriæ ſecum deſcendit, ac deinde etiam multorum errorum inuentor fuit; inter alia docuit ſuos diſcipulos, & ſequaces eos numquam morituros; vti refert Iuſtinus Martyr in oratione ad Antoninum; floruit autem præcipuè anno ſalutis 74. ſub Lino Papa, & Martyre, & Veſpaſiano Romanorum Imperatore, & magiſtrum imitatus, iactabat ſe eſſe magnam Dei virtutem; itaque multos ſua Magia, ac falſa doctrina ſeducebat, & ad ſe, & ad Diabolum trahebat: Iam verò ſenex anno ſalutis 85. pertinax moritur ſub Eleto Papa, & Martyre, & Domitiano Romanorum Imperatore, & in Inferno cum Simone Mago ſepelitur.

Iuſti. Mar.

Acta Saturnini.

Hanc etiam aſſertionem tutatus eſt Saturninus, vel vt alij volunt Saturnillus Syrus Antiochiæ natus, & ipſe Simonis Magi diſcipulus, & Menandri condiſcipulus, vti refert Euſebius lib. 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 7. nam anno ſalutis 60. ſub Petro Apoſtolo innotuit peſſimus hæreſiarca, & imitator Simonis Magi, quare a ſequacibus anno ſalutis 74. ſub Lino Papa, & Martyre, & Veſpaſiano Romanorum Imperatore vi, contra Catholicorum voluntatem electus fuit Pſeudo Epiſcopus Antiochenus, vnde magis, ob Epiſcopalem dignitatem ſibi vſurpatam, fuit totius Syriæ, vel vt melius dicam totius Orientis Magiſter multarum hæreſum, vnde Orientales Eccleſias contaminauit Chriſtumque dilacerauit; quare pertinax perſeuerans vſque in finem vitæ ſuæ anno ſalutis 120. ſub Euariſto Papa, & Martyre, & Adriano Romanorum Imperatore, ætatis vero ſuæ 88. primo deficiens apud Antiochiam ſepelitur & vnà cum Simone Mago in Infernum à Diabolo deportatur.

Euſebius.

Hanc pariter amplexati ſunt Carpocrates, & Ebion, de quibus titulo Chriſtus hæreſi prima dictum eſt.

Cui etiam adhæſit Cerinthus, de quo titulo Beatitudo hæreſi ſecunda dictum eſt.

Huic etiam ſubſcripſit Cerdo, de quo titulo Chriſtus hæreſi ſecunda dictum eſt.

Quam tutatus eſt etiam Marcion, de quo titulo Baptiſmus hæreſi tertia dictum eſt.

Acta

Digitized by Google

Acta Florini.

HAnc etiam docuit Florinus quidam Romæ natus, & educatus ſatis nobilibus parentibus, qui anno ſalutis 165. ſub Pio I. Papa, & Martyre, & Marco Aurelio Romanorum Imperatore ad fidem conuerſus, & baptizatus eſt, ac paulopoſt etiam ab eodem Pio Papa Sacerdos conſecratus fuit: fuit enim deinde Florinus Beati Policarpi Martyris auditor unà cum Beato Irenæo, uti Irenæus ipſe teſtatur: anno tamen ſalutis 180. ſub Eleuterio Papa, & Martyre, & Marco Aurelio Romanorum Imperatore innotuit hæreſiarca, & infectus infami hæreſi Carpocratis; quare poſt factus eſt Magiſter, & inuentor multarum hæreſum, & inter alias hanc præcipue abhominabilem docuit, talem enim infamem introduxit in Eccleſia conſuetudinem: nimirum, ut Floriani (ſic eius ſequaces dicti) tam uiri, quàm mulieres: tam amici, quàm inimici, tam conſanguinei, quàm alieni in Eccleſia congregati poſt ſolis occaſum, clauſis ianuis, & extinctis lucernis, quas vellent mulieres promiſcuè acciperent. Moritur tandem hic infamis, & ſpiritus Infernalis anno ſalutis 196. ſub Victore I. Papa, & Martyre, a quo excommunicatus fuit, & Seuero Romanorum Imperatore, & in ſterquilinio ſepelitur, vti refert Euſebius lib. 5. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 15.

Acta Piccardi.

HAnc etiam auxerunt Adamitę hæretici in Bohęmia; quorum Dux fuit Piccardus quidam ex Belgica Gallia ortus, qui ab adoleſcentia, quia habebat patrem Vualdenſium lepra infectum, totus carnalitatibus deditus efficitur magiſter, & renouator nefandiſſimus hęreſis Adamitarum, quorum primus Dux fuit infamis Prodicus, qui è ſecta Carpocratis venit. Itaque impius Piccardus tam antiquis, quàm nouis ſectis applicatus, talem in Bohæmia publicauit hæreſim, vt ſcilicet omnes more primorum parentum nudi incederent; vocans ſe filium Dei, & Adam: plebem verò ad ſe attractam vocabat Adamitas, quibus Adamitis promiſcua connubia concedebat at de illius licentia: ita vt ſi quis vrente carnis libidine in aliquam adoleſcentulam exardebat, eam manu appræhendebat, & ad Piccardum ibat dicens, ſe illam appetere, quo a Piccardo audito illis dicebat, ite creſcite, & multiplicamini. (vti refert Aeneas Syluius libro de origine Bohæmorum) Qui Piccardus floruit anno ſalutis 1428. ſub Eugenio IV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore: anno verò ſalutis 1451. poſt multa nefanda ſcelera perpetrata ſub Nicolao V. Papa, a quo fuit maledictus: & Federico III. Auſtriaco Romanorum Imperatore, miſerè, dum in poſtribulo quodam manebat, & cum quadam fœmina impudica, Aen. Silu.

Digitized by Google

dica, & Dæmonibus plena rem haberet, moritur, cuius anima ad intimæ terræ loca a Dæmonibus fuit deportata: vbi ſine fine cruciabitur.

Vualdenſes etiam hanc magis obſcene, & nefande auxerunt; nam dixerunt vrente carnis libidine commixtionem carnis eſſe licitam tam inter mulieres, quàm inter viros, de quibus dictum eſt titulo Baptiſmus hæreſi 8.

Hanc denique tutati ſunt etiam quidam hæretici Fraticelli dicti, addentes, vrente carnis libidine quamlibet mulierem eſſe obligatam ad coeundum cum quocunque viro illam petente, & econtra.

Acta Hermani Ferrarienſis.

HOrum Fraticellorum Dux, & Magiſter fuit quidam Hermanus Italus Ferrariæ ortus, & lepra Vualdenſium infectus: & erat Sacerdos, & præpoſitus cuiuſdam Eccleſiæ diæceſis Ferrarienſis: & floruit anno ſalutis 1294. ſub Bonifacio VIII. Papa, & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore, qui ita a ſequacibus colebatur, vt pro ſancto haberetur; hanc verò conſuetudinem nefandam, & abhominabilem in Eccleſia introduxit: ſcilicet, vt eius ſequaces in principio vigiliarum in nocte ſurgerent ad Pſalmos cantandos, & finito Pſalmorum cantu luminaria extinguerentur, & tunc alte omnes commouebantur, vt maſculo coirent cum fœminis; quare deinde ſi ex copula infantuli naſcebantur occidebant eos, carneſque aſſabant, ac eas in cineres redigebant, quas in vaſculum conſeruabant ſuper eas vinum infundentes, ex quibus deinde nouitij hanc ſectam ingredientes conſecrabant. Auctor autem Hermanus animam diabolo tradidit anno ſalutis 1301. ſub eodem Bonifacio VIII. & apud Ferrariam in ſterquilinio ſepelitur, ibique per decem annos ſepultus manſit: deinde iuſſu Sacroſancti Concilij Viẽnenſis ſub Clemente V. anno ſalutis 1311. exhumatur, & eius oſſa igne concremantur, in cinereſque rediguntur, & in Padum proijciuntur. (Conc. Viẽnen.)

COnuincitur itaque hæreſis; nam Leuit. 18. & 20. prohibetur coitus cum beſtia, & Gen. 19. prohibetur coitus cũ maſculo; vti etiam hoc vitium deteſtatur a D. Paulo ad Rom. 1. & Leuit. 20. pariter prohibetur adulterium ſub pœna mortis, & 1. ad Corin. 5. tradit D. Paulus Sathanæ fornicatores, & ad Galat. 5. damnat omnia opera carnis cuiuſcunque generis ſint, taleſque homines carnales a regno cœlorum ſeparat dicens: *Qui talia agunt Regnum Dei non conſequentur.* Solus igitur coitus viri cum propria vxore eſt licitus iuxta Eccleſiæ determinationẽ. Demum ſi coitus eſſet licitus, eo modo, quo dicit Florinus ſequeretur ſæpe ſæpius, vt Pater cum filia, & mater cum filio, & frater cum ſorore coirent, quod natura abhorret, & lex humana damnat. (Leu. 18. & 20. Gen. 19. Rom. 1. Leuit. 20. 1. Cor. 5. Gal. 5.)

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Hieruſalem congregato, anno ſalutis 41. ſub Petro Apoſtolo, & Caio Cæſare, cuius Concilij acta (Conc. Hieruſalem.)

Lucas

Lucas deſcripſit hunc errorem cum omnibus alijs erroribus Simonis Magi damnauit. Auctoremque ab Eccleſia ſeparauit.

Hæreſis Secunda.

HAec hæreſis eſt præcedenti oppoſita damnatque omnem coitum; de qua titulo Nuptiæ dicetur.

Hæreſis Tertia.

HAec hæreſis docet carnalem coitum non eſſe peccatum bene oſculum.

AVctores ſunt Begardo infames, ac libidinoſæ Beguinæ, de quibus titulo Beatitudo hæreſi 4. dictum eſt.

COnuincitur; & primo quoad primam partem, ſcilicet coitum non eſſe peccatum dicimus ſatis conuinctam remanere ex dictis de hæreſi prima huius tituli, quo recurrat lector, quoad partem ſecundam, ſcilicet oſculum eſſe peccatum; dico quod non omne oſculum eſt peccatum; nam oſculum in ſignum pacis, & amoris (ſecluſà laſciuia) non eſt peccatum; oſculum verò directiuum ad coitum incitandum eſt peccatum; oſculum tamen directiuum ad carnem ſollicitandam inter coniugatos non eſt peccatum; immo eſt licitum vt debitum coniugale reddatur, & additur quod tale oſculum eſt actus virtutis, vti etiam coitus coniugalis; cętera verò oſcula extra vxoratos coitum excitantia peccata ſunt.

Et Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Viennenſi anno ſalutis 1311. celebrato ſub Clemente V. Papa, & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore 800. & amplius Patrum diuerſarum prouinciarum. Hanc aſſertionem vnà cum alijs erroribus Begardorum, ac Beguinarum, quæ loco ſeptimo ponitur, ſub anathemate damnat. Conc. Viẽnenſ.

TITVLVS CONFESSIO.

CIrca hoc nomen multas ortas hæreſes inueni quas ſimul omnes enumerabimus, ac confutabimus.

PRima docet confeſſionem à Deo minime inſtitutam, ac dicit eſſe humanum inuentum.

Digitized by Google

Acta Petri Oxomenſis.

AVctor fuit quidam Petrus Hiſpanus Oxomenſis Hiſpaniæ in Salmantina vniuerſitate Theologiæ profeſſor. Petrus igitur ab adoleſcentia ſe totum litteris Salamancæ dedit: ita vt in paruo temporis ſpacio euenerit Philoſophus celeberrimus, & Theologus profundiſſimus, ſic Sacris ordinibus initiatus habitum deferebat clericalem; atque magna habebatur veneratione; attamen anno ſalutis 1474. ſub Siſto IV. Papa, & Federico III. Auſtriaco Romanorum Imperatore detectus fuit hoſtis Eccleſiæ Catholicæ Romanæ accerrimus, ac ſuperbiſſimus hæreſiarca; nam nonnullas concluſiones hæreticas in lucem produxerat; quare a viris Sanctis, & pijs admonitus noluit emendari; immo magis, ac magis eas diſſeminabat, defendebat, nouaſque in dies producebat. His a Summo Pontifice Siſto IV. auditis, mandat Alphonſo Archiepiſcopo Toletano, ut Petro ad ſe cum ſocijs uocato, & acriter de erroribus repræhenſo, ſi emendari noluerit, nec hæreſes abiurare, & ita ad Eccleſiam piam matrem redire, eos ab Eccleſia eijciat, ac anathematizet; alijſque pęnis etiam corporalibus caſtiget. Quod Archiepiſcopus fecit prout ei a Summo Pontifice mandatum fuit. Itaque Archiepiſcopus Toletanus cum conſilio, & aſſiſtentia doctiſſimorum, & Catholicorum uirorum primo ſedens pro Tribunali libellum cum concluſionibus Petri in lucem editum declarauit hæreticum; ac concluſiones coram notarijs, & teſtibus maledixit, & librum comburendum mandauit, quem ſtatim promotor fiſcalis tradidit curiæ ſæculari. Petrus verò hæreſes omnes abiurauit, & humiliter veniam petens coram omnibus, libenter pro erroribus commiſſis pœnitentiam ſuſcepit, ac fidem Catholicam cum obedientia Sixti IV. tunc temporis Chriſti Vicarij profeſſus eſt anno ſalutis 1479. Imperio Romano tunc gubernante Federico ſupradicto. Qui deinde Petrus vſque ad mortem Catholicè vixit.

Hanc denique renouauit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt.

Secunda Hæreſis docet non eſſe neceſſarium confiteri peccata Sacerdoti, ſed ſoli Deo.

Acta Iacobi Syri.

AVctor primus fuit Iacobus Syrus apud Antiochiam ortus, a quo Iacobitæ hæretici venerunt, qui fuit ſectator, ac imitator Eutichetis, Dioſcori, Neſtorij, Petri Gnafæi, & Seueri. Qui fuit natalibus obſcurus ideo dictus eſt Zanzalus, anno vero ſalutis 452. manifeſtatus eſt hæreſiarca, quia noluit recipere decreta Sacroſancti Concilij Chal-

Digitized by Google

Chalcedonenſis generalis IV. ſub Leone I. Papa, & Marciano Romanorum Imperatore celebrati; vti etiam fecerunt Armeni; quorum iſte Iacobus in ſuis opinionibus fuit Dux. Hæc hæreſis fuit velut ſentina omnium hæreſum; quare poſt multas inuentas, ac renouatas ſectas miſerè in Aegypto vbi venena ſua diſſeminabat iam decrepitus moritur, & in Inferno ſepelitur anno ſalutis 535. ſub Agapeto Papa, & Iuſtiniano Romanorum Imperatore: ætatis vero ſuæ 105.

Quam deinde hæreſim diù ſepultam ab Inferis reuocauit impius. Lutherus, de quo titulo Abſolutio, hæreſi 1. dictum eſt.

Tertia hæreſis docet Confeſſionem eſſe ſuperfluam.

Auctor fuit Vuicleph; de quo titulo Adoratio hæreſi 1. dictum eſt.

Quarta hæreſis docet non eſſe neceſſariam ante confeſſionem examinationem omnium ſuorum peccatorum.

Auctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt.

Quinta hæreſis omnino aufert Confeſſionem.

A*Vctores ſunt Vualdenſes, de quibus titulo Baptiſmus hæreſi octaua dictum eſt.*

Sexta tollit a confeſſione gratiam, qua homo iuſtificatur negatque eam eſſe Sacramentum.

A*Vctor eſt Lutherus, de quo titulus Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt. Hos omnes errores ſimul conuinxi cauſa prolixitatis vitandæ, quoniam auctoritates citandæ aliquando duos errores, aliquando tres ſimul conuincunt; omitto pro nunc teſtimonia veteris teſtamenti, quæ de hac re citari poſſunt, nam nimis obſcura ſunt; etiam omitto illas quæ in nouo teſtamento ſub velamine dicta ſunt, vt de leproſo mundato Luc. 17. de* Luc. 17.
Lazaro reſuſcitato Ioan. 11. Ioan. 11.

COnuincere igitur debemus has omnes hæreſes primo teſtimonio Ioan. 20. *Accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata re-* Ioan. 20.
mittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. Quæ verba ſubtili examine ſunt conſideranda, ex illis namque quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, clare habemus Chriſtum dediſſe auctoritatem Sacerdotibus abſoluendi homines a peccatis: & Sacerdotes non poſſunt abſoluere homines a peccatis, niſi peccato ab eis cognoſcantur iuxta dictum Prou. 12. *Qui iudicat quæ nouit, iudex iuſtitiæ eſt;* debent igitur peccatores Prou. 12.
ea Sacerdoti manifeſtare: Si igitur Chriſtus dedit Sacerdotibus poteſtatem abſoluendi à peccatis etiam dedit peccatoribus obligationem confitendi peccata; nam ad hoc vt Sacerdos remittat peccata neceſſe eſt, vt peccator ea manifeſtet Sacerdoti; alioquin quomodo poteſt remittere

Digitized by Google

Ioan.20. peccata Sacerdos,quæ ignorat? Inſuper per illa verba Ioan.20. ſupra ci-
tata conuincitur clare gratiam per abſolutionem Sacerdotis infundi à
Deo, & ſic ſequitur confeſſionem dici Sacramentum; nam poſt abſolu-
tionem (ſi tamen peccator obicem non ponat) ſequitur gratiæ infuſio.
Ex quibus verbis habemus confeſſionem eſſe neceſſariam contra Vual-
denſes, & eam non ſoli Deo debere fieri; ſed etiam Sacerdoti contra Ia-
cobitas; ac etiam habemus per confeſſionem infundi gratiam,& ita eſſe
Ioan.20. Sacramentum contra Lutherum, ſic etiam ex verbis Ioan.20. clare ha-
betur confeſſionem non eſſe inuentum humanum, at à Deo inſtitutam
contra Petrum Oxomenſem ex poteſtate Sacerdotibus data; nam etiam
temporibus Apoſtolorũ verè Chriſti fideles peccata ſua Sacerdoti ma-
nifeſtabant, vt inde gratiam amiſſam acquirere poſſent legitur enim
Act.19. Actuum 19. *Multi credentium veniebant confitentes, et annunciantes actus
Ioan.20. ſuos*, denique fruſtra eſſent verba Saluatoris Ioan.20.& ſine cauſa Chri-
ſtus claues Eccleſiæ dediſſet, quod non eſt dicendum; Quod etiam ex
Ioan.20. verbis Ioan.20. habeatur contra Vuiclephum nos debere facere exami-
nationem omnium peccatorum clarum eſt, nam quomodo Deus, poſt
Sacerdotis abſolutionem,gratiam infundere poteſt, ſi adhuc peccata,&
offenſæ Dei,qui talem gratiam nobis donare debet,in nobis manent? ſic
Deus iuſtus iudex vnicuique tribuit iuxta merita: Quare Eccleſia Vni-
uerſalis non poteſt errare in his,quæ ad fidem,& bonos mores ſpectant,
vti ſupra oſtenſum eſt, quæ Eccleſia docet confeſſionem non iure hu-
mano, ſed iure diuino eſſe introductam.

Conc.Cõſtantien. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi ſub Ioanne
XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore anno ſalutis
1415. celebrato ſeſſ.8. damnans errores Ioannis Vuicleph; hunc etiam
Conc.Flo. ſeptimo loco maledicit. Et in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. Pa-
pa,& Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1439.
celebrato 1000. & amplius Patrum in decreto de vnione Armenorum
definiuit pœnitentiam eſſe Sacramentum à Deo inſtitutum, & conferre
Conc.Tri. gratiam. Denique in Concilio Tridentino ſub Iulio III. Papa,& Carolo
V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.4. anno ſalutis 1551.25. No-
Ioan.20. uembris celebrata Can.3. ait, quod *ſi quis dixerit verba Ioan. 20. ſcilicet
accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, &
quorum retinueritis retenta ſunt, non eſſe intelligenda de poteſtate remitten-
di, & retinendi peccata in Sacramento pœnitentiæ anathema ſit*, & in Can.
6. ait, *ſi quis negauerit confeſſionem Sacramentalem, vel inſtitutam, vel ad
ſalutem neceſſariam eſſe iure diuino, vel dixerit modum confitendi ſecrete ſoli
Sacerdoti, quem Eccleſia Catholica ab initio ſemper obſeruauit, & obſeruat,
alienum eſſe ab inſtitutione, & mandato Chriſti, & inuentum eſſe humanum
anathema ſit*: & in Can.7. ait, *ſi quis dixerit non eſſe neceſſarium confiteri
omnia peccata mortalia cum ſuis circunſtantijs ſpeciem mutantibus iure di-
uino, quorum memoria, cum debita, & diligenti præmeditatione, habeatur;
aut demum non licere confiteri peccata venialia, anathema ſit.*

Io.Roſſen. Contra hos errores ſcripſit Ioannes Roffenſis Epiſcopus in eo ope-
re,quod contra captiuitatem Babylonicam Lutheri edidit. Scripſit
etiam

etiam Iacobus Latomus in eo opere quod pro aſſertione determinationis facultatis Louanienſis contra Lutherum compoſuit. Scripſit etiam Gaſpar Sagerus Ordinis Minorum. Iacob.Lat. Gaſpar Sagerus.

TITVLVS CONFIRMATIO.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis confirmationem non eſſe Sacramentum.

Acta Græcorum.

AVctores ſunt Græci (uti Guido Carmelita teſtatur libro ſuo de hæreſibus) qui anno ſalutis 455. ab Eccleſia ſunt ſeparati, quia noluerunt recipere decreta Cōcilij Chalcedonenſis ob Neſtorij hæreſim. Habent Græci proprium Primatem, cui obediunt Romanum Pontificem contemnentes, & licet frater Bernardus de Lutzemburgo neget in ſuo hæreticorum catalogo Græcos hoc dicere; tamen puto magis credendū Guidoni, qui diligens fuit in annotatione Græcorum. Ex quo igitur tempore, ſcilicet anni ſupradicti ſemper Græci in peius declinauerunt; nam anno ſalutis 705. ſub Ioanne VII. Papa, & Iuſtino Romanorum Imperatore multas artes adhibuerunt, vt ſibi Eccleſiam Romanam ſubijcerent. Primo operati ſunt vt Pontifices Romani ab Imperatore in Orientē confirmarentur. Secundo, vt Exarcatus Rauennæ aſſiſteret electioni Pontificis Romani. Tertio, vt clerici natiui Orientales Romæ educarentur, vt deinde ex eiſdem clericis auxilio Exarcatus Rauennæ, Pontifices Romani eligerentur: tamen Deo permittente, licet multi clerici natiui Orientales fuerint creati Pontifices; attamen, ſemper in his, quæ ad iuriſdictionem ſummi Pontificis Romani ſpectabant; ſtabant aduerſus Imperatorem Orientis. Itaque anno ſalutis 867. ſub Nicolao I. Papa, & Ludouico Romanorum Imperatore Græci, & Orientales multas calumnias dederunt Latinis; dicebāt enim, Latinos dicere Spiritum Sanctum à Filio non procedere; præterea quod diebus Quadrageſimæ lacticinia manducabant; denique quod Sacerdotes Latini non liniebant oleo frontes baptizatorum; quàm autem ſint falſæ hæ calumniæ patet immo, miſeri, hi in his erroribus ceciderunt, hos autem tribuūt Latinis odio ducti; nam deſiderabant moti ambitione Eccleſiam Romanam, & Romanum Pontificem ſubijcere Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ: has & alias etiam ſimiles malignitates impoſuerunt Græci falſò Latinis anno ſalutis 1153. ſub Leone IX. Papa, & Henrico II. Romanorum Imperatore, ac etiam anno ſalutis 1193. ſub Cæleſtino III. Papa, & Henrico V. Romanorum Imperatore. His igitur, & alijs de cauſis congregata fuerunt multa Concilia pro Gui. Car. Fr.Bernar.

Digitized by Google

Conc. Flo. *Græcorum vnione cum Eccleſia Latina, & præcipue Florentinum anno ſalutis 1439. ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore; cui etiam interfuit Ioannes Paleologus Græcorum Imperator; quare Deo auxiliante vnio ſequuta eſt; quare Eugenius octo Cardinales creauit poſt Concilium; inter quos duo erant Græci Ruthenus. ſ. & Nicenus; quod ideo fecit Sanctiſſimus Pontifex, vt eorum authoritate Græcorum natio in fide contineretur. Quæ tamen poſt aliquot annos in antiquos errores recidit.*

Aen. Sylu. *Hunc etiam errorem docuerunt Vualdenſes, vti refert Aeneas Syluius, qui poſtea fuit Papa, & dictus eſt Pius II. libro ſuo de origine Bohæmorum cap. 35.*

Thomas Vuald. *Quibus de more adheſerunt Vuiclephiſtæ, de quorum magiſtro dictum eſt titulo Adoratio hereſi prima, vti refert Thomas Vualdenſis in ſuo primo tomo doctrinalis fidei lib. 2. cap. 57. addens Vuicleph, quod poteſt conferri Confirmatio à quocunque Sacerdote, & quod Epiſcopi hoc ſibi reſeruarunt ſola lucri cupiditate.*

Lutherus denique hunc errorem auxit dicens: Confirmationem nec eſſe Sacramentum, nec conferre gratiam, ſed eſſe merum ritum.

AD hanc aſſertionem conuincendam memoria tenendum eſt, primo id, quod libro Prohęmiali cap. 5. dictum eſt; ſcilicet eſſe multa, quæ fide tenenda ſunt ex Vniuerſalis Eccleſiæ traditione, & diffinitione; licet expreſſe non habeantur ex Sacra pagina: tamen Confirmationem eſſe Sacramentum, & ſolis Epiſcopis reſeruatũ habetur Act. 8. (Act. 8.) nam *cum accepiſſet Samaria verbum Dei per Philippi prædicationem miſerunt ad eos Petrum, & Ioannem, qui cum veniſſent orauerunt, vt acciperent Spiritum ſanctum: erant enim tantum baptiʒati in nomine Ieſu, tunc imponebant manus ſuper eos, & accipiebant Spiritum ſanctum.* Quare ò iniqui Græci ex his clarè habetur Confirmationem conferre gratiam, nam accipitur Spiritus ſanctus, & ſic eſſe Sacramentum, & ſolis Epiſcopis reſeruatum, cum non Philippus, qui Samaritanos baptizauerat ex Eccleſiæ commiſſione, ſed Petrus, & Ioannes Apoſtoli ab Eccleſia edocta à Spiritu ſancto miſſi Samaritanos confirmaſſent: quare cum Eccleſia doceat nos locum illum Act. 8. (Act. 8.) intelligendum eſſe ita vti dixi de Sacramento Confirmationis, non eſt ampliùs quod dubitemus.

Conc. Hiſpal. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Hiſpalenſi II. anno ſalutis 624. ſub Bonifacio V. Papa, à quo confirmatum fuit, & Heraclio Romanorum Imperatore octo tantum Epiſcoporum, cui præfuit S. Iſidorus eiuſdem ciuitatis Epiſcopus, ac ſubſcripſit cap. 7. ſuorum decretorum confitetur confirmationem eſſe Sacramentum, & a ſolis Epiſcopis dandum, (Conc. Tri.) & in Concilio Tridentino anno ſalutis 1547. ſeſſ. 7. celebrata ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore Can. 1. definiuit quod *ſi quis Confirmationem non eſſe Sacramentum dixerit, & ab alio poſſe dari quam ab Epiſcopo, anathema ſit.* Sunt & alia Concilia, (Conc. Flo.) quæ hanc Græcorum ſententiam damnant, vt Florentinum ſub

Euge-

Digitized by Google

Eugenio IV. Carthaginenſe tertium, & quartum; Toletanum primum, cap. 20. ſuorum decretorum, & Bracarenſe I. cap. 37. Conc. Carthag.

TITVLVS CONSILIVM.

Hæreſis Vna.

Circa hoc nomen eſt vna hæreſis docens nullum eſſe diſcrimen inter Conſilium, & præceptum de qua titulo Præceptum dicemus.

TITVLVS CONTRITIO.

Circa hoc nomen duas pręcipue ortas hęreſes inueni quas ſimul confutabimus.

Prima damnat contritionem ex odio gehennę, & dicit talem contritionem eſſe peccatum.

Secunda docet, quod ad veram contritionem parandam non eſſe opus diſcutere omnia peccata: recogitando multitudinem, grauitatem, & fœditatem eorum.

Auctor fuit Martinus Lutherus, de quo titulo Abſolutio hęreſi prima dictum eſt.

Conuincitur & primo dico, quod ſi talis peccati deteſtatio eſt mala; aut habet talem malitiam ex natura ſua; aut eam contrahit ex cauſa, vnde oritur, videlicet odio gehennæ: nullus eſt tam demens vt dicat deteſtationem peccati ex ſe eſſe malam; quare erit mala ratione gehennæ, at odium gehennæ non eſt malum, nam adeo inhæret naturę odium gehennæ, vt prorſus gehennam diligere non poſſimus, quod ſi deteſtatio peccati ex ſe non eſt mala, nec odium gehennę non eſt malum remanet contritionem ex odio gehennæ ortam non eſſe malam, nec conſequenter peccatum, ita tamen quod timor ſeruilis ita deteſtetur peccatum, vt etiam deteſtetur opus peccati, & voluntatem peccandi; ſi vero timor ſeruilis deteſtatur peccatum ſolum quia pœna imminet, & ſi non immineret non deteſtaretur, nec relinqueret peccatum, tunc timor ſeruilis eſt malus, & de hoc timore ſeruili nos non diſputamus cum Luthero, ſed de illo quo opus peccati, & voluntatem peccandi nos deteſtamur; ad quem timorem nos Chriſtus Matth. 10. inuitat dicens ***timete eum, qui poteſt mittere in gehennam***: hoc etiam timore excitatus fuit Dauid Pſal. 17. ***circundederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me, dolores Inferni circundederunt me:*** & ipſemet Dauid Pſal. 7. peccatores ad pœnitentiam inuitat dicens: ***niſi conuerſi fueritis,*** Matth. 10. Pſal. 17. Pſal. 7.

gladium

gladium ſuum vibrauit, & arcum ſuum tetendit, & parauit illum, & Luc.
Luc. 13. 13. legitur, *niſi pœnitentiam egeritis omnes ſimul peribitis*, denique quod
Luc. 18. ad ſecundum errorem parabola Publicani Luc. 18. nil aliud prætendit quam contritionem, quæ per conſiderationem ſigillatim factam omnium ſuorum peccatorum, & per rememoratione enormitatis eorum. Quarè non audebat Publicanus oculos ad cœlum leuare, quia cognoſcebat grauitatem, & multitudinem ſuorum peccatorum; ideo indignum ſe iudicabat, ideo percutiebat pectus ſuum dicens, *Deus propitius*
Luc. 15. *eſto mihi peccatori*: ſimiliter illa filij Prodigi parabola Luc. 15. nos docet quod ex odio gehennæ ad Deum conuerti debemus per conſiderationem ſigillatim factam omnium peccatorum, conſiderando grauitatem & fœditatem eorum. Quid autem ò Luthere fecit filium prodigum in ſe reuerti? certè fames maxima quam patiebatur fecit eum venire in cognitionem ſuæ fœditatis, & bonitatis paternæ, fœlix igitur fuit illa neceſſitas, quæ eum ad bene agendum compulit, vnde in ſe reuerſus dixit, *Quanti mercenarij abundant in domo patris mei panibus, ego autem hic fame pereo? ſurgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, pater peccaui in cœlum, & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus*: Quod autem hæc contritio bona fuerit patet, quoniam à patre receptus fuit in gratia.

Conc. Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. annò ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata Can. 8. definiuit, Quod *ſi quis dixerit metum gehennæ, per quem peccatores abſtinent ſe a peccatis dolendo de illis, & ſic ad Dei miſericordiam confugiunt, eſſe peccatum: aut peccatores peio-*
Conc. Tri. *res facere anathema ſit*. Et in eodem Concilio ſub Iulio III. Papa ſeſſ. 4. anno ſalutis 1551. 25. Nouembris celebrata Can. 5. definiuit, quod *ſi quis dixerit eam contritionem, quæ paratur per diſcuſſionem, & collectionem, ac deteſtationem omnium peccatorum, qua quis recogitat omnes annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ ponderando peccatorum ſuorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amiſſionem æternæ beatitudinis, & incurſum æternæ damnationis, non eſſe verum, & vtilem dolorem, nec præparare ad gratiam, ſed facere hominem hypocritam, & peccatorem, anathema ſit*.

Io. Roffen. SCripſit contra hos Lutheri errores Ioannes Roffenſis in libro edito contra Lutheri captiuitatem Babylonicam.

TITVLVS CORRECTIO.

Hæreſis Vna.

D*Ocet hęc hereſis ſubditos poſſe pro libito ſuos ſuperiores delinquentes corrigere, de qua titulo Subditus agetur*.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS CREATVRA.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen tres pręcipue ortas hęreſes inueni. Prima docet creaturas eſſe factas ab alijs, quam à Deo; cuius aſſertionis Auctores licet diuiſi ſint, omnes tamen ad vnum finem tendunt; ſcilicet creaturas à Deo non eſſe factas.

Alij vt Simon Magus, de quo titulo Coitus hęreſi prima dictum eſt, docet totum mundum factum eſſe ab Angelis.

Simonem Magum ſequitur Menander eius fœda propago, & Saturninus, de quibus titulo Coitus hęreſi prima dictum eſt; addentes ſeptem Angelos feciſse mundum pręter conſcientiam Dei Patris.

Menandro adhęret Cerinthus, de quo titulo Beatitudo hęreſi ſecunda dictum eſt, vti refert Nicephorus Caliſtus lib. 3. Eccleſiaſticę hiſtorię. Niceph. Caliſtus.

Manichęi vero (de quorum magiſtro dictũ eſt, titulo Anima hęreſi 4.) docent creaturas eſſe factas à malo Deo, qui ponunt duos Deos vnũ bonum, qui nihil fecit, & vnum malum, qui omnia creauit.

His Manichęis adhęret Priſcillianus hæreſum omnium ſentina, de quo titulo Anima hęreſi nona dictum eſt.

COnuincitur, nam legitur Gen. 1. *In principio Deus creauit cœlum, & terram* non ergo Angeli, & Sap. 1. *creauit Deus vt eſſent omnia*, & Eccleſiaſticus 18. *Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul*, & quia Manes reijcit vetus teſtamentum legitur Ioan. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*, & ad Heb. 3. & 1. ad Tim. *Qui autem omnia creauit Deus eſt.* Gen. 1. Sap. 1. Eccl. 18. Ioan. 1. Hebr. 3. 1. Tim. 4.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. I. generalis Nicæno ſub Sylueſtro Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore anno ſalutis 325. celebrato 318. Patrum in Symbolo confitetur vnum Deum Creatorem omnium viſibilium, & inuiſibilium. Et in Conc. Lateranenſi ſub Innocentio III. Papa, & Ottone IV. Romanorum Imperatore 1300. Patrum anno ſalutis 1215. celebrato definiuit credendum eſſe *in vnum Deum Creatorem omnium viſibilium, & inuiſibilium.* Et in Bracarenſi I. anno ſalutis 563. celebrato ſub Ioanne III. Papa, & Iuſtiniano Romanorum Imperatore octo Epiſcoporum Prouinciæ Galitiæ in Hiſpania citeriori c. 13. ſuorum decretorum, definiuit; Quod *ſi quis dixerit creationem vniuerſæ carnis non eſſe Dei opificium, ſed malorum Angelorum, vti Manichæus, & Priſcillianus, anathema ſit.* Conc. Nicæn. Conc. Lat. Conc. Bracharen.

COntra hanc hæreſim ſignanter ſcripſit Diuus Auguſtinus ſuper Geneſim. D. Auguſt.

Hæreſis

Hæreſis Secunda.

DEducitur hęc hęreſis ex prima; nam cum ex ſententia Manichęorum, & Priſcillianiſtarum creaturę ſint à malo principio conſequenter etiam erunt malę.

AVctores ſunt Manichęi, de quorum Duce dictum eſt titulo Anima hęreſi 4. & denique Priſcillianiſtę de quorum magiſtro dictum eſt titulo Anima hęreſi nona.

Gen.1. Sap.2. COnuincitur, legitur enim Gen.1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*, & Sap.2. *diligis Domine omnia, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti:* ſi enim creaturæ ex ſe, & natura ſua eſſent male Deus

1.Tim.4. eas non diligeret: legitur poſtremo 1.Tim.4. *Omnis creatura Dei bona eſt.*

Conc. Bracar. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Bracarenſi I. in Prouincia Galitię in Hiſpania citeriori celebrato, octo Epiſcoporum, anno ſalutis 563. ſub Ioanne III. Papa, à quo & confirmatur, & ab Eccleſia recipitur, tempore Iuſtiniani Romanorum Imperatoris, cap.7. ſuorum decretorum definiuit, quod *ſi quis dixerit Diabolum non fuiſſe prius Angelum bonum à Deo factum, ſicut Manichæus, & Priſcillianus anathema ſit.*

TITVLVS CRVX.

Hæreſis Vna.

CIrca hoc nomen eſt vna præcipue hæreſis negans Crucis adorationem, quam titulo Adoratio, hæreſi 1. expugnauimus.

TITVLVS DECIMÆ.

Hæreſis Vna.

CIrca hoc nomen eſt præcipue vna hæreſis docens non eſſe ſoluendas Sacerdotibus decimas, quia non ſunt pauperes, vti fuerunt Apoſtoli.

Gui. Car. *AVctor fuit Gerardus Parmenſis, de quo titulo Apoſtoli hæreſi ſecunda dictum eſt; vti refert Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus.*

Thomas Vuald. *Huic adhæret Ioannes Vuicleph, de quo dictum eſt titulo Adoratio, hæreſi prima; vti refert Thomas Vualdenſis lib. de Sacramentalibus tit. 16. addens*

addens decimas eſſe puras eleemoſynas, & quod Parochiani poſſunt ad libitum ob prælatorum ſuorum peccata eas auferre.

CONuincitur, nam eſt præceptum diuinum, vt decimæ ſoluantur, vti legitur Leuit. 7. quæ decimæ multis de cauſis præcipiuntur à Deo; primo vt ſint cibus in domo Dei legitur enim Malach. 3. *Inferte omnem decimam in horreum meum, vt ſit cibus in domo mea*, ideſt vt ſit cibus ad ſuſtentationem eorum, qui in domo mea ſeruiunt: ſecundo vt Sacerdotes Eccleſijs ſeruiant, & orent Deum pro populo, quæ cauſa Num. 18. aſſegnatur, cui conſonat id quod legitur 1. Cor. 9. *Qui altari deſeruiunt cum altari participant*, tertia cauſa eſt vt Sacerdotes vacent legi Dei, & populum doceant, quæ cauſa habetur 2. Par. 31. cui correſpondent verba D. Pauli 1. Cor. 9. *Si ſeminamus vobis ſpiritualia, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus?* Quarta cauſa eſt ob pauperum egeſtatem, non enim ob ſolos Sacerdotes decimæ illis dantur, ſed etiam ob pauperum neceſſitatem. Quid ad hæc dicent Pſeudo Apoſtoli, & Vuiclephiſtæ? certe videntes tot Sacræ paginæ auctoritates de decimis Sacerdotibus, & Eccleſiæ miniſtris ſoluendis obmuteſcent.

Leuit. 7. Malach. 3. Num. 18. 1. Cor. 9. Paral. 31. 1. Cor. 9.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore anno ſalutis 1415. 1000. & amplius Patrum celebrato, ſeſſ. 8. damnans Ioannis Vuiclephi errores, hunc etiam poſitum decimo octauo loco ſub anathemate damnat, auctoremque ab Eccleſia ſeparat.

TITVLVS DEVS.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen treſdecim ortas hæreſes inueni, & primò illas diſcutiam, quæ abſolute reſpiciunt diuinitatem, ſecundo illas, quæ ſpectant ad ſingulas perſonas. Prima igitur docet plures eſſe Deos, quæ adhuc in plures factiones diuiditur, licèt omnes ad vnum finem tendant.

Cerdo, de quo titulo Chriſtus hæreſi 2. dictum eſt (referente Philaſtrio libro ſuo de hæreſibus cap. 21) dixit Deum legis, & Prophetarum non eſſe patrem Ieſu Chriſti, nec eſſe bonum, ſed iuſtum: Deum vero & Patrem Ieſu Chriſti eſſe bonum, vti teſtatur D. Auguſtinus libro de hæreſibus c. 21. & Irenæus lib. 1. aduerſus hæreſes cap. 28. Philaſter. D. Aug. Irenæus.

Cerdonem ſequuti ſunt Marcion, de quo titulo Baptiſmus hæreſi 3. dictum eſt, & Valentinus, de quo titulo Chriſtus hæreſi 2. dictum eſt, vti refert Irenæus lib. 3. aduerſus hæreſes cap. 4. nam docent duo eſſe rerum principia, quæ vocant profundum, & Silentium: & profundum dixerunt eſſe patrem, & ex coniugio profundi, & Silentij proceſſiſſe intellectum, & Irenæus.

O verita-

veritatem, & in honorem patris protuliſſe octo ſæcula; de intellectu autem, & veritate proceſſiſſe, dicunt, Verbum & vitam, & protuliſſe æonas decem, de Verbo vero, & vita proceſſiſſe hominem, & Eccleſiam, & protuliße æonas duodecim; quæ omnes ſunt triginta ſæcula, & ſic de trigeſimo denique ſæculo dicunt Diabolum genitum, & à Diabolo alios natos, qui fecerunt hunc mundum, ſic omnia dicũt proceſſiſſe ex profundo, & Silentio. Quæ omnia ſunt mera figmenta, & fabulæ indoctæ, nam veniunt ex cerebro hominum delirantium.

Acta Secundi.

HAs etiam indoctas fabulas tutatus eſt Secundus Aegyptius Ptolemaidis Epiſcopus Phebonita Vrbe Aegypti maritima ortus; Qui Secundus multum delectabatur cõuerſatione Valentini Philoſophi Platonici ex quo multos errores traxit, quare factus eſt eius imitator perfectiſſimus, floruit autem Secundus anno ſalutis 175. ſub Sothero Papa, & Martyre, & Marco Aurelio Romanorum Imperatore, à quo venerunt hæretici Secundiani dicti, proprium enim vexillum in aliquibus voluit extollere extendereque, & in aliquibus magiſtrum imitari, ac ſuperare, vti refert Irenæus lib. 1. aduerſus hæreſes cap. 34. Si igitur Secundus fuit Eccleſiæ Catholicæ Romanæ hoſtis impius, conſideret lector ex eo, quod non ſolum fuit Valentini diſcipulus; verum etiam (vti refert Epiphanius hæreſi 32.) ſe coniunxit in amicitia cum infami Epiphane Carpocratis filio. Quare poſtquam Valentinus è patria Romam profectus eſt Secundus manſit in patria, vbi venena ſua diſſeminabat, ſimplices ſeducebat, eoſque ad ſe, & ad Diabolum trahebat, ſic cum ſenex iam factus eſſet anno ſalutis 197. ſub Victore I. Papa, & Martyre, a quo excommunicatus fuit, & Seuero Romanorum Imperatore, primo deficiens in Phebonita ciuitate à diſcipulis ſepelitur, cuius anima Diabolo traditur perpetuo crucianda, vti refert Nicephorus lib. 8. cap. 17. & 20.

Irenæus.
Epiph.
Niceph.

Acta Ptolomæi.

HAnc etiam tutatus eſt Ptolomæus quidam Valentini diſcipulus & conciuis, qui ab Iræneo lib. 1. aduerſus hæreſes in præfatione vocatur Valentini floſculus, & floruit Ptolomæus eo tempore, quo floruit Secundus, & ita vinculo amicitiæ ligati erant, vt rarò vnus ſine alio inueniretur, in æonibus concordarunt, & à Valentino diſcordarunt, tamen Ptolomæus (referente Epiphanio hæreſi 32.) duas Deo tribuebat vxores intelligentiam, & voluntatem, ex quibus alios Deos generabat, quod non docuit nec Valentinus eius magiſter, nec Secundus eius condiſcipulus; itaut & ipſe voluit proprium extendere vexillum, & dici voluit Dux hæreſum,

Epiphan.

quare

Digitized by Google

quare ſequaces deinde dicti ſunt Ptolomæi; ipſe cor induratum ſic habebat contra Eccleſiam Catholicam Romanam, vt, quando audiuit Valentinum eius magiſtrum Romæ palynodiam cantaſſe, cruciaretur; quare pertinax anno ſalutis 201. ſub Victore Papa, & Martyre, à quo excommunicatus, & ab Eccleſia eiectus fuit, & ſub Seuero Romanorum Imperatore moritur, & in Inferno ſepelitur.

His adhæſit Marcus de quo titulo Baptiſmus hæreſi 2. dictum eſt.

Apelles vero, de quo titulo Chriſtus hæreſi 2. dictum eſt, duos quidem Deos ponit rerum principia, at vnum tamen dicit primum principium, & bonum, à quo deinde factum eſt principium malum ſcilicet Dæmonem qui mundum deinde in malignitate ſua creauit, vti refert Euſebius lib. 5. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 13. & D. Auguſtinus libro de hæreſibus cap. 23. Euſebius. D.Aug.

Manichæi vero hanc hæreſim ampliarunt dicentes bonum Deum feciſſe nouum teſtamentum, & malum Deum feciſſe vetus teſtamentum, vti refert D. Auguſt. lib. edito contra Manichæos, de quibus titulo Anima, hæreſi 4. dictum eſt. D.Aug.

Quam diu ſepultam ab inferis denique reuocarunt Albanenſes, & Albigenſes, de quibus titulo Anima hereſi 8. dictum eſt, vti teſtatur Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus. Gui. Car.

COnuincitur, & licet hi Auctores diuerſis vijs incedant ad vnum tamen finem tendunt Deorum pluralitatem ponentes; ideo vno, & eodem gladio feriendi ſunt: legitur enim Deut. 6. *audi Iſrael Dominus Deus tuus vnus eſt*, & infra in eodem capitulo legitur *videte, quod ſim ſolus, & non ſit alius præter me*, & Pſal. 85. *tu es Deus ſolus*, & 1. ad Cor. 8. *ſcimus quod nullus eſt Deus niſi vnus*, & ad Eph. 4. *vnus Deus, vna fides, & vnum baptiſma*, & quod Deus veteris teſtamenti, ſit etiam Deus noui legat lector primum cap. Epiſtolæ D. Pauli ad Hebræos, & videbit hanc aſſertionem eſſe à vero alieniſſimam; inſuper Deum omnium Creatorem eſſe bonum legitur Luc. 8. *nemo bonus niſi ſolus Deus.* Deut. 6. Pſal. 85. 1. Cor. 8. Epheſ. Hebr. 1. Luc. 8.

Poſtremò Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Nicæno I. generali anno ſalutis 325. ſub Syluestro I. Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore celebrato 318. Patrum in Symbolo confitetur fidem vnius Dei, dicit enim *credimus in vnum Deum.* Conc. Nicęn.

Hæreſis Secunda.

Docet hęc hęreſis Deum eſſe corporeum.

AVctor fuit Tertullianus, vti refert Diuus Auguſtinus libro de hęreſibus cap. 86. D. Aug.

Tertulliano adhęſerunt Audiani hęretici, qui etiam dicuntur Anthropomorphitę ab opere, vti refert hiſtoria tripartita in lib. 10. cap. 7. Hiſt. trip.

Digitized by Google

Gen. 1. *& in hunc errorem ceciderunt moti verbis Gen.* 1. Creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, *credentes imaginem Dei eſſe in corpore non in anima.*

COnuincitur, nam ſi Deus eſt corporeus, ergo & finitus, & certis li-
Pſal. 144. mitibus circunſcriptus; Quod quam ſit falſum legitur Pſal. 144.
Ioan. 4. *Magnus Dominus, & magnitudinis eius non eſt finis*, & Ioan. 4. *Deus ſpi-*
Luc. vlt. *ritus eſt*, ergo non eſt corporeus, quoniam vti legitur Luc. vlt. *Spiritus carnem, & oſſa non habet*, & quando legitur in Sacra Scriptura in Deo eſſe caput, manus, oculos, aures, & cætera, hoc non ſecundum litteram, ſed ſecundũ myſterium eſt intelligendũ, habet caput, quia eſt caput Ec-
Hebr. 4. cleſiæ, habet oculos, quia vti legitur ad Hebr. 4. *Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius*, habet aures, quia omnia audit quantumlibet ſubmiſſe proferantur. At contra hos, & alios ſimiles hæreticos non eſt quod rationibus, & authoritatibus agamus, at lapidibus iuxta Domini præce-
Leuit. 24. ptum Leuit. 24. *Homo qui maledixerit Deo ſuo portabit peccatum ſuum, & qui blaſphemauerit nomen Domini morte moriatur, lapidibus opprimet eum multitudo populi, ſiue ille ciuis, ſiue peregrinus fuerit.*

Conc. Nicæn. Denique Eccleſiã Vniuerſalis in Symbolo Concilij Nicæni celebrati anno ſalutis 325. ſub Sylueſtro I. Papa, & Magno Conſtantino Roma-
Conc. Ro. norum Imperatore 318. Patrum, & in Concilio Romæ celebrato anno ſalutis 326. ſub eodem Pontifice, & Imperatore, in quo pręſentibus 275. Epiſcopis intra Thermas Domitianas cõgregatis, acta Sacroſancti Concilij Nicęni confirmarunt, hanc aſſertionem ſub anathemate damnauit.

Theophil. Alexan. COntra hanc hæreſim ſcripſit Theophilus Alexandrinus, ſcripſit & Fauſtus Epiſcopus Regienſis, vti Ioannes Tritemius Monachus, & Abbas ex inſtituto S. Benedicti teſtatur libro de Eccleſiaſticis ſcripto-
Theodoſ. magnus. ribus. Scripſit etiam Theodoſius Magnus Imperator.

Hæreſis Tertia.

Hęc magna blaſphemia docet Deum eſſe mendacem.

AVctores fuerunt Armeni temerarij, de quibus titulo Adam hęre-
Gui. Car. *ſi 3. dictum eſt, vti refert Guido Carmelita libro ſuo de hęreſi-*
Gen. 4. *bus: hoc ideo ingrati dixerunt moti verbis Gen. 4. quando Deus dixit Cain quod à nullo homine occidetur, & tamen legitur Cain occiſum*
Gen. 4. *eſſe à Lamech, vti habetur ex eodem Cap. Gen. 4.*

Hier. 10. COnuincitur hæc dementia, nam legitur Hier. 10. *Dominus autem*
Ioan. 10. *Deus verus eſt*, & Ioan. 10. *ego ſum via, veritas, & vita*, ſi ergo Deus veritas quomodo ò dementes Armeni mentiri poteſt? demum Deus nõ dixit quod Cain occidendus non eſſet, at dixit, qui occiderit Cain ſeptuplum punietur, quare ex illis verbis prohibuit omni homini occiſionem Cain, non tamen omnino negauit illam futuram.

Denique

Digitized by Google

Denique Eccleſia Vniuerſalis in IV. Concilio generali Chalcedone celebrato ſub Leone I. Papa, & Martiano Romanorum Imperatore anno ſalutis 452. 630. Patrum diuerſarum Prouinciarum omnes errores Græcorum, & Armenorum emendauit, & correxit, vti etiam fecit in Conc. Lateranenſi ſub Innocentio III. Papa, & Othone IV. Romanorum Imperatore 1300. Patrum anno ſalutis 1215. celebrato. Conc. Calced. Conc. Lat.

Hæreſis Quarta.

Docet hęc hęreſis omnia de neceſſitate abſoluta euenire.

AVctor fuit Petrus Abailardus, de quo titulo Beatitudo hęreſi prima dictum eſt, de qua hęreſi infra titulo futurum contingens diſputabimus.

Hæreſis Quinta.

Negat hęc hęreſis in diuinis numerum perſonarum.

Acta Noeti.

AVctor fuit Noetus in Ephęſi ciuitate Gręcię ortus, vti refert Epiphanius hęreſi 57. anno vero ſalutis 260. ſub Siſto II. Papa, & Valerio, & Galieno Imperatoribus Romanis detectus fuit inſolentiſſimus hęreſiarca, qui ad tantam temeritatem deuenit, vt auſus ſit dicere ſe Moyſen eſſe, & fratrem, quem habebat Aaron, vti refert Philaſter libro ſuo de hęreſibus cap. 53. Hic perfidus auſus eſt cum omni licentia docere Deum Patrem paſſum eſſe, quare deinde ſequaces dicti ſunt Patripaſſiani, qui fratres ambo à Dionyſio I. Papa, & Martyre excommunicati fuere, & ab Eccleſia ſeparati anno ſalutis 272. ſub Aureliano Romanorum Imperatore quare ab omnibus uerè Catholicis vitabantur, vnde factum eſt vt paulopoſt anno ſcilicet 275. ſub Eutichiano Papa, & Martyre ambo miſerè mortui ſint, & inſepulti manſerint, cum nemo fidelium auderet illos excommunicatos, et ab Eccleſia eiectos ſepelire, vti refert Epiphanius hęreſi 57. Epiph. Philaſter. Epiph.

Acta Sabelij.

NOeto adhęſit Sabellius in Ptolemaida Lybię ciuitate ortus, Noeti fidiſſimus diſcipulus, ac eius impij dogmatis potentiſſimus propugnator, inter quę hoc erat ex primis. Docuit igitur Sabellius in Aegypto, & ibi magna cum audacia ſua diſſeminabat uenena, & pręcipue

Digitized by Google

puè floruit anno ſalutis 260. ſub Eutichiano Papa, & Martyre, & Aureliano Romanorum Imperatore, in hunc autem errorem ceciderunt impius Eusebius. *Noetus, & Sabellius, quia (vti refert Euſebius lib. 10. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 29.) neſcierunt diſtinguere inter perſonam, & eſſentiam. Dico igitur quod eſſentia eſt aliquod commune pluribus ſingularibus, in quo indiuidua ſingula conueniunt, perſona verò eſt ſingulare quoddam vnumque numero, mente, & ratione prædicatum à cæteris eiuſdem naturæ indiuiduis ſingulari proprietate diſcretum v. g. homo in communi explicat naturam omnibus hominibus communem non re, ſed ſola vocis dictione, cum verò dico Petrum, Antonium etc. perſonas nomino, quæ in illa natura humana conueniunt, ſola ſcilicet vocis dictione, quia quilibet eorum eſt verus homo. In Deo ergo ſubſtantia eſt ipſa deitatis natura, quæ dicit totam perfectionem deitatis, perſona verò eſt ſingulare quoddam in quo Deitas exiſtit, ab alio ſingulari realiter ſeparatum, dico realiter, non per naturam, ſed per proprietatem perſonalem v. g. cum dicimus Deum explicamus ſubſtantiam naturæ diuinæ omnibus perſonis communem realiter, cum verò dicimus Patrem, uel Filium, uel Spiritum ſanctum, unum ſingulare dicimus, aut unam perſonam, in qua deitas ſubſiſtit.*

Ioan. 8. Conuincitur itaque his ſic declaratis, hæreſis nam legitur Ioan. 8. *Si iudico ego iudicium meum verum eſt, quia ſolus non ſum, ſed ego, &* Ioan. 10. *qui miſit me pater,* & Ioan. 10. *ego & Pater vnum ſumus,* dicendo ego, & Pater duas manifeſtat perſonas, dicendo vnum ſumus vnam denotat eſ- Matth. vlt. ſentiam, & Matth. vlt. *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium baptiȥantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti*, eſſe tres 1. Ioan. 5. perſonæ proprijs nominibus nominatæ, vti etiam 1. Ioan. 5. *tres ſunt, qui teſtimonium dant in cælo. Pater, Verbum, & Spiritus, & hi tres vnum ſunt.*

Conc. Ro. Demum Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Romæ celebrato ſub Syl- ueſtro I. Papa anno ſalutis 326. 277. Epiſcoporum præſente Conſtantino Magno Noetum Sabellium cum ſequacibus, & dogmatibus ſuis damnauit.

Leo I. P. Contra hanc hæreſim ſcripſit Leo I. Papa ad Aſtorgenſem Epiſcopum, quæ eſt 71. in ordine ſuarum Epiſtolarum.

Hæreſis Sexta.

Docet hæc blaſphemia filium eſſe Patre minorem nec eiuſdem ſubſtantiæ cum Patre, ſed eſſe meram creaturam.

Hiſt. Trip. D. Auguſt. *Auctor fuit Arrius, de quo titulo Chriſtus, hæreſi 1. dictum eſt; uti refert hiſtoria tripartita lib. 1. cap. 12. D. Auguſtinus lib. de hæreſibus cap. 43. hoc etiam Origeni tribuit, de quo titulo Adam,*

hæreſi

hereſi 2. dictum eſt, hac de cauſa Epiphanius in quadam Epiſtola ad Ioannem Hieroſolymitanum vocat Origenem Patrem Arrij. Epiph.

Acta Aetij.

HAnc etiam tutatus eſt Aetius, qui (vt tradit Suidas) Antiochiæ Suidas. in Syria humilibus parentibus natus eſt, tamen fuit ingenij acumine præſtans: primo Aurificis artem apprime edoctus, poſtea diſciplinas liberales complexus factus eſt diſputator admirandus, male tamen de Deo ſentiebat: cuius Pater cum in militia aduerſis rebus conflictatus tandem interijſſet, bona eius Princeps publicauit, quare vnà cum matre Aetius ad extremam paupertatem redactus, ad artem aurificum iterum acceſſit, vt quocunque modo poſſet, vitum ſibi pararet: mortua vero matre ad Paulinum Epiſcopum acceſſit, & cum nullus ei in diſputando reſiſtere poſſet, defuncto Paulino facta aduerſus eum conſpiratione ex Antiochia expellitur, quare anno ſalutis 356. ſub Liberio Papa, & Conſtantio Romanorum Imperatore venit Anazarbum Vrbem Ciliciæ, & primo artem ſuam ita (parandi ſibi victus gratia) exercuit, vt non prorſus dicendi certamen omitteret deinde ob ingenij ſui excellentiam receptus in domum cuiuſdam Sophiſtæ, famuli miniſterium ſibi victum parabat, at non multo poſt eiectus, acceſſit ad Athanaſium Anabarzi antiſtitem, cum quo vitam ducebat, ac in dies maiorem peritiam acquirebat, nec multo poſt venit Tarſum ad Antonium Epiſcopum, cum quo multum conuerſatus eſt, ac ibi Prophetas, & præcipuè Ezechielem docebat: Quare mortuo Eulabio Epiſcopo Antiocheno, & Leontio ad eundem Epiſcopatum euecto, redijt Antiochiam, & à Leontio ordinatus fuit Diaconus, & fere ſtatim detectus hereſiarca, ab Arrianis, & ab eorum conuenticulo, & Eccleſijs eiectus fuit, nam pro hæretico ſuæ ſectæ habebatur; vti Epiphanius hæreſi 76. tradit, Epiph. eum vocans Atheum ob horrendas impietates ab eo inuentatas, inſolentiſſime enim ſe ſupra Prophetas, & Apoſtolos extollebat, totus libidinibus deditus: etiam eius ſequaces, vti lutulenti porci in limo proſtrati manebant, vti tradit hiſtoria Tripartita lib. 5. cap. 42. quare non ſolum à Catholicis Hiſt. Trip. reijcitur, verum etiam ab Arrianis ipſis expellitur, vnde anno ſalutis 359. relegatus fuit in exilium in Phrygia à Conſtantio Imperatore; ibique manſit vſque ad annum ſalutis 361. quo anno mortuo Conſtantio à Iuliano Conſtantij ſucceſſore ab exilio reuocatus fuit; qui deinde paulo poſt iuxta ſuam in Deo impietatem animam Diabolo tradidit.

Acta Achacij.

HAnc etiam hæreſim ſequutus eſt Achacius in Cæſarea Paleſtinæ ciuitate ortus anno ſalutis 309. ſub Euſebio Papa, & Magno Con-

ſtantino

ſtantino Romanorum Imperatore, qui fuit vir in conſultando, & dicendo non contemnendus, & anno ſalutis 340. ſub Iulio I. Papa, & Conſtantio Romanorum Imperatore poſt mortem Euſebij Pamphili Arriani eius pręceptoris, (qui Achacio multam librorum copiam reliquit) ab Arrianis Hiſt. Trip. *Achacius electus fuit Pſeudo Epiſcopus in patria, vti refert Hiſtoria Tripartita lib. 5. cap. 34. fuit enim Achacius familiaris Aetio, & Eunomio, &* Conc. Sardicen. *eis in multis dogmatibus ſimilis, quare in Concilio Sardicenſi anno ſalutis 347. ſub Iulio I. Papa celebrato excommunicatur, deponitur, & ab Eccleſia eijcitur: ad quod Conc. Achacius venit animo decipiendi Patres Concilij, at permittente diuina iuſtitia miſer vti venit, ita confuſus diſceſſit, & licet fuerit cum Aetio in amicitia coniuncto; tamen Achacius vt videretur Pius coram Imperatore Conſtantio damnauit Aetium; anno vero ſalutis 363. ſub Damaſo Papa, & Iouiniano Romanorũ Imperatore Chriſtianiſ-* Conc. Antioch. *ſimo venit ad Conc. Antiochenum ſimulans fidem ortodoxam, nam mortuo Conſtantio, & Iuliano Arrianorum fautoribus, vt vidit tranſlatum imperium in Iouinianũ fidei ortodoxæ profeſſorem, timens ne relegaretur* Socin. *in exilium venit ad ſupradictum Concilium, cui (vt Soc. lib. 6. cap. 4. teſtatur) ſubſcripſit. Deus autem, qui corda hominum optime cognoſcit illum ſuſtulit, vt deinde maiores pœnas poſt obitum in Inferno ſuſtineret, nam anno ſalutis 367. ſub Damaſo Papa, & Valentiniano Romanorum Imperatore moritur Achacius ſcelerum omnium architectus, ac impietatis vexillarius in Infernoque ſepelitur.*

Acta Eunomij.

QVam etiam hæreſim amplexatus eſt Eunomius Galata, & Pſeudo Epiſcopus Cilici in Haleſponto, diſcipulus Aetij, cognomento impius, Sophiſta garrulus; idiota, corpore leproſus, ac fidiſſimus ſcriba Aetij, eique in omnibus ſimilis, qui omnibus cuiuſcunque generis carnalitatibus ſe dabat, dicens nullum committere peccatum, immo ſic magis Deo placere aſſerebat, ita populos ſibi ſubiectos ver- D. Baſil. *bo, & exemplo paſcebat, vti D. Baſilius teſtatur, addens Eudoxium fuiſſe accerrimum defenſorem ſcelerum Eunomij; qui denique Deo fauente omnino detectus, & publicè accuſatus de infami peccato; fuga pœnas à lege præſcriptas vitauit, quare anno 381. ſub Damaſo Papa vocatus à Magno* Conc. Cõſtantin. *Theodoſio ad Concilium II. generale Conſtantinopolitanum, vt hæreſes abiuraret, & accepta ſalutari pęnitentia cum Eccleſia vniretur, at renuens damnatur, excommunicatur, ac deponitur; ſic eodem anno ita maledictus miſerè moritur, & in ſterquilinio ſepelitur anno ætatis ſuæ 67. vti refert D. Auguſtinus de hæreſibus cap. 54.*

Hanc deinde diù ſepultam exhumauit, ac ampliauit Petrus Abailardus, de quo titulo Beatitudo hæreſi 1. dictum eſt ponens in Sanctiſſima Trinitate gradus, vti illi tribuit D. Bernardus epiſtola 190.

Conuin-

Digitized by Google

COnuincitur igitur hęreſis, nam titulo Chriſtus hęreſi 2. oſtendimus Chriſtum filium Dei eſſe verum Deum, & hæreſi 1. eiuſdem tituli oſtendimus Deum eſſe vnum; hic tamen additur, quod legitur Ioan. 10. *Ego & Pater vnum ſumus*, & 1. epiſtola Ioan. 5. legitur quod *tres ſunt, qui teſtimonium dant in Cœlo Pater, Verbum, & Spiritusſanctus; & hi tres vnum ſunt*. Cur igitur dicis ò Arriane Patrem eſſe maiorem filio: inſuper Propheta loquens de filio Dei Pſalm. 96. dicit: *Adorate eum omnes Angeli eius*, quæ verba à D. Paulo ad Heb. 1. interpretantur de filio Dei. Quomodo illum ò Arriane Diuus Paulus adorare iubet ſi eſt mera creatura; ſi Deus Deut. 6. prohibet adorationem creaturæ. Ioan. 1. 1. Ioan. 5. Pſal. 96. Hebr. 1. Deut. 6.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in I. generali Concilio in Nicæa Bythiniæ ciuitate celebrato ſub Syluestro I. Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore 318. Patrum anno ſalutis 325. in Symbolo *Credit in vnum Deum Patrem omnipotentem, viſibilium, & inuiſibilium conditorem, & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei natum de patre*, ideſt de ſubſtantia Patris: idem etiam confitetur in Symbolo II. Concilij generalis Conſtantinopoli celebrati 150. Patrum anno ſalutis 381. ſub Damaſo Papa, & Magno Theodoſio Romanorum Imperatore: idem pariter confitetur in Concilio III. generali Epheſino 200. Patrum anno ſalutis 431. celebrato ſub Cœleſtino I. Papa, & Theodoſio iuniore Romanorum Imperatore, quæ verba habentur ex Can. 13. denique hoc idem confitetur Eccleſia in Conc. Chalcedonenſi anno ſalutis 452. celebrato ſub Leone I. Papa, & Martiano Romanorum Imperatore 630. Patrum, vti ex ſecunda actione patet in qua recitatum eſt Symbolum Conc. Nicæni, ac etiam Concilij II. generalis Conſtantinopolitani, obmuteſcant igitur impij Arriani, eorumque audaciam compeſcant. Conc. Nicæn. Conc. Cõſtantinop. Concil. Epheſ. Conc. Calced.

COntra hanc hæreſim ſcripſit præcipue D. Athanaſius libros duos de vnica Trinitate Deitatis; ſcripſit etiam D. Ambroſius de fide Orthodoxa contra Arrianos, & D. Auguſtinus non ſolum plures libros, & tractatus contra Arrianos edidit, verum, & ſæpiſſime cum illis diſputauit. D. Athan. D. Ambr. D. Auguſt.

Hæreſis Septima.

Docet hæc hæreſis filium Dei non eſſe verbum Patris.

AVctores (teſte D. Auguſtino lib. de hæreſibus cap. 3.) ab opere dicuntur Allogiani, quaſi ſine verbo, & quia expreſſè habetur ex Euangelio Ioannis cap. 1. quod Filius Dei eſt verbum Patris; *ideo hi totum Euangelium Ioannis negant, vti refert D. Auguſtinus loco citato, cuius autem dementiæ fuerit auctor, & magiſter, vel quo tempore, & loco ſit orta non legitur.* D. Auguſt. Ioan. 1. D. Auguſt.

COnuincitur, nam legitur Eccleſ. 1. *Fons Sapientiæ verbum Dei in excelſis*, & Pſal. 44. Propheta Dauid in perſona patris dicit *Eructauit* Eccleſ. 1. Pſal. 44.

cor meum verbum bonum, conſtat autem, quod de filio Dei loquatur; nam de illo ſunt etiam ea, quæ ſequuntur *Speciosus forma præ filijs hominum*, illud ergo verbum quod æternum, & omnipotens eſt, & eſt fons Sapientiæ, quodque Pater omnipotens eructauit gignendo, illud, in quam eſt filius Dei, taceant igitur Allogiani, & Sacramentum abſconditum venerentur, & nolint res diuinas ex ſui intellectus capacitate metiri.

Pſal. 44.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. III. Carthaginenſi, cui interfuit D. Auguſtinus, ac ſubſcripſit anno ſalutis 397. celebrato ſub Syricio Papa, & Honorio, & Archadio Imperatoribus Romanis 44. Epiſcoporum; & licet fuerit prouinciale confirmatum tamen fuit in ſexta Synodo in Trullo celebrata, & ſic ab Eccleſia receptum, confitetur filium Dei eſſe verbum Patris; vti etiam in III. Concilio generali Epheſino 200. Patrum anno ſalutis 431. celebrato ſub Cœleſtino I. Papa, & Theodoſio iuniore Romanorum Imperatore definiuit cap. 12. ſuorum decretorum filium Dei eſſe verbum Patris, ac etiam in Conc. Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore 1000. & amplius Patrum anno ſalutis 1439. celebrato hoc idem confitetur: denique in Conc. Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorũ Imperatore ſeſſ. 4. anno ſalutis 1546. die 8. menſis Aprilis decreto de libris Canonicis approbat totum Euangelium Ioannis.

Conc. Carthag. Sexta Syn. Concil. Epheſ. Conc. Flo. Conc. Tri.

Hæreſis Octaua.

Docet hæc hæreſis filium Dei ignorare vltimum diem.

Iſidorus. Marc. 13. Damaſc. Damaſc.

AVctores ab opere dicuntur Ignoitæ, vti Iſidorus lib. 8. Etimologiarum cap. 5. teſtatur, quis autem fuerit Auctor, aut quo tempore cœperit hæc hæreſis neque apud Iſidorum, neque apud alium inueni: & mouentur auctores verbis Marc. 13. vbi Chriſtus dixit diſcipulis, De die autem illo, vel hora nemo ſcit, neque Angeli in cęlo, neque filius niſi Pater; *tamen ſi credendum eſt Damaſceno lib. 3. de hæreſibus auctores fuerunt Monothelitę, qui ab ignorantia dicuntur Ignoitę, qui Monothelitæ, vti teſtatur Damaſcenus lib. 3. de hæreſibus in fine veniunt partim è ſecta Eutichetis, partim à Neſtorio, & partim à Machario.*

Coloſſ. 2. Ioan. 1. Ioan. 17. Marc. 13.

COnuincitur igitur hæc blaſphemia; nam legitur ad Coloſſ. 2. de filio Dei, *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi*, & Ioan. 1. loquens de filio Dei dicit *omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*, ſi omnia, ergo & tempus, ſi tempus, ergo & omnes dies, ergo & vltimus dies: deinde ipſemet filius ad Patrem loquens dicit Ioan. 17. *Omnia mea tua ſunt, & tua mea:* ſic igitur aut filius ſcit vltimum diem vti Pater; aut Pater ignorabit illum vti filius: aliter eſſet falſum id, quod ſupra dictum eſt, quod tamen nullo modo eſt dicendum, & quando Chriſtus Mar. 13. dixit diſcipulis quod filius non ſcit de die

Digitized by Google

illo; hoc ideo dixit vt occaſionem curioſitatis à diſcipulis auferret, & vt nos cautos redderet, & vigilare faceret, & quòd ſit verum ſubiunxit, *vigilate, &c.* itaut dixerit neque ego ſcio; ideſt licet ſciam nolo vobis dicere, ſed debetis vigilare obſeruando præcepta.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Lateranenſi ſub Martino I. & Conſtante Romanorum Imperatore anno ſalutis 649. celebrato 105. Epiſcopis cum alijs Abbatibus, & Epiſcoporum Vicarijs, & etiam in Concilio Mediolanenſi omnium fere Epiſcoporum Italiæ, tempore quo Eccleſia Mediolanenſis à S. Manſueto regebatur, qui fuit vir magnæ æſtimationis, cuius extat Epiſtola Synodalis à S. Damiano Epiſcopo Ticinenſi nomine S. Manſueti ſcripta Conſtantino Pogonato, vti teſtatur Paulus Diaconus lib. 6. cap. 4. quod Concilium celebratum fuit anno ſalutis 679. ſub Agathone Papa, & in Conc. generali Romæ celebrato anno ſalutis 680. 125. Epiſcoporum cui etiam interfuerunt Vicarij Epiſcoporum Galliæ, & magnæ Britanniæ abſentium ac denique in ſexta Synodo generali in Trullo celebrata 290. Epiſcoporum anno ſupradicto ſub Agathone Papa hunc errorem vna cum alijs omnibus Monothelitarum erroribus damnauit. Conc. Lat. Conc. Mediol. Conc. Ro. Sexta Syn.

SCripſit contra hanc hæreſim B. Hilarius in nono lib. de Trinitate, paulo ante finem. D. Hilar.

Hæreſis Nona.

D*Ocet hæc blaſphemia filium non poſſe videre Patrem, neque Spiritumſanctum filium.*

A*Vctor fuit Origenes, vti teſtatur Epiphanius in quadam Epiſtola ad Ioannem Hieroſolymitanum citans propria Origenis verba in lib. Periarchon; miror tamen tantum virum talia protuliſſe.* Epiph.

COnuincitur nam legitur Matth. 11. *Nemo nouit filium niſi Pater, neque Patrem niſi filius,* & legitur Gen. 1. cum aquę crearentur *ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas,* & Pſal. 32. *verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum,* & quia in ſequenti hæreſi probabimus clarius ex Sacræ paginæ teſtimonio Spiritumſanctum eſſe Patri, & Filio conſubſtantialem, ideo erit neceſſarium etiam dicere, quod omnia quæ ſunt Patris, & Filij ſunt etiam Spiritusſancti: & ſic apertiſſime ſuperata remanebit tanta Dei iniuria. Matth. 11. Gen. 1. Pſal. 32.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Romæ celebrato 60. Epiſcoporum, totidem presbyterorum, ac aliorum Diaconorum incœpto ſub Fabiano Papa, & Martyre anno ſalutis 254. & expleto ſub Cornelio Papa, & Martyre; tunc Imperio Romano gubernantibus Gallo, & Voluſiano; hanc & alios etiam Origenis errores damnauit, ac emendauit. Conc. Ro.

Digitized by Google

Hæreſis Decima.

Doceт hæc hæreſis Spiritumſanctum eſſe minorem Patre, & Filio, & eſſe meram creaturam.

Acta Macedonij.

D.Aug. *Auctor fuit Macedonius Conſtantinopoli ortus vti refert D. Auguſtinus lib. de hæreſibus cap. 52. qui ab adoleſcentia totus ſe dedit Scholæ, & ſectæ Arrianorum, ideo ab Arrianis poſt mortem ſceleſtiſſimi Euſebij Epiſcopi Conſtantinopolitani anno ſalutis 341. ſub Iulio I. Papa, & Conſtantio Romanorum Imperatore Epiſcopus Conſtantinopolitanus electus fuit; hinc inter Catholicos, & Arrianos ortæ ſunt Conſtantinopoli multæ ſeditiones, itaut multi ex vtraque parte ſint occiſi, victoriam tamen obtinuerunt Catholici, & ita Macedonius à Catholicis eijcitur, & Paulus legitimus Epiſcopus Conſtantinopolim introducitur: Arriani tamen multis; & diuerſis ſuaſionibus coegerunt Imperatorem, vt anno ſalutis 351. iterum Paulum eijceret, & Macedonium introduceret; Quæ Macedonij introductio fuit in cauſa, vt multi ex Catholicis tam Clericis, quàm laicis Martyres Chriſti effecti ſint, inter quos Paulus ſtrangulatus eſt; tamen Deo auxiliante anno ſalutis 352. quia Macedonius voluit transferre oſſa magni Conſtantini à templo Apoſtolorum in Eccleſiam Sancti Achacij Martyris, magna facta eſt ſeditio; itaut tam Arriani, quàm etiam Catholici contra eum ſtarent, tanto magis quia erat Dux Semiarrianorum, & præcipuè Imperator ira accenſus eum à ſede eiecit, & in exilium relegauit; quare à militibus in aſperam ſolitudinem cum manicis ferreis, & catenatus ductus fuit, & præ dolore & animi anguſtia anno ſalutis 360. ſub Liberio Papa, & Conſtantio Romanorum Imperatore miſerè moritur, & Eccleſia Conſtantinopolitana à fœda propagine liberatur.*

COnuincitur, & primo ad memoriam reuocare debemus ea, quæ contra Sabellium diximus, contra quem oſtendimus Trinitatem
Matth. 28. vnitatis; additur hic tamen, quod legitur Matth. 28. *Euntes in mundum vniuerſum docete omnes gentes, baptiȥantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti*, & dixit in nomine, non in nominibus vt oſtenderet in his tribus perſonis vnam eſſentiam, & legitur Act. 5. quod Petrus dixit Ananiæ defraudanti precium agri venditi. *Anania cur tentauit Sathanas cor tuum, te mentiri Spiritui ſancto*, & vt explicet Spiritumſanctum eſſe Deum ſubiungit *non es mentitus hominibus ſed Deo:* attendite ò mendaces Macedoniani, quem prius dixerat Spiritumſanctum, eundem poſtea Deum nominauit, & multa alia diligens lector poterit ex Sacra pagina colligere, quæ hanc blaſphemiam clare impugnant: at modo Eccleſiæ diffinitionem audiamus.

Deniquè

Digitized by Google

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. II. generali Conſtantinopoli celebrato anno ſalutis 381. ſub Damaſo Papa, & Magno Theodoſio Romanorum Imperatore 150. Patrum hanc Macedonianam hæreſim in Symbolo damnauit dicens *Credimus in Spiritumſanctum Dominum, & viuificatorem ex Patre procedentem cum Patre, & Filio adorandum, & glorificandum, qui loquutus eſt per Prophetas*: Quam etiam fidem docent Conc. Epheſinum III. generale, & Chalcedonenſe IV. generale, & denique Lateranenſe ſub Innocentio III. Conc. Cõſtantin. Concil. Epheſ.

COntra hanc malignam blaſphemiam ſcripſit Didymus Alexandrinus lib. duos de Spirituſancto, & D. Baſilius ſcripſit lib. vnum aduerſus Eunomium. Denique D. Ambroſius omnibus in hoc copioſior tres libros ad Gratianum Imperatorem de Spirituſancto ſcripſit. Didymus Alex. D. Baſil. D. Ambr.

Hæreſis Vndecima.

Docet hæc hæreſis Spiritumſanctum eſſe animam mundi.

AVctor fuit Petrus Abailardus, de quo titulo Beatitudo hæreſi 1. dictum eſt, vti teſtatur D. Bernardus in Epiſtola 190. ad Innocentium II. D. Bern.

REmanet hæc inſania ſuperata ex probatis in ſuperiori; nam hæreſi ſuperiori oſtendimus Spiritumſanctum eſſe Deum, ergo non eſt anima mundi, nam ſic etiam tunc limitibus circunſcriberetur, & eſſet minor mundo, quod falſum eſt. Deus enim excelſior eſt mundo, & nullis ſpatijs locorum circunſcribitur, taceat igitur Abailardus garrulus.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Rhemenſi in Gallia media Quadrageſima anno ſalutis 1148. indito ab Eugenio III. Papa, & Calẽ. Aprilis de eodem anno, & ſub eodem Papa, & Conrado II. Romanorum Imperatore celebrato, hanc Abailardi hæreſim cum omnibus alijs ſuis erroribus ſub anathemate damnauit. Cõc Rhemen.

Hæreſis Duodecima.

NEgat hæc hæreſis proceſſionem Spiritusſancti à Patre, & Filio, quam per multas centurias tutati ſunt Græci, de quibus dictum eſt titulo Confirmatio, & etiam Armeni, de quibus titulo Adam hæreſi 3. dictum eſt, & hæc eſt vna ex præcipuis cauſis, ob quas ab Eccleſia ſunt ſeparati: dicunt itaque Spiritumſanctum à Patre, non à filio procedere.

COnuincitur, nam audiant Græci, & Armeni veritatem Ioan. 6. dicentem, *Cum autem venerit ſpiritus ille veritatis qui à Patre procedit, docebit vos omnem veritatem*, addit, *etſi non abiero Paracletus non veniet* Ioan. 6.

niet ad vos, ſi abiero mittam eum ad vos. Si igitur Spiritusſanctus mittitur à filio ergo & conſequenter à filio procedit, & legitur ad Rom.8. *Qui autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius*, & ad Gal.4. *miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda hominum*, quid his auctoritatibus clarius; audiant denique ingrati Græci, & inſani Armeni Athanaſium Doctorem Græcum in ſuo Symbolo confitentem Spiritumſanctum à filio procedere.

Rom.8. Gal.4. D Athan.

Conc.Lat. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Maximo Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. Papa, & Othone IV. Romanorum Imperatore anno ſalutis 1215. celebrato, cui Concilio adfuerunt 1300. Patres inter quos erant duo Orientales Patriarchæ Conſtantinopolitanus ſcilicet, & Hieroſolymitanus 70. Archiepiſcopi 400. Epiſcopi, & 800. Priores conuentuales; legati Romani Imperij, oratores Regum Hieruſalem, Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, & Cypri: confitetur quod vnus ſolus ſit Deus, æternus, omnipotẽs, immenſus, Pater, Filius, & Spiritusſanctus: idem etiam confitetur Concilium Lugduni celebratum anno ſalutis 1274. ſub Gregorio X. Papa, & Rodulpho I. Romanorum Imperatore in quo præſedit Gregorius X. Summus Pontifex, cui etiam adfuit Paleologus Græcorum Imperator, & ſic Græci fauente Deo tertio vniuntur Eccleſię Latinæ, & confitentur proceſſionem Spiritusſancti à filio.

Conc.Lug dun.

Hæreſis Tertiadecima.

HAec hæreſis calumniatur omnes diuinas perſonas; nam potentiam dicit eſſe ſolius Patris, Sapientiam filij, & benignitatem ſolius Spiritusſancti.

D.Bern. *AVctor fuit Petrus Abailardus, de quo titulo Beatitudo hæreſi prima dictum eſt, vti teſtatur D. Bernardus in Epiſtola 190. ad Innocentium II. Papam.*

COnuincitur facile; nam ſupra probauimus tres eſſe perſonas Diuinas in vna eſſentia ſimpliciter, & abſolutè; ergo etiam fatendum eſt has omnes proprietates ſimpliciter, & abſolutè conuenire omnibus his tribus perſonis Diuinis in vna eſſentia; additur, quod legitur Ioan. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt*, in quo loco loquitur Ioannes de verbo filio Dei, & inſuper habetur Eſa.9. quod inter nomina, quæ filio Dei tribuuntur iſta præcipuè ſunt, ſcilicet *Deus fortis Pater futuri ſaeculi*, quæ proprietates denotant potentiam eſſe in filio, & in Pſal.32. habetur Filij, & Spiritusſancti potentiam ibi, *Cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum*. Sapientiam etiam conuenire Patri audiat Abailardus D.Paulum ad Rom.vlt. dicentem, *Cogniti ſoli ſapienti Deo per Ieſum Chriſtum*, quod etiam ſapientia conueniat Spirituiſancto audiat Abailardus Ioan.16. dicentem, *Cum autem venerit ſpiritus ille veritatis docebit vos omnem veritatem*: & quomodo Spiritusſanctus ſapiens non eſt, ſi potens eſt docere omnem veritatem, amplius audi ingrate Abailarde

Ioan.1. Eſa.9. Pſal.32. Rom.vlt. Ioan.16.

Eſa.11.

Digitized by Google

Eſa. 11. inter dona Spiritusſancti ennumerantem Sapientiam: denique quod benignitas Patri conueniat legitur Luc. 6. nam Chriſtus loquens de Patre dicit quod benignus, & miſericors eſt, quod etiam benignitas filio conueniat legitur ad Tit. 3. *Cum autem apparuerit benignitas Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti*. Quare ex his colligimus nec potentiam eſſe propriam Patris, nec ſapientiam Filij, nec benignitatem Spiritusſancti; ſed omnia dicuntur omnibus perſonis eſſe communia: & licet magis vni perſonæ applicentur, hoc eſt, quia licet omnibus perſonis ſint communia habent tamen aliqualem conuenientiam cum vna perſona, nam potentia eſt Patris, quia eſt fons totius Deitatis: ſapientia etiam attribuitur filio, nam licet, & Pater, & Spiritusſanctus ſint ſapientes tamen quia filius eſt genitus per intellectum Patris, & eſt notitia quædam ab illo producta; ideo ob hanc ſimilitudinem illi appropriatur ſapientia, quæ omnibus eſt communis bonitas pariter eſt omnibus communis, dicitur Spiritusſancti, quia Spiritusſanctus productus eſt à Patre, & Filio per illorum voluntatem eſt enim amor ab ambobus productus, ſic concludimus quod omnia ſunt abſolute omnibus tribus perſonis communia.

Eſa. 11.
Luc. 6.
Tit. 3.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Rhemenſi in Gallia celebrato anno ſalutis 1148. Calen. Aprilis ſub Eugenio III. Papa, a quo inditum fuit, & poſt ab eo confirmatum, tempore Conradi II. Romanorum Imperatoris hanc Abailardi inſaniam cum omnibus alijs ſuis erroribus ſub anathemate damnauit. Conc. Remen.

TITVLVS DIABOLVS.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen tres præcipue ortas hæreſes inueni. Prima docet Diabolum ſua natura eſſe malum.

Auctores ſunt Manichæi, de quibus titulo Anima hæreſi quarta dictum eſt.

His adhæret Priſcillianus hæreſum omnium ſentina, de quo titulo Anima hæreſi nona dictum eſt.

Licet hæc hæreſis ſatis confutata remaneat ex confutatione ſecundæ hæreſis in titulo Creatura: hic tamen additur quod de Diabolo legitur Eſai. 14. *Quomodo cecidiſti de Cœlo Lucifer, qui mane oriebaris*, & Ezech. 28. *Tu ſignaculum ſimilitudinis Dei plenus ſapientia, & perfectus decore in delicijs Paradiſi Dei fuiſti*, & Chriſtus Ioan. 8. de Diabolo loquens ait, *in veritate non ſtetit*; ergo creatus fuit in veritate, ergo Diabolus ſua natura bonus ò Manichæi dementes, & per ſuam malitiam cecidit.

Eſa. 14.
Ezech. 28.

Denique

Digitized by Google

Conc. Bracar. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio I. Bracarenſi celebrato ab octo Epiſcopis Galitiæ prouinciæ in Hiſpania citeriori anno ſalutis 563. ſub Ioannes III. Papa, & Iuſtiniano Romanorum Imperatore cap. 7. ſuorum decretorum ait; *Si quis dixerit Diabolum non fuiſſe prius Angelum bonum à Deo factum, nec Dei opificium eſſe, & è tenebris emerſiſſe ſicut Manichaus, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit:* Et in Lateranenſi ſub Innocentio III. Papa, & Othone IV. Romanorum Imperatore 1300. & amplius Patrum anno ſalutis 1215. celebrato ait, *Diabolus enim, & alij dæmones à Deo quidem natura ſunt creati boni, at ipſi per ſe facti ſunt mali, homo verò diaboli ſuggeſtione peccauit*, quæ verba habentur in libro Decretalium cap. 1. de ſumma Trinitate, & fide Catholica.

Conc. Lat.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis Diabolum aliquando ab inferno liberandum.

D. Aug. *AVctor fuit Origenes, vti refert D. Auguſt. libro de hæreſibus cap. 33. de quo Origene dictum eſt titulo Adam hæreſi ſecunda.*

COnuincta remanet hæc hæreſis ex dictis in titulo Beatitudo hæreſi ſecunda, vbi probauimus beatitudinem, & miſeriam nunquam finem habituras; additur tamen hic, quod legitur Matth. 25. vbi Saluator dicet damnatis, *Ite in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius*, vbi verba illa *in ignem æternum* attendenda ſunt: non ergo erit aliquando ab inferno liberandus Diabolus.

Matth. 25.

Quinta Synodus. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Quinta Synodo generali in Trullo celebrata 165. Epiſcoporum Orientalium anno ſalutis 553. nonas Maij ſub Vigilio Papa, & Iuſtiniano Romanorum Imperatore hunc & alios Origenis errores damnauit, ac correxit.

Hæreſis Tertia.

DOcet hæc hæreſis ſugeſtiones Diaboli fieri in nobis contactu lapidum, & herbarum prout eorum malitia optime cognoſcit ſingula ſingulis conuenire, de qua hæreſi diſputabimus titulus Tentatio.

TITVLVS ECCLESIA.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen quatuor ortas hæreſes præcipue inueni. Prima docet ſolos bonos in Eccleſia contineri.

Auctor

Digitized by Google

AVctor fuit Donatus, de quo dictum eſt titulo Baptiſmus hæreſi 6. vti refert D. Auguſtinus lib. de hæreſibus cap. 69. & eſt ſciendum quod hic accipitur nomen Eccleſiæ pro hominum congregatione, non pro domo materiali ex calce, & lapidibus, & lignis confecta. D. Aug.

Acta Ioannis Huſſ.

HIc error diù ſepultus ab inferis fuit reuocatus à Ioanne Huſſ Bohæmo, qui obſcurè, & humilibus parentibus natus eſt in quadam Villa dicta Huſſ in Bohæmia, non multum diſtans à Praga. Qui Ioannes cum eſſet peracri ingenio, & lingua diſerta multumque dialecticis oblectaretur, peregrinas opiniones amabat, & præcipue doctrinam Vuiclephi, quam verbo, & exemplo tutatus eſt, & Pragæ habuit diſcipulum Hieronymum dictum Bohæmum, vti Aeneas Syluius refert libro de origine Bohæmorum cap. 37. Hi anno ſalutis 1413. præcipuè venena ſua per totam Bohæmiam diſſeminabant, eamque inficiebant; tandem Conſtantiæ anno ſalutis 1415. congregatur Concilium ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore, cuius ſuaſu ad Concilium Ioannes, & Hieronymus venerunt, & cum ſæpè cum Patribus Concilij colloquium habuiſſent diuini, & humani iuris, neque ſuas peruerſas opiniones nullo modo relinquere voluiſſent, ſed plus ſapere volentes, quam oportebat, Eccleſiam Romanam in multis errare dicebant, & longè eſſe ab Apoſtolorum traditionibus. Priores Patres Concilij Conſtantienſis, vbi eorum pertinaciam cognouerunt, vti membra Eccleſiæ putrida, quæ ſanari non poterant reſecanda cenſuerunt, ne reliquum corporis inficerent: itaque brachio, & authoritate inuictiſſimi Sigiſmundi Romanorum Imperatoris retinentur, & carceri mancipantur anno ſalutis 1416. quare lata eſt ſententia aduerſus contumaces, ſcilicet concremandos eſſe, quia pertinaci animo doctrinam Eccleſiæ reſpuerent: ita prior Ioannes Huſſ magiſter in publica platea Conſtantiæ combuſtus eſt: Hieronymus verò per 340. dies in vinculis poſtea habitus (expectabatur enim eius pœnitentia) at cum nollet (etiam ſuaſu eruditiſſimorum, & piorum virorum præcipuè Illuſtriſſimi Cardinalis Franciſci Florentini Diaconi S. Coſmæ, & Damiani) reſcipiſcere, & à ſua falſa ſententia diſcedere; immo cum pertinaciùs perſeueraret, ex ſententia tandem igni comburendus traditur: ſic iucunda fronte in publica platea Conſtantię ad incendium properauit; ita ut flamma adhibita canere cœpit, quare combuſti cineres eius in lacum proijciuntur; vti etiam factum fuit de cineribus Ioannis Huſſ, tamen aliqui horum diſcipuli ex loco vbi combuſti ſunt terram acceperunt, eamque in patriam portauerunt cæteris Ioannis, & Hieronymi ſequacibus nunciantes quæ Conſtantiæ geſta eſſent.

Aen. Sylu.

Digitized by Google

Acta Ioannis de Rochſeſana.

Hanc etiam tutatus eſt Ioannes Bohæmus natus in oppidulo non multum diſtanti à Praga, & à famoſo oppido Pelzina dicta; vocatur enim oppidulum Rochſeſana; ideo hac de cauſa, quia Ioannes ortus eſt humilibus parentibus, quorum cognomen ignorabatur, retinuit nomen patriæ, & ſemper dictus eſt Ioannes de Rochſeſana, qui anno ſalutis 1422. cum iam annos diſcretionis ſuperaſſet, & eſſet multum ingenioſus, ſatiſque in exterioribus morigeratus venit Pragam, & factus eſt Pedagogus cuiuſdam nobilis Pragenſis, eique traduntur eius filij erudiendi; anno vero ſalutis 1425. ſub Martino V. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore fuit receptus in Collegio pauperum Pragæ, vt ſcilicet pueros doceret, ac inſtrueret; quibus etiam temporibus fuit auditor Iacobelli: itaque ordinatus Sacerdos cœpit Pragenſes verbum Dei docere, ac prædicare: ex cuius doctrina detectus fuit hæreſiarca, & infectus lepra Ioannis Vuiclephi, & Ioannis Huſſ; quare anno ſalutis 1431. à Pragenſibus mittitur legatus ad Concilium Baſilienſe cum alijs quattuor præsbyteris, nec per hoc à ſuis erroribus diſceſſit, immo vſque in finem vitæ ſuæ pertinax permanſit, vti refert Aeneas Syluius libro de origine Bohæmorum; quare ſenio confectus primo decedens anima in Inferno, & corpus in ſterquilinio ſepelitur.

Aen. Sylu.

Hunc denique errorem per centum annos ſepultum ab inferis reuocauit impius Lutherus de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt.

Pſal. 54. 1. Cor. 1. Ioan. 13. 2. Cor. 5. Gal. 6. Apoc. 20.

Conuincitur, nam legitur Pſal. 54. quod boni, & mali ambulant in domo Dei cum conſenſu, & D. Paulus 1. ad Cor. 1. docet omnes fideles per baptiſmum regeneratos pertinere ad Eccleſiam Dei, & legitur Ioan. 13. quod Chriſtus dixit omnibus Apoſtoli, qui omnes erant de Eccleſia, *Vos mundi eſtis, at non omnes*, volens intelligere de Iuda, qui fuerat, videte hic impij Iudam connumeratum eſſe, & mixtum cum Apoſtolis, qui cũ alijs Apoſtolis per ipſaſmet manus Saluatoris accepit corpus Chriſti, & D. Paulus de præmio bonorum, & malorum loquens ait 2. Cor. 5. *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum*, & ad Gal. 6. *vnuſquiſque onus ſuum portabit*, vnde dixit ſuum, non alienum, & legitur Apoc. 20. *iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta ſunt in libris ſecundum opera eorum.*

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi anno ſalutis 1415. celebrato ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore, 1000. & amplius Patrum ſeſſ. 15. damnans articulos Ioannis Huſſ, hunc etiam in ordine tertium ſub anathemate damnat.

D. Aug.

Contra hanc plures edidit tractatus D. Auguſtinus, & vnum præcipuè contra Vincentium Donatiſtam.

Digitized by Google

Hæreſis Secunda.

Hæc hæreſis docet Eccleſiam poſſe errare.

A*Vctor fuit Ioannes de Vueſtphalia, de quo titulo Aqua, hæreſi ſecunda dictum eſt.*

COnuincta remanet hæc hæreſis ex probatis titulo Concilium, quo recurrat Lector.

Additur quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi anno ſalutis 1415. ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore mille Patrum ſeſſ. 8. damnans errores Ioannis Vuicleph, hunc etiam maledixit. Conc. Cōſtantien.

Hæreſis Tertia.

D*Ocet hic error decretales epiſtolas eſſe apochryphas, & nullius valoris, & ſtultos vocat illos, qui illis incumbunt.*

A*Vctores ſunt Vualdenſes, de quibus titulo Baptiſmus hæreſi octaua dictum eſt.*

His adhærent pſeudo Apoſtoli, de quorum Duce Gerardo dictum eſt titulo Apoſtoli, hæreſi 2. Begardi à Beguinæ, de quibus dictum eſt titulo Beatitudo hæreſi 4. docentes hominem in ſtatu perfectionis exiſtentem non teneri alicui homini obedire.

Ioannes vero Vuicleph, de quo titulo Adoratio hæreſi 1. dictum eſt, & Ioannes de Vueſtphalia, de quo titulo Aqua hæreſi 2. dictum eſt, & denique Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt, negant quidem Eccleſiam poſſe condere leges, & ſtatuta, ad quarum obſeruationem omnes homines teneantur; non tamen negant vniuerſaliter obedientiam ſuperiorum, vti Vualdenſes, Gerardus, Begardi, & Beguinæ.

COnuincitur, nam legitur Prouerb. 6. *Conſerua fili præcepta Patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ*, & Deut. 17. *Si autem ſuperbierit nolens obedire imperio Sacerdotis moriatur homo ille*, & Matth. 18. *Si quis peccauerit, & correptus te non audierit dic Eccleſiæ:* ecce quod Chriſtus dat auctoritatem arguendi, & quia aliqui ex ſupradictis hæreticis irrident excommunicationes: ideo dicimus quod legitur Luc. 20. *Qui vos audit me audit, qui vos ſpernit me ſpernit;* qui autem me ſpernit, ſpernit & eum, qui miſit me; ex quibus colligimus obedientiam, quæ propter Deum hominibus præſtatur non eſſe humanam (vt Lutherus mentitur) ſed eſſe Dei ſeruitutem confirmatur hoc ex D. Paulo 1. Theſſ. 4. ait enim *itaque ſcitis quæ præcepta dederim vobis per Ieſum Chriſtum*, ſic qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum. Prou. 6. Deut. 17. Matth. 18. Luc. 20. 1. Theſſ. 4.

Digitized by Google

Conc. Viēnen. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Viennenſi ſub Clemente V. Papa, & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore 800. & amplius Patrum anno ſalutis 1311. damnans errores Begardorum, & Beguinarum, hunc etiam in ordine tertium maledixit,& in Concilio Conſtantienſi ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore mille Patrum anno ſalutis 1415. celebrato damnans errores Ioannis Vuicleph, hunc etiam in ordine 38. ſub anathemate damnauit. Conc. Cōſtantien.

Io. Roſen. Contra hanc aſſertionem ſcripſit diligentiſſimè Ioannes Roffenſis Epiſcopus in eo opere, quod contra captiuitatem Babylonicam Lutheri edidit artic.27.

Hæreſis Quarta.

Docet hæc hæreſis Eccleſiam, & Eccleſiaſticos homines non poſſe diuitias poſſidere.

D.Aug. *Auctores fuerunt Audiani, de quorum Duce dictum eſt titulo Deus hæreſi 2. vti refert D. Auguſtinus libro de hæreſibus cap.50.*

Horum veſtigia ſequuti ſunt Vualdenſes, de quibus titulo Baptiſmus hæreſi 8. dictum eſt, & Vuiclephiſtæ, qui in verba Vualdenſium iurarunt, de quorum magiſtro dictum eſt titulo Adoratio hæreſi 1. vti Aeneas Syluius libro de origine Bohæmorum refert cap.35. addentes Sacerdotes pauperes debere eſſe contentos ſola eleemoſina. Aen. Sylu.

Acta Marſilij Paduani.

Huic etiam ſubſcripſit Marſilius Paduæ ortus, quæ ciuitas poſita eſt in Marchia Triuiſana, qui Marſilius fuit ex nobili Carrarenſium familia, tamen Eccleſiæ, & omnibus perſonis Eccleſiaſticis odioſus, & obnoxius, & floruit anno ſalutis 1307. ſub Ioanne XXII. à quo fuit excommunicatus, & Ludouico Bauaro Romanorum Imperatore. Hic Marſilius fuit nepos Vbertini Carrarienſis, qui fuit Dominus iure gentium Paduæ, & regnauit in dominio octo annis, authoritate Apoſtolica, & Imperiali confirmatus, quo defuncto Marſilius dominatū Paduæ ſuſcepit vnà cum filijs ſub Benedicto XII. Papa: attamen Deo permittente (nam erat hoſtis Eccleſiæ accerrimus) anno ſalutis 1334. ex conſpiratione facta à Iacobo vbertino patruelle ſuo interfectus fuit, ſic Marſilius vti Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis perſonis hoſtis erat, ita ab Eccleſia, & Eccleſiaſticis perſonis non recipitur in Eccleſiaſtica ſepultura, ſed extra, & in ſterquilinio ſepelitur.

Denique Lutherus perfidus perſuaſit omnibus Germaniæ Principibus, vt bona Eccleſiæ diriperent, & Monaſteria omnia deſtruerent, quod fa-

ctum

Digitized by Google

ctum eſt in multis Germaniæ ſuperioris oppidis cum magno animarum, & Eccleſiæ detrimento.

SVperata remanet hæc hæreſis per dicta titulo Decimæ,& titulo Apoſtoli: additur tamen hic quod Sacerdotes veteris Legis habebant poſſeſſiones, & agros, nam legitur Ioſue 21. quod poſtquam populus Iſrael adeptus eſt terram Promiſſionis tribus Leuitica, vnde ſumebantur Sacerdotes ex Domini præcepto accepit ab illis tribubus 48. vrbes cum ſuis ſuburbanis; inſuper Leuitæ accipiebant decimas omnium pecudum, & terræ naſcentium; multo magis hoc debet concedi Sacerdotibus nouæ legis; præcipuè cum hoc non reperiatur à Chriſto prohibitum, & D. Paulus ſcribens Timotheo prima ſua epiſtola cap. 3. dicit quod debet eſſe hoſpitalis, quæ hoſpitalitas exerceri non poteſt ſine facultatibus. Ioſue 21. 1. Tim. 3.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Cócilio Chalcedonenſi generali IV. 630. Epiſcoporum anno ſalutis 452. celebrato ſub Leone I. Papa,& Martiano Romanorum Imperatore cap. 22. ſuorum decretorum diſtrictius inhibet clericis, ne poſt mortem Epiſcopi rapiant eius bona, quare ex his clarè conceduntur eccleſiaſticis perſonis bona. Et in Concilio Conſtantienſi mille, & amplius Patrum anno ſalutis 1415. ſub Ioanne XXIV. Papa,& Sigiſmundo Romanorum Imperatore ſeſſ. 8. damnans aſſertiones Ioannis Vuiclephi, hanc etiam decimo loco, ac trigeſimo etiam ſecundo, & tertio poſitam ſub anathemate damnat: aduertant tamen eccleſiaſtici, quod licet eis liceat poſſidere diuitias, non tamen eis licet indebitè expendere. Conc. Calced. Conc. Cóſtantien.

SCripſit diligētiſſimè de hac re Iodocus Clithouæus in eo opere quod edidit pro declaratione veritatum in Concilio Senonenſi definitarū. Iodocus Clitou.

TITVLVS ELEEMOSINA.

Hæreſis Prima.

D*Docet hæc hæreſis non licere facere Eleemoſinam fratribus mendicantibus.*

A*Vctor fuit Ioannes Vuiclepb, de quo titulo Adoratio hæreſi 1. dictum eſt, docens quod facientes Eleemoſinam fratribus mendicantibus eo ipſo ſunt excommunicati, & ita damnat vitam Monachalem quod auſus ſit dicere inſtitutores Baſilium ſcilicet, Benedictum, Franciſcum, Auguſtinum, & alios niſi in finem vitæ ſuæ pænituerint eſſe damnatos; nam præcipuè mendicantes debent ſibi victum acquirere per laborem manuum, non per mendicitatem: quam aſſertionem Deo fauente confutabimus titulo Mendicitas.*

Hæreſis

Digitized by Google

Hæreſis Secunda.

D. Auguſt. *NArrat D. Auguſtinus lib. 21. de ciuitate Dei cap. 22. aliam hæreſim de Eleemoſina, & eſt Eleemoſinam eſſe tantæ virtutis, vt qui eam exerceat, etiam ſi nefariè, & criminosè viuat, nunquam ſit habiturus æternum ſupplicium; illis autem dicunt eſſe deſtinatum æternum ſupplicium, licet pura viuant conſcientia, qui Eleemoſinas non faciunt: huius auctor ignoratur.*

1. Cor. 13. PRo huius confutatione ſufficiat dictum D. Pauli 1. ad Cor. 13. ibi *ſi diſtribuero in pauperes omnes facultates meas, charitatem autem non habuero nihil mihi prodeſt,* qui plura deſiderat contra hanc hæreſim legat D. Aug. D. Auguſtinum lib. 21. de ciuitate Dei cap. 27. quo loco redarguit hunc errorem, quem ſupra cap. 22. narrauerat nullo tamen nominato Auctore.

Conc. Nicæn. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Nicæno generali I. anno ſalutis 325. celebrato ſub Syluestro I. Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore 318. Patrum Can. 4. hunc errorem ſub anathemate damnat.

TITVLVS EPISCOPVS.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen duas ortas hæreſes præcipuè inueni. Prima docet Epiſcopos eſſe pares ſimplicibus Sacerdotibus.

Acta Aerij.

AVctor fuit Aerius Aegyptius Alexandriæ ortus nobilibus parentibus, & cum ab adoleſcentia (erat enim ſubtili ingenio) totum ſe litteris dediſſet, multum in Sacra Scriptura profecit, quare ſtatim, vt ad determinatam peruenerit ætatem ab Epiſcopo Alexandrino conſecratus fuit præsbyter Eccleſiæ Alexandrinæ. Qui cum haberet cor ſuperbia deprauatum (ambibat enim ſummopere ornari Epiſcopali dignitate) anno ſalutis 354. ſub Liberio Papa, & Conſtantio, Arrianorum fautore, Romanorum Imperatore fecit quantum potuit, vt ad talem dignitem aſcenderet, at videns ad eam peruenire minime poſſe, odio in Eccleſiam Catholicam (vti D. Auguſtinus refert lib. de hæreſibus cap. 53.) ſe totum doctrinæ Arrianorum dedit, atque in hunc; & alios errores, ductus

ſuperbia,

Digitized by Google

ſuperbia, cecidit; ita ut multa mala Eccleſiæ Dei fecerit, dogmata impia diſſeminans, ſimplices ſeducens, & Catholicos ipſos apud Imperatorem Conſtantium lingua perſequens; quare pertinax anno ſalutis 377. ſub Damaſo Papa, & Gratiano, & Valentiniano Romanorum Imperatoribus ad mortem ducitur, & à Diabolo ad inferos deportatur.

Hanc etiam hæreſim per multos annos ſepultam ab inferis reuocarunt libidinoſi, & infames Pauperes de Lugduno, de quorum auctore dictum eſt titulo Baptiſmus hæreſi octaua, docentes nullum eſſe inter Sacerdotes diſcrimen.

Cui etiam ſubſcripſit Marſilius Paduanus, de quo titulo Eccleſia, hæreſi quarta dictum eſt.

Quam etiam tutatus eſt Ioannes Vuicleph, de quo titulo Adoratio, hæreſi 1. dictum eſt, vti teſtatur Thomas Vualdenſis in ſuo doctrinali fidei antiquæ Tom. 1. lib. 2. art. 3. cap. 60. in quo loco narrat Thomas Vuicleph valde ambiſſe Epiſcopatum Vigorienſem, quem non potens obtinere calumniari cœpit id, quod ante deſiderabat. Tho. Vual.

Demum Lutherus hanc ampliauit, docens in libello contra falſa nomina ſtatutum Eccleſiæ, Epiſcopus eſſe indoctas Laruas Papales, & in libro de captiuitate Babylonica iterum ait, omnes quotquot baptizati ſumus, Sacerdotes ſumus æqualiter, & quilibet Laicus poteſt Eccleſias conſecrare, & pueros confirmare, ex quibus verbis non ſolum dicit Sacerdotes eſſe æquales Epiſcopis; verum etiam Laicos eandem habere poteſtatem quam habent Epiſcopi: hoc ideo docuit perfidus Lutherus, quia indignatus eſt contra Eccleſiam, quia non potuit, vti deſiderabat aſcendere ad dignitatem Epiſcopalem, & Cardinalitiam.

COnuincitur itaque hæreſis; nam oportet vmbram eſſe ſimilem corpori, & figuram veritati; omnia enim quæ in veteri teſtamento præceſſerunt ſunt figuræ noui, vti legitur 1. Cor. 10. *Omnia illis in figura contingebant*, at in lege veteri vera erat diſtinctio ſummi Sacerdotis a Sacerdote ſimpliciter, nam Aaron fuit ſummus Sacerdos, & filij eius Sacerdotes ſimpliciter, & Sacerdotes minores: Summus autem Sacerdos diſtincta habebat ornamenta a minoribus, vti patet Exod. 28. & 29. & Leuit. 16. habetur quod ſolus ſummus Sacerdos intrabat in Sancta Sanctorum, quod non erat licitum alijs Sacerdotibus, vti etiam legitur ad Hebr. 9. & ſic etiam ad ſolum ſummum Sacerdotem pertinebat celebrare feſtum expiationis; cum ergo tantum diſcrimen fuerit inter ſummum Sacerdotem, & alios Sacerdotes veteris legis, multo magis hæc diſtinctio debet eſſe inter Sacerdotes nouæ legis, & veritatis; denique habetur hæc diſtinctio Act. 8. vbi ſolis Epiſcopis conceditur ordinare, & confirmare. 1. Cor. 10. Exo. 28. & 29 Leuit. 16. Hebr. 9. Act. 8.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Hiſpalenſi II. octo Epiſcoporum, cui præfuit B. Iſidorus eiuſdem ciuitatis Epiſcopus anno ſalutis 619. celebrato ſub Bonifacio V. Papa, & Heraclio Romanorum Impe- Conc. Hiſpal.

ratore

Digitized by Google

ratore cap. 5. ſuorum decretorum inhibet presbyteris officium ordinandi,& in cap.7.repræhendit Agapium Cordubenſem Epiſcopum,qui Sacerdotibus conceſſit, vt abſente Epiſcopo Eccleſias conſecrarent, & altaria erigerent,quibus illicitum eſſe docet, nam in diuinis litteris præcipiente Domino ſolus Aaron altaria erexit,ſolus vnxit,quia ſummus Dei Sacerdos erat,quod Conc. licet prouinciale fuit celebratum auctoritate Bonifacij V. & deinde confirmatum ab Honorio I. Papa Bonifacij ſucceſſore, & deinde receptum ab Eccleſia in ſexta Synodo in Trullo celebrata ſub Agathone Papa.

Hæreſis Secunda.

Docet hac hæreſis peccatorem amitti Epiſcopatum.

AVctores ſunt Vualdenſes, de quibus titulo Baptiſmus hæreſi octaua dictum eſt, docentes quod presbyterum non dignitas, ſed vitæ meritum efficiat potiorem.

Hos imitatus eſt,de more,Ioannes Vuicleph,de quo titulo Adoratio hæreſi 1.dictum eſt,docens quod ſtatim, vt aliquis Epiſcopus in peccatum labitur, amittit Epiſcopatum: de qua hereſi diſputabitur titulo Poteſtas.

TITVLVS EVANGELIVM.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen tres pręcipuè ortas hęreſes inueni. Prima docet Euangelium iam ceſſaſſe.

AVctores fuerunt Flagellãtes, de quibus dictum eſt titulo Aqua hereſi ſecunda, qui poſt aduentum ſuę ſectę docent hanc inſaniam ſcilicet Euangelium ceſſaſſe.

Eccleſ.17. COnuincitur,legitur enim Eccleſ.17. teſtamentum æternum conſtituit cum illis, & iuſtitiam, & iudicia ſua oſtendit cum illis, & Baruch 2. *Teſtamentum*, inquit, *alterum ſempiternum ſtatuam illis, vt ſim illis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum*, & Pſal.110. *redemptionem miſit populo ſuo, mandauit in æternum teſtamentum ſuum*, quæ redemptio nobis fuit data in aduentu filij Dei,qui verbo,& opere prædicans,Euangelium nobis in teſtamentum ſuum reliquit, quod in morte ſua confirmatum eſt, quare audiant dementes Flagellantes D.Paulum ad Hæbr. 13. dicentem hoc idem ſcilicet *Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium,in ſanguine teſtamenti æterni, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*, taceant igitur imprudentes Flagellantes, & ad veritatem reducantur.

Baruch 2. Pſal.110. Hebr.13.

Denique

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Viēnenſi ſub Clemente V. Papa, & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore 800. Patrum diuerſarum nationum anno ſalutis 1311. celebrato damnans errores Begardorum, hos etiam omnes Flagellantium conſequenter maledixit, cum ex illis originem trahant. Conc. Viēnenſe.

Hæreſis Secunda.

Docet hæreſis Euangelium ſolum litteraliter ab Apoſtolis fuiſſe prædicatum.

Auctor fuit Abbas Ioachim, de quo titulo Apoſtoli, hæreſi 1. dictum eſt, vti Guido Carmelita refert in ſua ſumma de hæreſibus. Gui. Car.

Satis confutata remanet hæc hæreſis titulo Apoſtoli, hæreſi prima, ibi recurrat Lector.

Additur tamen hic quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. Papa, & Othone IV. Romanorum Imperatore; hunc & alios Ioachim errores cap. 20. ſuorum decretorum emendauit. Conc. Lat.

Hæreſis Tertia.

Negat hæc hæreſis Euangelium eſſe legem.

Auctor fuit Martinus Lutherus, de quo titulo Abſolutio, hæreſi prima dictum eſt.

Acta Philippi Melancthonis.

Huic adhæret Philippus Melancthon Germanus Sacerdos, & Confeſſioniſtarum, & totus ad Lutherum, & eius dogmata conuerſus, natus ſatis nobilibus parentibus in Vuirtempergenſi ciuitate; vti docet Lindanus hic ab adoleſcentia ſemper fuit ſub cuſtodia eruditus, at libertati carnis deditus, vt audiuit legem Lutheranam carnalitates ſine peccato concedentem, parentum præcepta reliquit, & ad Lutherum acceſſit anno ſalutis 1530. quare fit dogmatum eius protector fidiſſimus, mittitur deinde à Duce Vuirtempergenſi ad Concilium Tridentinum, ad quod anno ſalutis 1546. ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore cum ſaluo conductu acceſſit; inde tamen magis pertinax diſceſſit, & in ea pertinacia mortuus, & Diabolo traditus eſt perpetuo igne, & ſulphure cruciandus. Lindanus.

Digitized by Google

Acta Ioannis Brentij.

HVic etiam ſubſcripſit Ioannes Brentius Germanus, & Clericus ſecularis, ac Philippi Melancthonis concinis Dux Semilutheranorum, cuius exemplo ab Eccleſia Brentius receſſit, & ſectæ Lutheranæ acceſſit; nec erubuit anno ſalutis 1540. accipere monialem in vxorem, magiſtrum imitatus; erat enim doctus in vtraque lege Canonica ſcilicet, & ciuili, ac Philoſophia, & Theologia perornatus, ideo inter Doctores à Duce Vuirtempergenſi ad Conc. Tridentinum miſſos anno ſalutis 1546. iſte Brentius erat primus; tamen magis, ac magis athæus diſceſſit, & vix in patriam peruentus, quia nimis Eccleſiam Catholicam Romanam, & Catholicos in Concilio aſſiſtentes calumniabat, Deo permittente moritur, & in Inferno ſepelitur, vti tradit Lindanus: quare Euangelium ſecundum Lutherum, & ſequaces nil aliud eſt quam bonum nuncium de Ieſu Chriſto; vnde in libro de captiuitate Babylonica ait quicquid fit lege cogente peccatum eſt, vnde in nouo teſtamento non ſunt præcepta vrgentia, ſed tantum exhortationes, & Melancthon in locis communibus ait nouum teſtamentum non eſt aliud niſi bonorum omnium promiſſio citra legem, quod idem confitetur Brentius cum ſocijs in confeſſione ſuæ fidei quam Patribus ſcriptam obtulit. Sic ex hac iniqua opinione tres Lutheri errores notantur. Primus negat neceſſitatem bonorum operum, de quo dicemus titulo Fides, & titulo Opera. Secundus docet in lege Euangelica nullum eſſe præceptum, de quo dicemus titulo Præceptum. Tertius docet Euangelium non eſſe dicendum legem, quem tertium errorem nunc confutabimus.

Eſai.42. COnfutatur igitur; nam legitur Eſai.42. *Ecce ſeruus meus ſuſcipiam eum, electus meus complacuit ſibi anima mea: dedi ſpiritum meum ſuper eum, & in veritate educet iudicium, & legem eius inſulæ expectabunt*, quæ verba intelliguntur de Saluatore noſtro, vti apertiſſimè declarat
Matth. 10. Matth. 10. & Hier. 31. legitur: *Ecce dies venient dicit Dominus, & feriam*
Hier. 31. *domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum: non ſecundum pactum quod pepigi cum Patribus veſtris*, & infra: *Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam*, quæ verba intelligenda eſſe de nouo te-
Hebr. 10. ſtamento clarè oſtendit D. Paulus ad Hebr. 10. & legitur ad Gal. 2. quod
Gal. 2. *per legem, legi mortui ſumus*. Euangelium ergo iuxta D. Pauli ſententiam eſt lex, per quam mortui ſumus legi Moſaicæ; valeant ergo Lutherani, & in luto ſepeliantur.

Conc. Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore inuictiſſimo ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. die 7. Ianuarij celebrato Can. 20. hanc aſſertionem ſub anathemate damnat.

Hermas Lemat. COntra hanc hæreſim ſcripſit Hermas Letmatius in opere illo de inſtauranda religione lib. 8. cap. 9.

TITV-

TITVLVS EVCHARISTIA.

Circa hoc nomen multas ortas hæreſes inueni. Auctores infœlicem habuerunt finem in hac vita, infœliciſſimum retinentes in futura tanquam ingrati de tanto beneficio nobis à Deo conceſſo. In his igitur proponendis hoc ordine procedemus; primo diſcutiemus illas, quæ tangunt ſubſtantiam huius mirifici Sacramenti; ſecundo eas, quæ conantur minuere eius efficaciam; tertio eas, quæ tollunt eius exactã præparationem.

Hæreſis Prima.

Docet hæc hæreſis Sacramentum Euchariſtiæ non poſſe confici ex pane, quoniam eſt Diabolica creatura.

Auctores fuerunt Cathariſtæ Manis diſcipuli vti refert D. Auguſtinus lib. de hæreſibus cap. 40. de quibus dictum eſt titulo Cibus hæreſi prima. D. Aug.

Hic error ſatis titulo Creatura confutatus fuit vbi probauimus creaturam ex ſe eſſe bonam, & bono principio, quo recurrat Lector. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore, mille, & amplius Patrum anno ſalutis 1439. celebrato definiuit, materiam Sacramenti Euchariſtiæ eſſe panem, & vinum de vite, cui ante conſecrationem gutta aquæ miſceri debet. Conc. Flo.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis Chriſtum confeciſſe in fermentato, non verò in azimis.

Auctores ſunt Græci, de quibus titulo Confirmatio dictum eſt: & hæc eſt vna ex præcipuis cauſis cur Latini à Græcis defecerunt Latinos omnes Azamitas vocãtes, vti Beatus Anſelmus teſtatur in quadam Epiſtola de Azimo, & fermentato, nec permittunt Sacerdotes Latinos in ſuis Altaribus facere ſacrum, etſi caſu Latini in ſuis Altaribus, ipſis neſcientibus, celebrarent, illa lauant, quia credunt illa eſſe polluta falſo ſacrificio in azimo confecto, idcirco dicendi ſunt hæretici, at ſi tenerent Latinos non errare in azimo conficiendo, licet ipſi in fermentato conficiant, vtique hæretici dicendi non eſſent. B. Anſelm.

His adhærent Armeni, de quibus titulo Adam hæreſi tertia dictum eſt, Gui. Car. *vti Guido Carmelita refert in ſua ſumma de hęreſibus, & de Gręcis, & de Armenis.*

Matth.26. Marc.14. Luc.22. Ioan.13. CONfutatur hæreſis 1. Matth.26. Mar.14. & Luc.22. legitur Chriſtum confeciſſe in azimis, quare vt ipſe fecit, ita & nos facere debemus, vti nos Ioan.13. docet: & licet Græci ſe ſub vmbra Ioannis defendant, ita vt in tantam deuenerint temeritatem, vt auſi ſint dicere cæteros Ioan.13. Euangeliſtas erraſſe, & fuiſſe à Ioanne correptos, quia dicit Ioan. cap.13. ante diem feſtum Paſchæ cęnaſſe cum diſcipulis, & in cęna Sacramentum confeciſſe, & nobis Sacerdotibus poteſtatem conficiendi tribuiſſe, Exod.12. at ante Paſcha Iudæi veſcebantur fermentato non azimo; vti Exod.12. quare Chriſtus confecit in fermentato, & ſic quemadmodum fecit ille, Ioan.13. ita & nos facere debemus: legitur enim Ioan.13. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos facere debetis*, at hæc argumentatio futilis eſt; nam vt veritatem dicam Græci, vel non intelligunt Ioannem, vel fingunt non intelligere: cum enim Ioannes dicit cap.13. ante diem feſtum Paſchæ intellexit diem artificialem, non totum diem feſtiuum qui incipit à Veſperis, & deſinit in Veſperis alterius diei, qui deinde totus feſtiuus eſt, & de hoc intellexit Ioannes, ſimiliter quando legitur non introierunt in prætorium ne contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha; nomine Paſchæ intelligitur tota octaua, in qua ſemper manducantur azimi panes, quos hominibus immundis comedere non licebat, ſic Iudæi abſtinuerunt ſe à domo hominis Gentilis, ne contaminati man- Exod.12. ducare non poſſent azimos panes, vti legitur Exod.12. taceant ergo blaſphemi Græci, & deſinant ſcripta Matth. Mar. & Luc. negligere.

Conc. Flo. Denique audiant Eccleſiæ definitionem in Conc. Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1439. celebrato mille, & amplius Patrum, nam in decreto de vnione Græcorum docet corpus Chriſti in azimo, ſiue fermentato veraciter confici, & hoc Sacerdotes facere debent iuxta ſuæ Eccleſię conſuetudinem, quam definitionem Græci tunc ſuſceperunt, licet poſtea contempſerint.

B. Anſelm. COntra hanc hæreſim ſcripſit tractatum compendioſum de azimo, & fermentato B. Anſelmus.

Hæreſis Tertia.

DOcet hæc hæreſis modum conſecrandi Eccleſiæ Romanæ non eſſe verum modum.

AVctores ſunt Vualdenſes, de quibus titulo Baptiſmus hæreſi octaua dictum eſt, hi enim in conſecratione dicunt ſolum ſepties Pater no- Gui. Car. *ſter, vti refert Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus.*

Conuin-

Digitized by Google

COnuincitur, nam clara ſunt verba quatuor Euangeliſtarum de forma, qua vtitur Sancta Romana Eccleſia in conſecratione, idem etiam cōfirmat D. Paulus 1. Cor. 11. quibus in locis clarè habetur Chriſtum conſecraſſe ſuper panem dicendo *Hoc eſt corpus meum*, & Lucas addidit Chriſtum dixiſſe: *Hoc facite quotieſcumque ſumitis in meam commemorationem.* 1. Cor. 11.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concil: Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1439. celebrato mille, & amplius Patrum, definiuit veram huius Sacramenti formam eſſe eam, quam Chriſtus Matth. 26. Mar. 14. & Luc. 22. nobis reliquit. Conc. Flo.

Hæreſis Quarta.

DOcet hæc hæreſis ſub ſpeciebus panis, & vini verè, & realiter non contineri verum Chriſti corpus, & verum Chriſti ſanguinem.

AVctores huius hæreſis ſunt diuiſi; omnes tamen tendunt ad vnum finem licet diuerſis incedant vijs: nam alij dicunt ibi eſſe carnem alicuius hominis ſiue iuſti, ſiue iniuſti: alij, vt Neſtorius, de quo titulo Chriſtus hęreſi tertia dictum eſt, docent panem conuerti in carnem hominis iuſti ſolum: & licet primi auctores ignorentur tamen damnantur in III. generali Concilio Epheſino vnà cum Neſtorio.

Armeni verò, de quibus titulo Adam hęreſi tertia dictum eſt, vti refert Guido Carmelita in ſua ſumma de hęreſibus, docent ibi realiter non eſſe carnem filij Dei, at ſolum in ſigno, & figura. Gui. Car.

Acta Berengarij.

HVic etiam ſubſcripſit Berengarius Gallus Adegauenſis, & Clericus eiuſdem Eccleſię: nam adhuc adoleſcens fuit auditor Filberti Carnotenſis viri ſanctiſſimi ac doctiſſimi, & hoc fuit anno ſalutis 1006. *ſub Ioanne XIX. Papa; & Baſilio Imperatore a quo Fulberto (nam ex longa conuerſatione pręuidebat Fulbertus id, quod poſtea euenit) ſępè Berengarius arguebatur, nè ſcilicet pedes extra limites Catholicę veritatis poneret: Quare electo Berengario (vti Guidmandus teſtatur Epiſcopo Turonenſi, cum eſſet corde leuis, & Sophiſta garrulus paucis elapſis annis detectus fuit impius hęreſiarca; ſic primo omnium a Chriſtianiſſimo Rege Gallię Roberto damnatur, & a ſua conuerſatione eijcitur, tamen (licet detectus hoſtis Eccleſię Catholicę) facta fronte meretricis anno ſalutis* 1028. *ſub Ioanne XX. Papa, & Conrado II. Romanorum Imperatore ęgrotante Fulberto Carnotenſi eius præceptore venit cum alijs ſequacibus maledictis ad eum viſendum: Fulbertus verò, vt eum vidit à ſe eiecit, nam*

Digitized by Google

iam doctiſſimus ac Catholicus Fulbertus hanc hæreſim confutauerat in
epiſtolis ſcriptis ad Adeodatum, & Finardum: Itaque anno ſalutis 1050.
Conc. Vercell. menſe Septembri ſub Leone IX. Papa, & Henrico II. Romanorum Impe-
ratore Vercellis congregatum fuit Concilium 300. & amplius Patrum in
quo Summus Pontifex Leo IX. præſidebat, & vocato Berengario, non
comparuit, quare excommunicatus fuit, & de Eccleſia eiectus: itaque peni-
tentiam diſſimulans poſt mortem Leonis humiliter ſcripſit Victori II. Pa-
pæ, ei promittens ſe omnes abiuraturum hæreſes, ſic domi ſuæ authoritate
Conc. Turonen. Apoſtolica anno ſalutis 1055. congregatur Conc. Turonenſe, in quo Ilde-
brandus Sanctę Romanę Eccleſiæ Legatus pręſedit, & ſic Berengarius ſuas
impietates deteſtatus eſt, & deteſtationem propria manu ſcripſit, & ſub-
ſcripſit; deinde mortuo Victore, iterum anno ſalutis 1059. congregatur
Conc.Ro. Conc. Romæ à Nicolao II. Papa 113. Epiſcoporum, in quo Nicolaus præ-
ſidebat, & Berengarius in Concilio aſtans iterum ſe retractauit, ac hæreſes
omnes abiurauit, eaſque ſcriptis confutauit; diſcipulos tamen conuertere
non potuit, pro quorum conuerſione ſummoperè laborabat. Verba autem
retractationis habentur in volumine decretorum de conſecrat. 2. ibi (ego
Berengarius) anno verò 1074. Berengarius iam decrepitus, & octuage-
Conc.Ro. narius in Concilio Romæ celebrato à Gregorio VII. Papa, coram Concilio
proſtrato iterum hæreſes omnes abiurauit, veniamque de erroribus humi-
liter poſtulauit, & ſic poſtea ſemper vſque ad mortem in pœnitentia man-
ſit, quare anno ſalutis 1088. in die Epiphaniæ è vita diſceſſit, ſub Vrbano
VI. Papa, & Henrico III. Romanorum Imperatore, & fertur dum erat
moribundus talia verba protuliſſe cum gemitu: ſcilicet, hodie in die appa-
ritionis ſuæ apparebit mihi Dominus Deus Ieſus Chriſtus propter pœ-
nitẽtiã, vt ſpero ad gloriã, at propter alios, vt timeo ad pęnã; quia. ſ. quos
verbo, & exemplo ſeduxerat ad pœnitentiam reducere minimè potuerat.

Hanc eandem opinionem per 100. & amplius annos tutatus eſt Alma-
ricus, de quo titulo Adam, hæreſi tertia dictum eſt, vti frater Bernardus
Fr. Bern. de Lutzemburgo in ſuo hæreticorum catalogo ei tribuit.

Poſt hos omnes per 100. & amplius annos hunc errorem amplexatus
eſt Ioannes Vuicleph, vti patet ex Conc. Conſtantienſi ſeſſ. 8. de quo titulo
Adoratio dictum eſt, hæreſi prima.

Poſtremo Ioannes Oecolampadius, cuius vitam deſcripſimus titulo
Adoratio hæreſi ſecunda, hanc hæreſim diù ſepultam ab inferis reuocauit,
eamque auxit; nam detruncatis aliquibus teſtimonijs Sacrę paginæ, quę non
faciebant pro confirmatione huius ſuæ malignitatis, auſus eſt verba conſe-
crationis exponere ſenſu maligno, ſic, hoc eſt corpus meum: dixit Oeco-
lampadius impius, & malignus apoſtata, hoc eſt figura corporis mei: ò
peruerſam ſcripturæ expoſitionem: ſic igitur Oecolampadi maligne auſus
es Sacram paginam deprauare, valeas cum Diabolo, maneaſque meritò ſe-
cum in Inferno perpetuò cruciandus.

Conuin-

Digitized by Google

CONuincitur nam Chriſtus in conſecratione dixit *hoc eſt corpus meũ,* vti legitur Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 13. nec Chriſtus ò ingrati vſus eſt aliqua figurata loquutione, & ad confuſionem veſtram, Chriſtus vos expoſituros verbum eſt per ſignificat Ioan. 6. clarè loquitur *caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus*: ſi vero ò perfidi ergo non figuratiuè, imaginatiuè, vel ſignificatiuè, vt vos ſomniaſtis, & addit *ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi, & panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita*, quid amplius vultis ò ingrati Sacram Scripturam peruertentes, & veſtris paſſionibus eam adaptantes, immo temerarie eradentes quicquid non facit pro veſtra viuendi libertate. Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 13. Ioan. 6. Ioan. 6.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Vercellis celebrato anno ſalutis 1050. ſub Leone IX. Papa, & Henrico II. Romanorum Imperatore 300. Patrum, in quo Leo IX. Papa præſidebat Berengarium cum ſuis erroribus, ac ſequacibus maledixit, & in Conc. Turonenſi 170. Patrum, in quo Ildebrandus legatus ſedis Apoſtolicæ præſidebat anno ſalutis 1055. ſub Victore II. Papa celebrato, ipſemet Berengarius aſtans hæreſes ſuas damnauit, quam damnationem Sacrum Turonenſe Concilium confirmauit; & in Conc. Romæ celebrato ſub Nicolao II. Papa 113. Epiſcoporum, in quo Nicolaus præſidebat anno ſalutis 1059. iterum Berengarius ſe retractauit, ac hæreſes ſuas etiam ſcriptis confutauit, quam confutationem Concilium confirmauit. Conc. Vercellen. Conc. Ro. Conc. Tri.

Denique in Concil. Trid. ſub Iulio III. Papa ſeſſ. 3. anno ſalutis 1551. 11. Octob. celebrata c. 1. definiuit Eccleſia, poſt conſecrationem panis & vini ibi realiter contineri ſub illarum ſpecie verum Deum, & hominem.

SCripſit contra hanc hæreſim primus omnium Lanfrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus: ſcripſit etiam contra eam Ioannes Roffenſis. Lanfranc. Cantuar.

Hæreſis Quinta.

Docet hæc hæreſis quod poſt conſecrationem manet idem panis.

AVctores ſunt diuiſi, tamen, quia ad vnum & eundem finem tendunt eodem gladio feriendi ſunt.

Ioannes Vuicleph, de quo titulo Adoratio hæreſi prima dictum eſt docet panem manere cum Euchariſtia.

Martinus Lutherus auget hanc inſaniam dicens panem eſſe corpus Chriſti: de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt.

COnuincitur, nam Chriſtus dixit (*hoc*,) quod refertur ad corpus, quod eſt neutri generis, non ad panem, qui eſt maſculini generis: ſimiliter dixit (*hic eſt ſanguis*) qui eſt maſculini generis, & refertur ad ſanguinem, non ad vinum quod eſt neutri generis, vti patet ex textu Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. & Ioan. 13. attende perfide Luthere regulas Grammaticales, & bene conſidera ea, quæ in conſecratione Calicis ſequuntur; ſcilicet, qui pro multis fundetur, & legitur pro confirmatione Matth. 26. Mar. 14. Luc 22. Ioan. 13.

Ioan.6. Ioan.6. *Panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita, & qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo*, ſic ex his clarè habemus, quod poſt conſecrationem verè panis fit corpus Chriſti, non enim dixit Chriſtus panis, quem ego dabo figura eſt carnis, ſed dixit *caro mea eſt pro mundi vita*.

Conc. Cõſtantien. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore mille, & amplius Patrum anno ſalutis 1415. celebrato ſeſſ.8. damnans Vuiclephi errores, hunc etiam in ordine primum anathematizat, & in Concilio Conc.Tri. Tridentino ſub Iulio III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.3. anno ſalutis 1551. 11. Octobris celebrata poſt datam definitionem in cap.4. eiuſdem ſeſſionis hanc aſſertionem Can.2. ſub anathemate damnat.

Hæreſis Sexta.

D*Ocet hæc dementia quod pro Calicis conſecratione non ſit apponendum vinum; at ſola aqua.*

D.Auguſt. A*Vctores à Diuo Auguſtino vocantur Aquarij ab opere, libro ſuo de hæreſibus cap.4. cuius autem fuerit magiſter, aut quo loco, vel tempore cœperit non legitur.*

Matth.26. Marc.14. Luc.22. Ioan.13. COnuincitur breuiter, nam clara ſunt teſtimonia Matth.26. Marc. 14. Luc.22. & Ioan.13. vbi habetur Chriſtum non aquam, ſed vinum poſuiſſe in Calice.

Conc.Lat. Denique huius auctores definitionem Eccleſiæ in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. Papa, & Othone IV. Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1215. celebrato 1500. & amplius Patrum audiant damnantem cap.1. ſuorum decretorum hanc aſſertionem, & in Conc.Trid. Conc.Tri. ſub Iulio III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.3. anno ſalutis 1551. 11. Octobris celebrata cap. 4. hanc pariter aſſertionem falſam eſſe declarat.

Hæreſis Septima.

H*Aec hæreſis pugnat cum ſuperiori ex diametro, & docet nullo modo eſſe aquam apponendam in Calice.*

Gui. Car. A*Vctores ſunt Græci, de quibus titulo Confirmatio dictum eſt; nam Guido Carmelita hunc ponit vndecimo loco inter errores Græcorum.*

Gui. Car. *Armeni inſuper, qui in omnibus ferè Græcis ſimiles ſunt, hanc etiam ſequuntur, de quibus titulo Adam hæreſi 3. dictum eſt, & à Guidone Carmelita ponitur hic error 24. loco inter errores Armenorum.*

Confu-

Digitized by Google

COnfutatur,& primò ponitur hoc fundamentum; ſcilicet Eccleſiam ordinaſſe tantum guttam aquæ in calice eſſe apponendam; ita ut mixta vino in vinum conuertatur ſiue vt melius dicam in vini ſubſtantiam: Quo poſito fundaměto dogma catholicum ſuperædificatur; nam teſte D. Paulo 1. Cor. 11. *Hoc ſacramentum fit in memoriam paſſionis Chriſti*; & Chriſto mortuo, vti legitur Ioan. 19. *Vnus militum latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis, & aqua*; ideo Eccleſia ordinauit aquam apponendam eſſe in calice in memoriam aquæ exeuntis de latere Chriſti; quæ Eccleſiæ definitiones, vel traditiones ſunt tanti ponderis, quanti eſt ſacra pagina, vti probatum eſt libro Prohæmiali cap. 5. nam Alexander I. Papa ait in ſuis decretis, quæ in primo tomo Conciliorum generalium inſeruntur. *In Sacramentorum quoque oblationibus, quæ inter miſſarum ſolemnia Domino offeruntur, paſſio Domini miſcenda eſt, vt eius, cuius corpus, & ſanguis conficitur paſſio celebretur:* non debet enim (vt a patribus accepimus) & ipſa ratio docet, in calice Domini, aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed vtrunque permixtum, quia vtrunque ex latere eius in paſſione profluxiſſe legitur. 1. Cor. 11. Ioan. 19. Alexan. I. Papa.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio III. Carthaginenſi anno ſalutis 397. celebrato ſub Syricio Papa, & Arcadio, & Honorio Romanorum Imperatoribus, quod Concilium receptum fuit ab Eccleſia Vniuerſali in Sexta Synodo in Trullo celebrata; cui etiam Concilio interfuit D. Auguſtinus, ac ſubſcripſit cum alijs 43. Epiſcopis; nam cap. 24. ſuorum Decretorum ſic definiuit: *in ſacramentis corporis, & ſanguinis Domini nil amplius offeratur, quam ipſe Dominus tradidit: hoc eſt panis, & vinum aqua mixtum:* & in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1439. celebrato mille, & amplius Patrum decreto de vnione Armenorum, idem definiuit: Alexandri I. Papæ verba repetens. Conc. Carthag. Sexta Syn. Conc. Flo.

Hæreſis Octaua.

Docet hæc hæreſis Sacramentum Euchariſtiæ nec prodeſſe, nec lædere.

AVctores ſunt Meſſaliani, de quibus titulo Anima, hæreſi quinta dictum eſt.

Armeni vero his adhærent, vti Guido Carmelita refert in ſua ſumma de hæreſibus, dicens hunc eſſe illorum 23. errorem, & docens, Armenos docere Sacramentum Euchariſtiæ tantum corpori prodeſſe. Gui. Car.

COnuincitur; nam legitur 1. Ioan. 6. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam:* & *qui manducat me ipſe viuet propter me:* quæ vita æterna, vti legitur Rom. 6. nil aliud eſt, quàm gratia Dei; & infra in eodem capitulo: *Qui manducat meam carnem in me manet, & ego in illo*, ſcilicet per charitatem, vti legitur prima Epiſtola Ioan. 4. *Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in illo.* Ecce ò Diabolici, non diuini Meſſaliani, & inſani Armeni verba Salua- Ioan. 6. Rom. 6. 1. Ioan. 4.

Digitized by Google

toris clara,& manifeſta; quibus ſæpe teſtatur magnam vtilitatem manducantibus hoc Sacramētum ſucceſſuram, nempe vitam æternam: denique hoc nomen Euchariſtia nil aliud ſignificat quam bonam gratiā: & cum in hoc ſacramento recipiatur non ſolum Chriſti humanitas, ſed etiam diuinitas ipſa humanitati coniuncta; quis tam demens vt dicat, per receptionem huius mirifici ſacramenti Deum nobis magna,& eterna dona non concedere? ideo loquens de hoc ſanctiſſimo Euchariſtiæ
D.Bern. ſacramento D.Bernardus dicit *in hoc ſacramento non ſolum gratia, ſed ille, à quo eſt omnis gratia ſumitur*: magnam ergo gratiam ſacramentum Euchariſtiæ præſtat; pro qua in futura donat vitam æternam.

Conc.Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Iulio III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore inuictiſſimo ſeſſ.3.anno ſalutis 1551. celebrata die 11.Octobris,poſt datam de tali re in cap.2. definitionem hanc deinde aſſertionem Can.5. ſub anathemate damnat.

Hæreſis Nona.

DOcet hæc hæreſis hoc ſacramentum maiorem vim habere in die cœnæ Domini,ſcilicet feria 5. maioris hebdomadæ, quàm alijs diebus.

Gui. Car. *HVnc errorem docuerunt, & Duces fuerunt Græci, vti Guido Carmelita docet in ſua ſumma de hæreſibus,dicitque eos hac ratione nulla alia die anni, quàm die cœnæ conficere, confectumque illo die ſacramentum per totum annum conſeruare, vt inde infirmis miniſtretur.*

Luc.22. COnuincitur hęc debilis inſania,nam legitur Luc.22.quod Chriſtus dixit quotieſcunque ſumitis, non autem ſolum in die cœnæ, ſed quocunque die, & quacunque hora, nullam eis temporis legem præſcripſit,ſed abſolutè ait,*hoc facite in meam commemorationem*,& D. Pau-
1.Cor.11. lus 1.Cor.11. in huius confirmatione loquens de ſumptione huius mirifici ſacramenti ait, *quotieſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem Domini bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat*; non dixit D.Paulus in die anniuerſaria cœnæ dominicæ, ſed ait *quotieſcunque*. Quid igitur fabulantur inſani Græci? valeant, & tandem ad veritatem fidei Catholicæ reducantur?

Conc.Flo. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concil. Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1439.celebrato, mille, & amplius Patrum docet in decreto de Græcorum vnione, quod effectus huius mirifici ſacramenti Euchariſtiæ eſt adunatio hominis ad Chriſtum,& quod quotieſcunque ſumitur, homo Chriſto incorporatur; ſic ſemper digne ſumentibus gratia augetur.

Hæreſis

Digitized by Google

Hæreſis Decima.

DOcet hæc hæreſis, quod ad huius Sacramenti præparationem non eſt neceßaria confeſſio ad hoc vt dignè recipiatur; neque diligens examinatio conſcientiæ.

AVctor fuit Martinus Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt.

Huic adhæret aliqua ex parte Thomas de Vio, de quo titulo Adam, hæreſi 6. dictum eſt; nam in ſua ſumma de peccatis titulo Confeſſio habet hæc verba; tempus autem confeſſionis iure diuino eſt in periculo mortis, & ſemel in anno ex determinatione Eccleſiæ: adminiſtrandum autem ſacramenta ſine nouo peccato mortali, eaque ſuſcipienda, & alia huiuſmodi, quæ mundam exigunt conſcientiam contritionem ſufficere conſtat; nec per hoc Gaetanus dicendus eſt hæreticus, vti Lutherus; nam hoc non dixit cum pertinacia, & etiam ſe ſemper ſubmiſit Eccleſiæ definitionibus, cui in omnibus ſemper obediens fuit, quod non fecit perfidus Lutherus.

COnuincitur, nam legitur 1. Ioan. 4. *Qui peccat manet in morte*, & ne Ioan.4.
peccans maneat in morte debet facere id quod docet D. Paulus 1. Cor. 11. *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice* 1. Cor. 11.
bibat, qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit: non diiudicans corpus Domini. Quid eſt ergo ô Luthere impiè ſe ipſum probare, niſi conſcientiam ſuam bene mundare? iuxta id, quod legitur Teſſ. 5. *Omnia probate, & quod iuſtum eſt tenete*, & Gal. 6. *opus au-* Teſſal 5.
tem ſuum probet vnuſquiſque, & ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit, Gal.6.
& non in altero: homo igitur debet iuxta D. Pauli præceptum ſe prius ante Sanctiſſimæ Euchariſtiæ perceptionem intus ſe purgare; ideſt conſcientiam ſuam à peccatis mundare: Quod etiam lotio pedum a Chriſto Apoſtolis facta; vti legitur Ioan. 13. hoc indicauit, prius igitur eorum Ioan.13.
pedes lauit, ideſt eorum affectus purgauit; ideo dixit *Vos mundi eſtis, at non omnes*, quod dictum ad Iudam referebatur, qui minime intus lotus erat, immo habebat in cor eum tradere.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Iulio III. Conc. Tri.
Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 3. anno ſalutis 1551. celebrata, poſt datam de tali re in cap. 7. definitionem hanc in Can. 11. ſub anathemate damnat dicens, *Si quis dixerit ſolam fidem eſſe ſufficientem reparationem ad ſumendum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum anathema ſit.*

SCripſit contra hanc hæreſim doctiſſimus Ioannes Roffenſis Epiſco- Ioan. Rof.
pus in eo opere, quod edidit contra Lutheri articulos.

Hæreſis Vndecima.

Petr. Lom. *Docet hæc hæreſis peccatorem non recipi corpus Chriſti: Quæ hæreſis recitatur à Petro Lombardo lib. 4. Sententiarum diſtin. 9. nullo nominato auctore.*

1. Cor. 9. Conuincitur, nam legitur 1. Cor. 9. *Qui manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit*, ſic hæc auctoritas aſſerit clarè,
Ioan. 13. quantumcunque indignum manducare corpus Chriſti, & Ioan. 13. &
Matth. 26. Matth. 26. legitur Chriſtum proprijs manibus, omnibus ſuis diſcipulis corpus ſuum dediſſe, etiam Iudæ, qui fur erat, & hoc habebat in corde, vt Chriſtum traderet; ergo tam boni, quàm mali corpus Chriſti ſumunt, tamen malis non prodeſt; immo maximè obeſt non ipſius panis natura, ſed vitio recipientis.

Conc. Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Iulio III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 3. anno ſalutis 1551 celebrata poſt datam definitionem in cap. 7. de tali re hanc deinde damnat Can. 11.

Hæreſis Duodecima.

Docet hæc hæreſis corpus Chriſti ſolum eſſe in vſu; non autem extra vſum, & ex hoc errore alium auctores deducunt dicentes, Euchariſtiam nunquam eſſe ſeruandam in altari vel alio loco pro quacunque neceſſitate.

Acta Martini Butzeri.

Lindanus. *Auctor præcipuus ex Lutheranis Martinus Butzerus Germanus in ciuitate Argentina ortus ſatis nobilibus parentibus, vti Lindanus, qui adhuc adoleſcens ingreſſus eſt religionem S. Dominici, & expleto anno ſui nouitiatus emiſit profeſſionem iuxta regulam D. Auguſtini: itaque profeſſione emiſſa inſtituta regula, à D. Dominici præcepta diligenter obſeruabat; ſemper memor illius diuini dicti vouete, & reddite, vitam monaſticam, ac ſolitariam valde amabat operam dans ſcientijs, in quibus multum profecit: tamen cum quadam die à Diabolo tentaretur de carnis peccato, & licet illud euitare poſſet, ei tamen adhæſit, nec reſiſtere voluit; at permanens in illa complacentia, ei à Diabolo ſuggeritur (ſi deſiderium ſuum explere vellet) vt è clauſtro exeat, quod factum eſt; anno ſalutis 1530. nam habitu dimiſſo, & è monaſterio egreſſo fit apoſtata, & quod peius eſt adhæſit doctrinæ iniqui Lutheri, eamque non ſolum tutatus eſt, verum auxit, ac ampliauit, nam mortuo Volfango Luterano; de quo loco*

ſuo

Digitized by Google

ſuo dicetur eius vxorem duxit Butzerus, quæ erat Monialis ex inſtituto D. Benedicti: præceptorem in hoc imitatus. Quare à die, qua Butzerus a monaſterio egreſſus eſt vſque ad extremum diem vitæ ſuæ in luctu permanſit: immo cum ſaluo conductu profectus ad Concilium Tridentinum magis induratus diſceſſit, & maiores in Catholicos proferebat blaſphemias, ſic ſenio confectus Cantabrigiæ in Anglia exul a patria metu Cæſaris anno ſalutis 1552. ſub Iulio III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore 21. Februarij, moritur anno vero ſalutis 1557. reintegrata per vniuerſam Angliam religione eius oſſa, quæ erant in loco ſacro defoſſa ſunt, & exuſta.

Conuincitur breuiter hæc maligna dementia ex auctoritate quatuor Euangeliſtarum: nam ex Matth.26. & ex Marc.14. & ex Luc.22. denique ex Ioanne 13. quando Chriſtus panem, & vinum in corpus & ſanguinem ſuum tranſubſtantiauit loquutus eſt abſolutè; & ſine conditione; ſic cum dedit ſacerdotibus auctoritatem conficiendi, vel conſecrandi hoc diuiniſſimum Sacramentum nullam appoſuit de communione facienda conditionem; at tantum dixit illis *hoc facite in meam commemorationem*. Lutherani tamen propria temeritate apponere volunt ad virtutem conſecrationis neceſſitatem communionis, quam Chriſtus ipſe non ſtatuit: at audiamus eccleſiæ definitionem. Matth.26. Marc.14. Luc.22. Ioan.13.

Deniq; Eccleſia Vniuerſalis in Concil. Florentino ſub Eugenio IIII. Papa; & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1439. celebrato mille, & amplius Patrum diuerſarum nationum in definitione fidei data Armenis de ſanctiſſimo Sacramento Euchariſtiæ, ait, *forma huius ſacramenti ſunt verba Saluatoris, quibus hoc conficitur ſacramentum a ſacerdote in perſona Chriſti; nam ipſorum verborum virtute ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem conuertuntur*. Ex quibus verbis habetur integram poteſtatem eſſe in ſacerdote conficiendi corpus Chriſti abſque vlla communicantis voluntate. Pariter & in Lateranenſi Conc. ſub Innocentio III. Papa; & Ottone IIII. Romanorum Imperatore anno ſalutis 1215. 1300. Patrum ad quod tam Græci; quàm Latini conuenerant cap.20. ſuorum decretorum; ait, *ſtatuimus in cunctis eccleſiis, vt Chriſma, & Euchariſtia ſub fideli cuſtodia, clauibus adhibitis, conſeruentur, vt non poſſit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, vel nefaria perpetranda*. Conc. Flo. Conc. Lat.

Denique etiam in Concil. Trid. ſub Iulio III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 3. anno ſalutis 1551. celebrata poſt datam definitionem in cap.6. hanc deinde Can.7. ſub anathemate damnat dicens *ſi quis dixerit non licere ſacram Euchariſtiam in ſacrario reſeruari, ſed ſtatim poſt conſecrationem aſtantibus eſſe diſtribuendam; aut non licere, vt illa honorifice ad infirmos deferatur, anathema ſit*. Conc. Tri.

Hære-

Hæreſis Tertiadecima.

Docet hæc hæreſis communionem debere fieri ſub vtraque ſpecie.

AVctores ſunt Græci, de quibus titulo Confirmatio dictum eſt, vti refert Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus.

Acta Petri Dreſenſis.

Aen. Syl. *HVic etiam adhæſit Petrus Dreſenſis Bohæmus, vti refert Aeneas Syluius libro de Origine Bohæmorum cap. 35. nam lepra Vualdenſium Petrus infectus vi a ſuis conciuibus a patria eiectus eſt; inde fugiens venit Pragam Bohæmiæ ciuitatem; hancque nouam peſtem ibi publicauit: tunc enim erat Pragæ Iacobellus Smiſnenſis vir litteris & moribus clarus; qui tunc curam habebat ſua prædicatione populi edocendi; quare factum eſt, vt Petrus coniungeretur in amicitia cum Iacobello; & ſic Petrus ei ſuaſit, vt populo prædicaret communionem ſub vtraque ſpecie; quæ iam ab eccleſia relicta fuerat; illi inter alia adducens ſententiam Saluatoris Ioannis* 6. niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis. *His commotus Iacobellus, & inſtante impio Petro, populo prædicauit communionem ſub vtraque ſpecie; aſſerens nequaquam poſſe ſaluari, niſi ſub vtraque ſpecie communicantur: Quare factum eſt, vt omnes hæretici Bohæmiæ aſſentirent; immo gaudentes dicebant, tantum virum inueniſſe ſententiam in ſacro Euangelio fundatam; per quam Romana eccleſia argui poteſt, vel de ignorantia; vel de nequitia; quare perfidus Petrus Dreſenſis totam ferè Bohæmiam hoc dogmate infecit; qui floruit anno ſalutis* 1428. *ſub Eugenio IIII. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore, perſeuerauitque in pertinacia ſua vſque ad extremam horam vitæ ſuæ; itaque iam ſenex deficiens in inferno ſepelitur.*

Ioan. 6.

Quam deinde auxit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt; docens ne laici ſumant communionem ſub vtraque ſpecie incurri æternam damnationem.

COnuincitur itaque hæc hæreſis, nam in Chriſti corpore eſt corpus, ſanguis, anima, & diuinitas; Quod ſi inimici hoc negent, oportet dicere corpus eſſe inanimatum; & ſic cadauer; nam corpus ſine anima & ſanguine minime poteſt vegetare; idem de ſanguine dicitur nam ſi ibi eſt ſanguis: ergo, & conſequenter etiam anima; fatendum eſt igitur ſine vlla heſitatione ſub vtraque ſpecie panis, & vini realiter contineri totum corpus Chriſti; ſic qui ſumunt vnam ſpeciem totum Chriſtum integrè ſumunt; & ſic æqualiter eandem gratiam ſumunt: Eccleſia ve-

ſia vero ò perfidi ſapienter ordinauit. Primò ob numeroſam multitudinem, ob periculum effuſionis ſanguinis, ne communio daretur ſub vtraque ſpecie, quod in primitiua eccleſia ob Chriſtianorum paucitatem non erat ita timendum: Secundò, ob delationem ſanguinis ad infirmos ad loca remotiora, ne ſanguis accidentaliter diffundatur: Tertiò, quia non vbique habetur vini copia denique, ne homines idiotæ crederent (vti accidit Bohæmis a Petro, & Iacobello ſeductis) non poſſe recipi totum Chriſtum ſub vna ſpecie: denique legitur Act. 12. & 20. quod *conuerſi erant perſeuerantes in orationibus, & in fractione panis*, quo loci nulla fit vini mentio. Act. 12.

Poſtremò Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi ſub Ioanne XXIIII. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore anno ſalutis 1415. celebrato 1000. & amplius Patrum ſeſſ. 13. definiuit non debere dari communionem ſub vtraque ſpecie laicis ob ſupra narrata pericula. Conc. Cõſtantien.

Contra hanc hæreſim ſcripſit (vti teſtatur Ioannes Tritemius Abbas, & Monachus S. Benedicti libro de viris illuſtribus) quidam Ioannes Hagen Carthuſienſis: pariter etiam ſcripſit Ioannes Roffenſis Epiſcopus in eo opere, quod contra errores Lutheri edidit. Io. Hag. Io. Roff.

TITVLVS EVNVCHVS.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis, quæ nimis temeraria, & crudelis eſt; quod ad benè Deo ſeruiendum oportet vt quiſq; caſtratus ſit.

Acta Valeſij Arabis.

Auctor fuit (vti teſtatur D. Auguſtinus libro de hæreſibus c. 37.) quidam Valeſius Arabs, à quo ſequaces dicti ſunt Valeſiani. Qui Valeſius erat homo idiota, vti etiam cæteri Arabes ſequaces. Hæc igitur hæreſis orta eſt in Arabia (vti teſtatur D. Aug. lib. de hæreſibus cap. 77.) quare Arabes dicuntur Auctores. Docebat igitur Valeſius Arabs populos, quod niſi ſe caſtrarent, vel per ſe, vel per alios nunquam peruenire poſſent ad regnum cœlorum. Cauſa autem huius ſectæ, fuit Origenes: nam audiens Valeſius eius prædicationem (habebatur enim Origenes ab omnibus in maxima veneratione) & curioſus Valeſius; deſiderans cognoſcere hominem, & qualitates, & audito ſe ob regnum cœlorum caſtraſſe ſtatim idem ipſe fecit in ſe, & in alijs ſequacibus, & non ſolum ſe ipſos Valeſiani caſtrabant, verum omnes quotquot hoſpitio recipiebant, D. Aug.

& flo-

Digitized by Google

& floruit Valeſius ac eius ſecta præcipue anno ſalutis 230. ſub Vrbano I. Papa, & Alexandro Romanorum Imperatore, qui Valeſiani ſe hoc modo caſtrantes priuantur communione cæterorum.

Matth. 19. COnuincitur, & primo dico, quod verba Saluatoris Matth. 19. ſic intelligenda ſunt, ſcilicet a vitijs, & a mala voluntate non obſeruandi præcepta, quod confirmatur, nam tunc coniugia perirent; nam
Matth. 19. præcipitur pariter Matt. 19. quod nullus *dimittat vxorem ſuam ſine cau-*
1. Cor. 7. *ſa fornicationis*; & D. Paulus 1. Cor. 7. iubet reddi debitum vxori, &
Gen. 1. Gen. 1. legitur Deum poſt Adæ, & Euæ creationem eis dixiſſe *creſcite, & multiplicamini, & replete terram*; & cum per diluuium voluit Deum
Gen. 7. omnem hominem punire legitur Gen. 7. reſeruaſſe Noe, & vxorem
Gen 8. ſuam, quibus poſt diluuium dixit (vti legitur Gen. 8.) *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram*. Denique additur, quod Mundus, ſi omnes caſtrarentur annihilaretur.

Cõc. Nic. Accedit definitio Eccleſiæ Vniuerſalis in Concil. I. generali Niceno ſub Syluestro Papa I. & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore anno ſalutis 325. celebrato 318. Patrum nam Can. 1. ait; *ſi quis autem ſanus ſe ipſum abſcidit, hic etiam ſi eſt in clero, ceſſare debet, & ex hoc*
Conc. Ro. *nullum talem oportet ordinari*: Et in Conc. Romæ celebrato ſub Cornelio Papa, & Martyre, & Gallo, & Voluſiano Romanorum Imperatoribus ſexaginta Epiſcoporum totidem presbyterorum, ac aliorum Diaconorum errores omnes Origenis damnauit ac correxit. Quod Concilium cœptum fuit ſub Fabiano I. Papa & Martyre, & expletum ſub Cornelio anno ſalutis 254.

TITVLVS EXCOMMVNICATIO.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hæreſis excommunicationem, & quaſcumque alias cenſuras à Papa, vel ab alio ſuperiore latas non eſſe timendas; immo contemnendas, quia ſunt cenſuræ Antichriſti.

AVctor fuit Ioannes Vuicleph, de quo titulo Adoratio hæreſi prima dictum eſt.

Hanc etiam tutatus eſt Ioannes Huſſ, de quo titulo Eccleſia, hæreſi prima dictum eſt, addens Clerum ſuppeditare Laicos per excommunicationem, & alias cenſuras.

Peſſimus denique Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt non deſinens viſcera matris ſuæ rodere; docet non ſolum excommunicationem non eſſe timendam, verum cum gaudio recipiendam, & procurandam.

Con-

Digitized by Google

CONuincitur, nam clarè legitur Matth.18. Chriſtum Eccleſiæ ſuæ dediſſe authoritatem excommunicandi, ibi, *Si peccauerit frater tuus corripe eum inter te, & ipſum ſolum, ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum, ſi autem te non audierit adhibe tecum vnum vel duos teſtes, vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum, quod ſi nec audierit dic Eccleſiæ, quod ſi nec audierit Eccleſiam, ſit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus*; id eſt nullam habebis cum illo communionem, cum Chriſtianis ſit cum infidelibus communio interdicta; vti docet D. Paulus 1. ad Cor. 6. *Quæ enim pars fideli cum infideli?* & D. Ioan. 2. ſua Epiſtola cap. 2. dicit, *Si quis ad vos venerit non habens doctrinam veſtram nolite eum recipere in domum veſtram, nec aue ei dixeritis*, & Chriſtus Matth. 18. dans Eccleſiæ ſuæ authoritatem excommunicandi dicit; *Amen dico vobis quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cœlo*: Huius rei etiam ſunt infinita exempla; nam legitur 1. Cor. 5. Diuum Paulum bonum iudicaſſe tradere Corinthum in manus Sathanæ, vt ſpiritus eius ſaluus fieret in die Domini, quia coibat cum nouerca ſua, & legitur 1. Tim. 1. D. Paulum excommunicaſſe Hymenæum, & Alexandrum ob blaſphemiam, vt diſcant non blaſphemare: denique D. Ambroſius ab Eccleſia eiecit Theodoſium Magnum ob crudelem necem factam eius iuſſu Theſſalonicæ, quę multum ei profuit, nam illum ad ſui erroris cognitionem perduxit.

Matth. 18. 1. Cor. 6. Ioan. 2. Matth. 18. 1. Cor. 5. 1. Tim. 1.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Carthaginenſi IV. ſub Anaſtaſio Papa, & Arcadio, & Honorio Imperatoribus Romanis anno ſalutis 398. 214. Epiſcoporum, cap. 73. omnibus inhibet communionem cum excommunicatis, dicens, *Si quis communicauerit, vel orauerit cum excommunicato ſiue Clericus, ſiue Laicus excommunicetur*. Et in Concilio Bracarenſi I. anno ſalutis 563. celebrato ſub Ioanne III. Papa, à quo & confirmatur, & Iuſtiniano Romanorum Imperatore cap. 33. definiuit Eccleſia, quod ſi quis pro hæreſi, vel crimine aliquo excommunicetur nullus ei communicare præſumat: denique damnans Eccleſia in Conc. Conſtantienſi, anno ſalutis 1415. celebrato ſub Ioanne XXIV. & Sigiſmundo Romanorum Imperatore errores Vuiclephi; hunc etiam in ordine vndecimum maledicit.

Conç. Carthag. Conc. Bracar. Conc. Cōſtantien.

TITVLVS EXORCISMVS.

Hæreſis Vna.

Spernit hæc hæreſis omnes benedictiones quas facit Eccleſia.

AVctores ſunt Vualdenſes, de quibus titulo Baptiſmus hæreſi octaua dictum eſt.

His adhærent Vuiclephiſtæ qui in Vualdenſium verbo iurarunt, & dicunt tales benedictiones eſſe opus Necromantiæ; non enim, adBdunt

dunt ipſi, res per benedictiones meliorantur, quam in ſua natura eas creauit Deus: de horum autem Vuiclephiſtorum Magiſtro dictum eſt titulo Adoratio hæreſi prima.

AD hanc ſuperandam ſciendum quod Exorciſmus eſt vox Græca Latine ſonans adiuratio, ſiue nominis diuini inuocatio ſuper habentes ſpiritum immundum adiutando eos per virtutem diuinam, vt
D.Aug. ab eis egrediatur, vti dicit D. Aug. lib. 1. De vita beata; vnde omnes benedictiones, quibus vtimur contra Dæmones, & toxica exorciſmi dicun-
Luc. 10. tur; nam legitur Luc. 10. de diſcipulis cum Saluatore loquentibus; *Do-*
Act. 9. *mine etiam dæmonia in nomine tuo nobis ſubijciuntur*, & Act. 9. cum Apoſtoli eijcerent dæmonia, quidam Iudæi aſtantes, vti filij Sceuæ Principis Sacerdotum volebant idem facere, & ſpiritus nequam ei dixit: *Ieſum noui, & Paulum ſcio, vos autem qui eſtis?* Quare benedictiones ſunt maximi valoris, nec ſunt hominum inuentæ, at à Deo ad nos venerunt, le-
Gen. 1. gitur enim Gen. 1. *Creauit Deus, & benedixit*, & Leuit. 23. *Cum ingreſſi*
Leuit. 23. *fueritis terram, quam ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetes feretis manipulos ſpicarum primitias veſtras ad ſacerdotem, & eleuabit faſciculum coram Domino, vt acceptabile ſit pro vobis altero die Sabbati, & ſanctificabit illū,*
Exod. 20. & legitur Exod. 20. quod benedictiones altarium ortum habent à lege veteri; nam Moyſes ex præcepto Domini erexit altare, & vnxit illud, &
Deut. 64. Deut. 64. *Præcepit Dominus, vt de omnibus fructibus primitiæ offerantur Domino, & dentur Sacerdoti, vt inuocet nomen Domini ſuper eas*: grandis,
D. Hier. vti dicit D. Hieronymus ſuper Ezech. 24. dignitas Sacerdotum, at gran-
Ezech. 24. dis ruina ſi peccauerint. Quid ad hæc dicetis impij Vuiclephiſtæ? nunquid Deus docuit populum Iſrael necromantiam, aut artis magicæ peritiam? abſit hoc à cordibus fidelium: Deus ſtrictiſſimè inhibuit, & odioſè nimis abominatur idolatriam ſuper quam fundatur talis magia: denique audiamus teſtamentum nouum creaturarum benedictiones
1. Tim. 4. approbantem legitur enim 1. Tim. 4. *Omnis enim creatura bona eſt; & nihil reijciendum, quod cum gratiarū actione percipitur: ſanctificatur enim per verbum Dei, & orationem*: itaque nos benedicendo creaturas eas nō facimus meliores, quam ſunt in ſua natura, ſed Deus facit eas meliores ad preces benedicentis, modo audiamus Eccleſiæ definitionem.

Concil. Agathen. Poſtremò Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Agathenſi in Gallia Narbonenſi in ciuitate Agathæ celebrato, anno ſalutis 506. authoritate Symachi Papæ, ſub Anaſtaſio Romanorum Imperatore 35. Epiſcoporum, cui præfuit Sanctus Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus, ac cum omnibus alijs ſubſcripſit, cap. 10. ſuorum decretorum definiuit, Altaria non ſolum debere Chriſmate vngi, verum ſacerdotali benedictione benedici:
Conc. Hiſpal. idem Eccleſia definiuit in Conc. Hiſpalenſi II. anno ſalutis 619. 2. Idus Nouembris celebrato ſub Bonifacio V. Papa, & Heraclio Romanorum Imperatore octo tantum Epiſcoporum, cui præfuit B. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, ac cum alijs ſubſcripſit nam cap. 7. ſuorum decretorū, ait ſolus Aaron vnxit altaria, &c. & licet fuerit prouinciale fuit tamen celebratum authoritate Bonifacij V. & ſic ab Eccleſia receptum.

Conc. Tolet. Denique Eccleſia in Conc. Toletano IV. anno ſalutis 633. nonis De-

cembris

cembris celebrato ſub Honorio I. Papa, & Heraclio Romanorum Imperatore 70. Epiſcoporum tam ex Hiſpania, quàm ex illa parte Galliæ Narbonenſis Regibus Hiſpaniarum ſubiecta, cui præſidebat B. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, ex mandato Honorij ſummi Pontificis, c. 8. ſuorum decretorum laudat, & approbat Cerei Paſchalis benedictionem eamque obſeruandam mandat.

TITVLVS FATVM.

Hæreſis Vna.

Circa hoc nomen vnam tantum hæreſim ortam inueni, quæ docet hominum conuerſationis eſſe Fato aſcribendas.

Acta Bardeſanis.

Auctor (vti refert D. Auguſtinus lib. de hæreſibus cap. 35.) fuit Bardeſanes Syrus in Edeſenorum ciuitate Meſopotamiæ ortus vir doctiſſimus in Græca, & Syriaca lingua, nam adhuc adoleſcens, & annorum tantum 23. ſcripſit dogmata fidei Catholicæ conformia contra Marcionem anno ſalutis 175. ſub Sothero Papa, & Martyre, & Marco Aurelio Romanorum Imperatore. Hic Bardeſanes (à quibuſdam alijs dictus Bardeſanius) fuit vir pius, ac deuotus, & familiaris Augari Edeſenorum Principi; Qui Augarus fuit vir ſanctiſſimus, vti narrat D. Auguſtinus loco ſupra citato; infœlix deinde Bardeſanes anno ſalutis 186. inſtinctu dæmonum, & ſuperbia elatus relinquens Augari amicitiam, dogmata Valentini eſt amplexatus, immo ea auxit, vti Epiphanius tradit hæreſi 56. quare ſequaces deinde dicti ſunt Bardeſaniſtæ, habuit Bardeſanes (vti docet Epiphanius loco ſupra citato) filium Harmonium dictum Athenis litteris Græcis ornatum, at impietate paterna præditum, ſic merito ambo Valentini floſculi dici poſſunt: itaque poſt multas perpetratas iniquitates, eaſque in Eccleſia Dei introductas anno ſalutis 206. Edeſenæ moritur ibique a ſuis conciuibus ſepelitur, anima tamen eius Diabolo traditur perpetuo igne, & ſulphure crucianda. D. Auguſt. Epiph.

Hunc etiam errorem docet Priſcillianus hæreſum omnium ſentina, qui dixit homines eſſe fatalibus ſtellis alligatos, & corpus noſtrum ſecundum duodecim ſigna cœli eſſe compoſitum, in capite conſtituens Arietem: Taurum in ceruice; Geminos in humeris, Cancrum in pectore, ſic alia ſigna per cæteras corporis partes diſtribuit vſque ad plantas; quas piſcibus tribuit; quia vltimum hoc eſſe ſignum aſtrologi docent, de quo titulo Beatiudo, hæreſi prima dictum eſt.

COnuincitur itaque hæreſis, nam ſic tolleretur hominis arbitrium; ſecundò ſi omnia fato reguntur in homine, non erit quod laudemus in homine, vel vituperemus; tertio ab homine tolletur omnis conſultatiò; quartò pugna hominis aduerſus vitia erit inanis, inſuper fruſtra dixiſſet Dauid Pſal. 33. *Declina à malo, & fac bonum*, & D. Paulus 1. Cor. 6. fruſtra dixiſſet *Fugite fornicationem*: denique mali homines iniuſte puniuntur, & boni præmiantur, quod quam ſit falſum relinquo piorum hominum iudicio; adeo ſunt impia talia dicta, vt aures rectæ horreant talia audire.

Pſal. 33. 1. Cor. 6.

Poſtrèmo Eccleſia Vniuerſalis in Concilio I. Bracarenſi authoritate Ioannis III. Papæ celebrato temporibus Iuſtiniani Romanorum Imperatoris anno ſalutis 563. cap. 9. ſuorum decretorum definiuit, quod ſi quis animas, & corpora humana credit fatalibus ſignis aſtringi; ſicut Pagani, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

Conc. Bracar.

D. Thom. COntra hanc hæreſim ſcripſit B. Thomas de Aquino opuſculum de fato, & eſt 28. in ordine ſuorum opuſculorum.

TITVLVS FIDES.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen tres præcipue ortas hæreſes inueni. Prima docet nil eſſe credendum, quod excedat virtutem noſtri intellectus.

D. Bern. *AVctor fuit Petrus Abailardus, de quo titulo Beatitudo hæreſi prima dictum eſt, vti D. Bernardus teſtatur Epiſtola ſua* 190.

Hebr. 11. COnuincitur legitur ad Hæbr. 11. *Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum non apparentium*, qui locus ab omnibus doctoribus Græcis, & Latinis intelligitur de vera fide, & ita ab Eccleſia recipitur; inſuper vti legitur Luc. 1. quod Zacharias Pater Ioannis Baptiſtæ fuit de incredulitate partus vxoris punitus: denique D. Paulus 1. Cor. 1. ait *Prædicatio mea nõ eſt in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis, vt fides veſtra non ſit in hominum ſapientia, ſed in virtute Dei*: Quid ad hæc dicet ingratus Abailardus, qui pro confirmatione ſuæ inſaniæ adducit authoritatem ex Eccleſiaſtico 19. ſcilicet, *Qui cito credit leuis eſt corde*, quæ authoritas non eſt intelligenda de fide in Deum, vti antecedentia, & ſequentia oſtendunt, ſed de mutua inter homines credulitate.

Luc. 1. 2. Cor. 1. Eccl. 19.

Conc. Remen. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Rhemenſi in Gallia anno ſalutis 1148. Calen. Aprilis celebrato ſub Eugenio III. Papa, & Conrado II. Romanorum Imperatore damnans omnes Abailardi errores; hunc etiam cum auctore damnauit.

Hæreſis

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis quod habentes ſolam fidem, licet habeant grauiſſima peccata ſaluentur.

AVctor eſt Eunomius, de quo dictum eſt titulo Deus, hæreſi ſexta docebat enim omnes, qui fidem, quam ipſe docebat, ſeruabant, fore ſaluos.

Quam per multos annos in ſterquilinio ſepultam, exhumauit impius Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt; docens ſolam fidem iuſtificare, & opera ad ſalutem minime eſſe neceſſaria: de iuſtificatione diſputabimus titulo Opera, nunc ſolum probabimus ſolam fidem ad ſalutem minime ſufficere.

COnuincitur, & primo dico, quod ſi ſola fides ad ſalutem ſufficeret, tunc neque homicidium, neque adulterium, neque cætera ſcelera homini imputarentur, quod falſum eſt. O vocem impiam Lutheranam: O fomentum totius nequitiæ, ſi ſola fides iuſtificat, ergo omnia ſacramenta ſunt ſuperflua: & eleemoſyna, & ieiunium, & oratio erunt nullius valoris: attendite, & videte, quot venenoſi riuuli ex hoc fonte ſcateant, quis hæc ferre poterit non certè homo Chriſtianus; immo parum pius Philoſophus? quis non odit homicidium furtum &c. legitur enim Pſal. 14. cum propheta petijſſet a Domino, quis in illius tabernaculo eſſet habitaturus; reſpondit, *qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam*: dixit propheta, ò Lutherane, qui operatur: & Mat. 7. *Non omnis, qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum*: Et Matt. vlt. dixit Ieſus diſcipulis *docete, quæ mandaui vobis*; non dixit docete credere, denique legitur ad Rom. 7. *Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores*: Diſcipuli verò Lutheri videntes tam clara Sacræ paginæ teſtimonia aduerſus Lutherum, volentes eum defendere, in alium cadunt errorem, dicunt enim opera quidem eſſe meritoria, at non vitæ æternæ, ſed alicuius præmij temporalis; at hoc à Lutheri diſcipulis refugium ſuperatum remanet ex verbis Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata*, & Act. 2. *pænitentiam inquit agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritusſancti*: valeant igitur Lutherani, & in ſterquilinio ſepeliantur.

Pſal. 14. Matth. 7. Matth. vlt. Rom. 7. Matth. 19. Act. 2.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Triden. ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata poſt datam huius rei definitionem in cap. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. denique in Can. 9. docet *Si quis dixerit ſola fide impium iuſtificari, anathema ſit*, & in Can. 12. docet *ſi quis dixerit fidem iuſtificantem nil aliud eſſe, quam fiduciam diuinæ miſericordiæ peccata per Chriſtum remittentis; vel eam fiduciam eſſe eam, qua iuſtificamur, anathema ſit.* Conc. Tri.

Contra

Digitized by Google

Thom. de Vio. Alb. Pygh. COntra hanc hæreſim ſcripſit doctiſſimus Thomas de Vio Gaietanus: ſcripſit etiam Albertus Pyghius in ſuis controuerſijs.

Hæreſis Tertia.

Docet hæc hæreſis fidem amitti per quodlibet peccatum mortale.

AVctor eſt Lutherus, cui adhærent quotquot ſunt ex eius ſchola; de quo dictum eſt titulo Abſolutio, hæreſi prima.

COnuincitur, nam cum vera fides eſſe non poſſit ſine charitate, & fides ad intellectum, & charitas ad voluntatem pertineat, & multi etiam ſunt habentes fidem, qui tamen charitate carent, vti legitur, &
Iac. 4. habetur ex Epiſtola Iacobi 4. ibi *ſcienti bonum, & non facienti, peccatum eſt illi*, ex quo loco habetur aliquos eſſe habentes fidem, qui tamen contra charitatem, & conſcientiam agunt: parabola etiam de fatuis vir-
Matth. 13. ginibus Matth. 13. & parabola Regis facientis nuptias filio ſuo Matth.
Matth. 22. 22. nam virgines non habentes oleum, & adoleſcens non habens veſtem nuptialem, habebant quidem fidem, at non charitatem: clarè enim hæ Saluatoris noſtri parabolæ damnant hanc impiam aſſertionem.

Conc. Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. celebrata poſt datam huius rei definitionem in cap. 15. hanc deinde in Can. 28. ſub anathemate damnat.

TITVLVS FIDVCIA.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hæreſis nullo modo licere fiduciam gratiæ, vel gloriæ aſſequendæ collocare in noſtris operibus.

AVctor eſt Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum, quem ſequuntur præcipuè ex Lutheranis Philippus Melancton, & Martinus Bucerus, hanc aſſertionem ex alijs ſuis erroribus deducentes, veluti aquam putredinem ex fonte corrupto; docent enim omnia opera noſtra eſſe peccata, & per illa non poſſe homines mereri vitam æternam; inde dicunt omnem noſtram fiduciam collocandam eſſe in ſolis meritis Chriſti, quia per illum ſaluati, & redempti ſumus; non autem in noſtris operibus.

COnuincitur, & primo ſciendum fiduciam eſſe ſpem roboratam ex firma opinione. Verbi gratia nos tenemus Petrum veracem, & ſic de

Digitized by Google

de illius promiſſione ſpem habemus, magis hoc eſt tenendum de Dei promiſſionibus, vti teſtatur propheta Regius Pſal.117. ibi *bonum eſt ſperare in Domino, quam ſperare in homine*: quia ſcilicet bonus, & omnipotens eſt, & eius fiducia eſt ſine formidine, inſuper *Deus potens eſt dare nobis omnem gratiam; & gloriam*. Pſal.83. legitur, quæ Dei fiducia oritur ex verbis Matth.4. *agite pœnitentiam appropinquabit enim regnum cœlorum*, & ad Rom.8. legitur *non ſunt condigna paſſiones huius ſæculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*, & legitur 2. Tim.4. *bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex*, & Regius Propheta Pſal.118. legitur, *inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes meas propter retributionem*, legitur denique Matth.19. *ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata*, reponitur igitur etiam ſpes, & fiducia noſtra in noſtris operibus: ita tamen dicimus fiduciam collocari in noſtris operibus bonis propter miſericordiam Dei, & propter promiſſionem ſuam, qua promiſit ſe daturum hominibus mercedem ob bona opera, quæ opera ſemper in Chriſtum ſunt vtique referenda principaliter, quia ſine eo nil boni facere poſſumus, valeant itaque Lutherani, & in luto ſuo maneant.

Pſal.117. Pſal.83. Matth.4. Rom.8. 2.Tim.4. Pſal.118. Matth.19.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata, poſt datam huius rei definitionem in cap.16. hanc deinde Can.26.& 32. ſub anathemate damnat. Conc.Tri.

Contra hanc pauca quædam ſcripſit Iodocus Clithouæus in ſuo Antiluthero. Iodo.Clit.

TITVLVS FORNICATIO.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis coitus inter ſolutos non eſſe peccatum mortale.

AVctores ſunt Græci, de quibus titulo Confirmatio dictum eſt, vti Guido Carmelita refert in ſua ſumma de hæreſibus. Gui. Car.

QVæ hęreſis iam remanet ſuperata ex dictis titulo Coitus hęreſi prima ad illum igitur locum recurrat lector.

Additur hic quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1439. celebrato mille, & amplius Patrum omnes, & hunc præcipue, inter Græcorum errores correxit, quam correctionem Græci libenter ſuſceperunt, & tunc omnibus hæreſibus valere dixerunt, licet poſtea in antiquos errores reciderint. Conc.Flo.

TITV-

TITVLVS FVTVRVM CONTINGENS.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis omnia, quæ fiunt fieri neceſſitate abſoluta.

D.Bern. *AVctor fuit Petrus Abailardus, vti refert D.Bernardus, Epiſtola ſua 190. de quo Abailardo dictum eſt titulo Beatitudo hæreſi 1. Ioannes vero Vuiclepb, de quo titulo Adoratio hæreſi prima dictum eſt docet potentiam Dei, & actualem creationem eiuſdem eſſe menſuræ; ita ut non poſſit plures res creare, quam creat, nec aliter res facere, quam fecit.*

Quam deinde aſſertionem omnium vltimus tutatus eſt Lutherus iniquus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt.

Sap. 11. Gen. 21. Num. 21. Ioſ. 10. COnuincitur itaque hæreſis; legitur enim Sap. 11. quod quidam errantes colebant mutos ſerpentes, & ſic Deus in vindictam illis immiſit multitudinem mutorum animalium, & Gen. 21. *Mulier Sara ſterilis parit*, & Num. 21. Aſina Baalam loquitur præter naturæ ordinem, & Ioſue 10. Sol relinquens motum ſuum ſtetit in fauorem filiorum Iſrael, & Num. 17. Aaron virga cum eſſet arida extra naturæ ordinem floret, & Dan. 3. in fornace ardenti pueri incluſi non comburuntur: & Num. 20. ex petra arida, quæ nullam habebat humoris virtutem fluunt aquæ largiſſimæ; denique legitur Ioan. 10. *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam.* Quid ergo ſuperbiſſimi hæretici ſcrutari tentant, quod inſcrutabile eſt? & inueſtigare, quod inueſtigabile eſt? valeant nam obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi mille, & amplius Patrum ſub Ioãne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1415. celebrato ſeſſ. 8. damnans errores Vuiclephi hunc etiam in ordine 27. damnat.

COntra hanc hereſim ſcripſit Thom. Vualdenſis 1. tomo doctrinalis antiquæ fidei lib. 1. art. 1. à cap. 10. vſque ad 14.

TITVLVS GRATIA.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen tres præcipue ortas hæreſes inueni. Prima docet hominem poſſe ſine Chriſti gratia Dei præcepta adimplere, & ſuis meritis vitam æternam conſequi.

Auctor fuit Pelagius de quo titulo Adam hæreſi 4. dictum eſt.

Ita

ITa hic impius error conuinci debet,& vt gratiæ Dei neceſſitatem defendemus, & non derogemus libero hominis arbitrio. Sciendum primo, quod hic nos non loquimur de libertate a culpa, de qua D.Paulus loquitur ad Rom.6. *Cum eſſetis ſerui peccati liberi facti eſtis*, neque de illa, quæ opponitur contra ſeruitutem, de qua ſimiliter D. Paulus ad Rom.8. loquitur,at de illa quæ opponitur contra coactionem,& ab hac dicimus hominem liberum: ſecundo eſt ſciendum triplicem eſſe voluntatis noſtræ operationem bonam, vt v.g. dare eleemoſinam, malam vt v.g. furari, & indifferentem, vt v.g. ambulare, vel fricare barbam non conſiderato fine,nam quandoque operationes accipiunt bonitatem, vel malitiam à fine: His ſic poſitis quinque addo concluſiones Catholicas. Prima liberum hominis arbitrium poteſt ex ſe,& ſua conditione eligere quamlibet volitionem malam. Secunda liberum hominis arbitrium ex ſola ſuæ naturæ conditione (non excludo hic, aut in prima aſſertione illam generalem Dei concauſationem) eligere quodlibet opus medium. Tertia Catholica aſſertio ex ſola ſua poteſtate addita etiam illa communi, & generali concauſatione non poteſt ſine aliquo ſpeciali Dei auxilio bonum aliquod operari, nam ſemper præcedit monitio, attractio, & inſpiratio, quæ in ſe Deus merè gratis donat quibus illi placet: Quarta aſſertio Catholica poſtquam Deus voluntatem noſtram excitauit ad bonum eſt in ipſius hominis voluntate, hæc poteſtas, vt Deo monenti, & inſpiranti conſentiat,vel diſſentiat. Quinta aſſertio Catholica poſtquam voluntas noſtra cum Dei adiutorio cępit bonum aliquod agere,non poteſt ſine eiuſdem Dei ſpeciali auxilio bonum cœptum proſequi, & in eo perſeuerare. Ex quibus concluſionibus patet quanta ſit liberi noſtri arbitrij poteſtas, quantaque ſit etiam neceſſitas in noſtro libero arbitrio gratiæ diuinæ: ſic etiam legitur Pſal.36. in Domino greſſus hominis dirigentur, & Matth.10. *Cum ſteteritis ante Reges, & Præſides non eſtis vos qui loquimini,ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis*, & 1.Cor.12. *nemo poteſt dicere Dominus Ieſus,niſi in Spirituſancto*, & Hier.17. legitur *Sana me Domine, & ſanabor, ſaluum me fac, & ſaluus ero, quoniam laus mea tu es:* ſi Hieremias hoc à ſeipſo facere poterat,vt quid hoc à Deo petit? inſuper legitur Oſeæ 13. *perditio tua ex te Iſrael tantummodo ex me adiutorium tuum*,& Ioan.15. *ſine me,inquit* Chriſtus *nihil poteſtis facere*, ſi ſine eo nil conſequi poſſumus, quomodo vitam æternam ſine eo conſequemur?erubeſcat igitur Pelagius docens vnumquenque ſuo arbitrio regi: audiamus modo Eccleſiæ definitionem.

Rom.6. Rom.8. Pſal.36. Matth.10. 1.Cor.12. Hier.17. Oſ.13. Ioan.15.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Mileuitano II. ſub Syluano Numidiæ Primate 71. Epiſcoporum inter quos erat D. Auguſtinus anno ſalutis 416. celebrato ſub Innocentio I. Papa, & Honorio, & Theodoſio Romanorum Imperatoribus cap.4. ſuorum decretorum,hanc aſſertionem ſub anathemate damnat, & in Concilio Tridentino ſub Paulo III.Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.6.anno ſalutis 1547. 7.Ianuarij celebrata Can.1.2.& 3. hanc ſub anathemate damnat.

Conc.Mileuit. Conc.Tri.

COntra Pelagium ſcripſit D. Hieronymus tres libros dialogorum; ſcripſit etiam D.Auguſtinus plures tractatus de natura, & gratia,

D.Hier. D.Aug.

Digitized by Google

de gratia Chriſti contra perfidum Cœleſtium Pelagij primarium diſcipulum, & libros ſex contra impium Iulianum Capuanum Epiſcopum.

Hæreſis Secunda.

DOcet hæc hæreſis, illos, qui plena fide baptiſmum acceperunt non poſſe amplius peccare.

AVctor fuit Iouinianus, de quo titulo Beatitudo hæreſi ſeptima dictum eſt.

D.Aug. *Quem etiam tutatus eſt Pelagius, vti refert D. Auguſtinus libro de hæreſibus cap.88. de quo dictum eſt titulo Adam hæreſi 4.*

Demum hanc per mille, & amplius annos exhumauit, ac auxit perfidus Lutherus, de quo dictum eſt titulo Abſolutio hæreſi 1.

COnuincitur, nam cœleſtia, & terreſtria hanc expugnant, nam diabolum in gratia fuiſſe creatum iam oſtendimus titulo Diabolus, qui tamen non fuit ſtabilis in gratia, neque in veritate; immo vti legitur
Luc.10. Luc.10. *In illo inuenta eſt iniquitas:* ſimiliter legitur Gen.4. Deus crea-
Gen.4. uit hominem rectum, & tamen poſt contempto Dei præcepto, vt place-
Gen.19. ret vxori comedit de ligno vetito, & Gen.19. Loth iuſtus non comburi-
1.Reg.13. tur, deinde coit cum filiabus ſuis, & 1.Reg.16. Dauid iuſtus coram Do-
Ioan.13. mino vngitur in Regem deinde committit adulterium, & homicidium, & Ioan.13. Iudas Apoſtolus electus Chriſtum deinde tradit.

Conc.Mil. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Mileuitano II. ſub Syluano Numidiæ Primate 71. Epiſcoporum, inter quos erat D. Auguſt. anno ſalutis 416. celebrato ſub Innocentio I. Papa, & Honorio, & Theodoſio Romanorum Imperatoribus, cap.6. ſuorum decretorum hanc aſſertio-
Conc.Tri. nem ſub anathemate damnat. Et in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & inuictiſſimo Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſs.6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata Can.23. hanc pariter maledicit.

D.Auguſt. COntra hanc aſsertionem ſcripſit librum vnum, qui dicitur liber ſecundus contra Iouinianum D. Auguſtinus.

Hæreſis Tertia.

DOcet hæc hæreſis hominem iuſtum ſcire ſe eſſe in gratia, & ad hoc credendum eſſe obligatum.

AVctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt, nam à Dæmone ductus multos Chriſtianos ignauos fecit, & ab exercitio bonorum operum auocauit (habebat enim Lutherus ſpiritum infernalem, qui ſecum vitam ducebat) & ita Chriſti veſtem dilacerauit, ac Eccleſiam erroribus infecit, vt Chriſtianiſſimus, ac deuotiſſimus

Digitized by Google

mus Cæſar Carolus V. Auſtriacus procurauerit congregari ob has Lutheri ſeditiones Concilium, quod cæptum fuit ſub Paulo III. cui nomine Pontificis præſidebat Cardinalis Ioannes Maria de monte, & expletum Tridenti ſub Pio IV. cui nomine Pontificis præſidebat Ioannes Moronus Mediolanenſis Cardinalis, & Epiſcopus Tuſculanus; benedicenſque ſanctæ Synodo dixit: poſt gratias Deo actas Reuerendiſſimi Patres ite in pace, qui reſponderunt omnes. Amen.

Acta Huldrici Zuuinglij.

QVem errorem præcipue inter Lutheranos tutatus eſt Huldricus Zuuinglius Eluetius, & Canonicus ordinarius Eccleſiæ Conſtantienſis, nam audita fama Conſtantiæ quod Lutherus in Saxonia nouam legem illi genti annunciabat, & inueniſſet ex Euangelij fonte poſſe quis animam ſuam ſaluam facere ſine Summi Pontificis Romani ſacrorum Canonum, ac Conciliorum obedientia. Zuuinglius ſatis nobilibus parentibus natus, litteris humanis, ac diuinis perornatus, cupiens ſe liberare à iugo ſeruitutis (vti ipſe dicebat) obedientiæ Eccleſiæ Romanæ, ſe totum ſectæ Lutheranæ dedit, eam auxit, ac vna cum Oecolampadio (vti tradit Lindanus) hæreſim Berengarij renouauit, quod ſcilicet verum Chriſti corpus, & verum Chriſti ſanguinem non contineatur ſub ſpeciebus panis, & vini: quare ſimplices ſeducebat, & illos à Catholica religione auertens ad ſe attrahebat; duxit, & ipſe vxorem monialem à ſeipſo ſeductam, magiſtrum imitatus; floruit anno ſalutis 1525. ſub Clemẽte VII. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore, & dum ſacrum Concilium Tridentinum celebraretur, hic perfidus eius decreta ſermone diabolico contemnebat, quare Deus iuſtiſſimus iudex permiſſit eum miſere mori; non minus ac fecit Arrius, qui vna cum excrementis viſcera effudit.

Acta Ioannis Caluini.

HVic etiam ſubſcripſit Caluinus Gallus, natione Picardus, & patria Nouidunenſi illuſtribus ortus parentibus, ſacerdos, perdoctus in ſcientijs ſcholaſticis, ſcriptura, & vtroque iure; innotuit autem anno ſalutis 1534. ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore, itaque ob vitæ ſuæ improbitatẽ à conciuibus à patria expellitur, ipſe vero primo Baſileæ venit, deinde Genuam, vbi ſua prædicatione, & ſuis falſis dogmatibus illas infecit Eccleſias, habuit Caluinus Magiſtros Baſileæ Oecolampadium, & Zuuinglium; Hic Lutheranus alios Lutheranos opibus, nobilitate, ingenio, doctrina, & malignitatum inuentione (nam Lutheri doctrinam falſam ampliauit, addens impietatem impietati) cum valde ſuperaret, in tantam temeritatem deuenit, vt cum acceſ-

Digitized by Google

Hæreſis Secunda.

DOcet hæc hæreſis hæreticos non eſſe aliqua pœna corporali puniendos, ſed iudicio diuino relinquendos.

AVctores ſunt Lutheri diſcipuli, de quorum Duce dictum eſt titulo Abſolutio hæreſi prima.

Exod. Leuit. COnuincitur, nam ſi tranſgreſſores veteris legis, quæ erat vmbra, & figura nouæ legis, vti legitur Exod. 7. 21. 22. & 31. & Leuit. 17. 18. 19. 20. & 21. puniebantur ex Dei mandato pœna corporali, etiam cum ſententia mortis, quanto magis debent puniri tranſgreſſores, & violatores nouæ legis per Ieſum Chriſtum nobis datæ, & præcipue conficientes legem nouam, & malignas nouitates inuentantes, Euangelio contradicentes, imò Euangelium ipſum, & totam legem nouam male tractantes, ex ipſa eradentes quicquid non facit pro ſua viuendi libertate: Quæ pro confutatione præſentis dementiæ dicta ſufficiunt.

Conc. Cõſtantien. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi mille, & amplius Patrum in Spiritu ſancto, celebrato anno ſalutis 1415. ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore, ſi hęretici pœna corporali non eſſent puniendi, non damnaſſet, & brachio ſæculari igni comburendos tradidiſſet Ioannem Huſſ, & Hieronimum eius ſocium.

Hæreſis Tertia.

Nic. Eim. *DOcet hæc hæreſis illum eſſe dicendum hæreticum, qui quouis modo lęthaliter peccat. Quæ hæreſis orta eſt anno ſalutis 1364. ſub Gregorio XI. Papa, & Vincislao Romanorum Imperatore, vti refert Nicolaus Eimericus in ſuo directorio inquiſitionis, non tamen manifeſtauit Auctorem.*

PRo huius hęreſis confutatione ſufficiant dicta libro Prohęmiali c. 9. vbi fuſius oſtendimus quis ſit vere dicendus hęreticus quo recurrat Lector.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in omnibus Concilijs ritè congregatis auctoritate nempe Apoſtolica, illos ſolum hæreticos eſſe determinauit, qui contra Eccleſiam Catholicam Romanam, & eius ordinationes aliquid impium produxerunt, & pertinaci animo in illo perſiſterunt.

TITVLVS HORÆ CANONICÆ.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hæreſis fruſtra tempus ferri in horis diurnis, & nocturnis decantandis.

Auctores

Digitized by Google

AVctores (vti refert Aeneas Syluius in libro de Origine Bohæmorum cap.35.) fuerunt Vualdenſes, de quibus titulo Baptiſmus hæreſi octaua dictum eſt. Aen. Sylu.

His de more adhærent Vuiclephiſtæ, de quorum Duce dictum eſt titulo Adoratio hæreſi 1. docet enim Vuiclephi, quod licet bonum ſit orare, non tamen eſt æquum vt homo arctetur ad orandum, & cantandum certo, & determinato tempore: hoc enim repugnat libertati Chriſtianæ; nam homo debet eſſe liber legitur enim ad Gal.4. dicunt hi perfidi Chriſtus nos liberauit: Reſpondetur, quod D. Paulus ibi loquitur de libertate à ſeruitute Diaboli per Baptiſmum, & de libertate à iugo ſeruitutis legis Moſaicæ, in quibus duobus vera Chriſtiana libertas collocatur; non autem ſic nos liberauit Chriſtus ab obedientia obſeruationis præceptorum Eccleſiæ, immo nobis dedit exemplum, quando ipſe factus eſt obediens vſque ad mortem. Gal.4.

COnuincitur, nam legitur Pſal.88. *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi*, & Act.3. *Petrus, & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam*, & cap.10. legitur Petrum aſcẽdiſſe ad horam orationis Sextam, & Paulus, & Sylla media nocte adorantes laudabant Dominum, & audiebant eos, qui erant in cuſtodia: additur quod Deus eaſdem horas myſterijs conſecrauit, nam media nocte naſcitur Chriſtus ex Maria Virgine, hora prima ſurrexit è ſepulchro, hora tertia Spiritus ſanctus venit ſuper Apoſtolos, hora ſexta crucifigitur Chriſtus, hora nona moritur, hora Veſpertina cum diſcipulis cœnat, hora denique Completorij prima noctis vigilia ſolus ſe ceſſit in montem orare. Pſal.88. Act.3. Act.10.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Agathenſi in Gallia Narbonenſi in ciuitate Agathæ in Eccleſia S. Andreæ celebrato anno ſalutis 506. auctoritate Symmachi Papæ V. Cal. Septembris 35. Epiſcoporum, ſub Anaſtaſio Romanorum Imperatore, cui nomine Summi Pontificis præfuit S. Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus cap.21. ſuorum decretorum modum docet, quo in aliquibus horis, aliquarum ſolemnitatum orandum ſit, ac in Eccleſia cantandum. Concil. Agath.

TITVLVS IDOLATRIA.
Hæreſis Vna.

DOcet hæc impietas ſerpentem, qui primos parentes decepit fuiſſe Chriſtum.

Acta Gnoſticorum, Sethianorum, & Serpentinorum.

AVctor fuit Nicolaus Diaconus, de quo dictum eſt titulo Anima hæreſi 4. qui fuit Dux Gnoſticorum: Sethianorum, eo quod Seth filium

Ada

COnuincitur itaque hæreſis, nam ſic tolleretur hominis arbitrium; ſecundo ſi omnia fato reguntur in homine, non erit quod laudemus in homine, vel vituperemus; tertio ab homine tolletur omnis conſultatio; quarto pugna hominis aduerſus vitia erit inanis, inſuper fruſtra dixiſſet Dauid Pſal. 33. *Declina à malo, & fac bonum*, & D. Paulus 1. Cor. 6. fruſtra dixiſſet *Fugite fornicationem*: denique mali homines iniuſte puniuntur, & boni præmiantur, quod quam ſit falſum relinquo piorum hominum iudicio; adeo ſunt impia talia dicta, vt aures rectæ horreant talia audire.

Pſal. 33. 1. Cor. 6.

Poſtremo Eccleſia Vniuerſalis in Concilio I. Bracarenſi authoritate Ioannis III. Papæ celebrato temporibus Iuſtiniani Romanorum Imperatoris anno ſalutis 563. cap. 9. ſuorum decretorum definiuit, quod ſi quis animas, & corpora humana credit fatalibus ſignis aſtringi; ſicut Pagani, & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

Conc. Bracar.

COntra hanc hæreſim ſcripſit B. Thomas de Aquino opuſculum de fato, & eſt 28. in ordine ſuorum opuſculorum.

D. Thom.

TITVLVS FIDES.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen tres præcipue ortas hæreſes inueni. Prima docet nil eſſe credendum, quod excedat virtutem noſtri intellectus.

AVctor fuit Petrus Abailardus, de quo titulo Beatitudo hæreſi prima dictum eſt, vti D. Bernardus teſtatur Epiſtola ſua 190.

D. Bern.

COnuincitur legitur ad Hæbr. 11. *Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum non apparentium*, qui locus ab omnibus doctoribus Græcis, & Latinis intelligitur de vera fide, & ita ab Eccleſia recipitur; inſuper vti legitur Luc. 1. quod Zacharias Pater Ioannis Baptiſtæ fuit de incredulitate partus vxoris punitus: denique D. Paulus 1. Cor. 1. ait *Prædicatio mea nō eſt in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis, vt fides veſtra non ſit in hominum ſapientia, ſed in virtute Dei*: Quid ad hæc dicet ingratus Abailardus, qui pro confirmatione ſuæ inſaniæ adducit authoritatem ex Eccleſiaſtico 19. ſcilicet, *Qui cito credit leuis eſt corde*, quæ authoritas non eſt intelligenda de fide in Deum, vti antecedentia, & ſequentia oſtendunt, ſed de mutua inter homines credulitate.

Hebr. 11. Luc. 1. 1. Cor. 1. Eccl. 19.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Rhemenſi in Gallia anno ſalutis 1148. Calen. Aprilis celebrato ſub Eugenio III. Papa, & Conrado II. Romanorum Imperatore damnans omnes Abailardi errores; hunc etiam cum auctore damnauit.

Conc. Remen.

Hæreſis

Digitized by Google

Hæreſis Secunda.

DOcet hæc hæreſis quod habentes ſolam fidem, licet habeant grauiſſima peccata ſaluentur.

AVctor eſt Eunomius, de quo dictum eſt titulo Deus, hæreſi ſexta docebat enim omnes, qui fidem, quam ipſe docebat, ſeruabant, fore ſaluos.

Quam per multos annos in ſterquilinio ſepultam, exhumauit impius Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt; docens ſolam fidem iuſtificare, & opera ad ſalutem minime eſſe neceſſaria: de iuſtificatione diſputabimus titulo Opera, nunc ſolum probabimus ſolam fidem ad ſalutem minime ſufficere.

COnuincitur, & primo dico, quod ſi ſola fides ad ſalutem ſufficeret, tunc neque homicidium, neque adulterium, neque cætera ſcelera homini imputarentur, quod falſum eſt. O vocem impiam Lutheranam: O fomentum totius nequitiæ, ſi ſola fides iuſtificat, ergo omnia ſacramenta ſunt ſuperflua: & eleemoſyna, & ieiunium, & oratio erunt nullius valoris: attendite, & videte, quot venenoſi riuuli ex hoc fonte ſcateant, quis hæc ferre poterit non certè homo Chriſtianus; immo parum pius Philoſophus? quis non odit homicidium furtum &c. legitur enim Pſal. 14. cum propheta petijſſet a Domino, quis in illius tabernaculo eſſet habitaturus; reſpondit, *qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam*: dixit propheta, ò Lutherane, qui operatur: & Mat. 7. *Non omnis, qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum*: Et Matt. vlt. dixit Ieſus diſcipulis *docete, quæ mandaui vobis*; non dixit docete credere, denique legitur ad Rom. 7. *Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores*: Diſcipuli verò Lutheri videntes tam clara Sacræ paginæ teſtimonia aduerſus Lutherum, volentes eum defendere, in alium cadunt errorem, dicunt enim opera quidem eſſe meritoria, at non vitæ æternæ, ſed alicuius præmij temporalis; at hoc à Lutheri diſcipulis refugium ſuperatum remanet ex verbis Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata*, & Act. 2. *pœnitentiam inquit agite, & baptiZetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritusſancti*: valeant igitur Lutherani, & in ſterquilinio ſepeliantur.

(Pſal. 14. — Matth. 7. — Matth. vlt. — Rom. 7. — Matth. 19. — Act. 2.)

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Triden. ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata poſt datam huius rei definitionem in cap. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. denique in Can. 9. docet *Si quis dixerit ſola fide impium iuſtificari, anathema ſit*, & in Can. 12. docet *ſi quis dixerit fidem iuſtificantem nil aliud eſſe, quam fiduciam diuinæ miſericordiæ peccata per Chriſtum remittentur; vel eam fiduciam eſſe eam, qua iuſtificamur, anathema ſit*. Conc. Tri.

Contra

Thom. de Vio. Alb. Pygh. Contra hanc hæreſim ſcripſit doctiſſimus Thomas de Vio Gaietanus: ſcripſit etiam Albertus Pyghius in ſuis controuerſijs.

Hæreſis Tertia.

Docet hæc hæreſis fidem amitti per quodlibet peccatum mortale.

AVctor eſt Lutherus, cui adhærent quotquot ſunt ex eius ſchola; de quo dictum eſt titulo Abſolutio, hæreſi prima.

Conuincitur, nam cum vera fides eſſe non poſſit ſine charitate, & fides ad intellectum, & charitas ad voluntatem pertineat, & multi etiam ſunt habentes fidem, qui tamen charitate carent, vti legitur, &

Iac. 4. habetur ex Epiſtola Iacobi 4. ibi *ſcienti bonum, & non facienti, peccatum eſt illi*, ex quo loco habetur aliquos eſſe habentes fidem, qui tamen contra charitatem, & conſcientiam agunt: parabola etiam de fatuis vir-

Matth. 13. ginibus Matth. 13. & parabola Regis facientis nuptias filio ſuo Matth.

Matth. 22. 22. nam virgines non habentes oleum, & adoleſcens non habens veſtem nuptialem, habebant quidem fidem, at non charitatem: clarè enim hæ Saluatoris noſtri parabolæ damnant hanc impiam aſſertionem.

Conc. Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. celebrata poſt datam huius rei definitionem in cap. 15. hanc deinde in Can. 28. ſub anathemate damnat.

TITVLVS FIDVCIA.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hæreſis nullo modo licere fiduciam gratiæ, vel gloriæ aſſequendæ collocare in noſtris operibus.

AVctor eſt Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum, quem ſequuntur præcipuè ex Lutheranis Philippus Melancton, & Martinus Butzerus, hanc aſſertionem ex alijs ſuis erroribus deducentes, veluti aquam putredinem ex fonte corrupto; docent enim omnia opera noſtra eſſe peccata, & per illa non poſſe homines mereri vitam æternam; inde dicunt omnem noſtram fiduciam collocandam eſſe in ſolis meritis Chriſti, quia per illum ſaluati, & redempti ſumus; non autem in noſtris operibus.

Conuincitur, & primo ſciendum fiduciam eſſe ſpem roboratam ex firma opinione. Verbi gratia nos tenemus Petrum veracem, & ſic de

de illius promiſſione ſpem habemus; magis hoc eſt tenendum de Dei promiſſionibus, vti teſtatur propheta Regius Pſal.117. ibi *bonum eſt ſperare in Domino, quam ſperare in homine*: quia ſcilicet bonus, & omnipotens eſt, & eius fiducia eſt ſine formidine, inſuper *Deus potens eſt dare nobis omnem gratiam; & gloriam*. Pſal.83. legitur, quæ Dei fiducia oritur ex verbis Matth.4. *agite pœnitentiam appropinquabit enim regnum cœlorum*, & ad Rom.8. legitur *non ſunt condigna paſſiones huius ſæculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*, & legitur 2. Tim.4. *bonum certamen certaui; curſum conſummaui, fidem ſeruaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex*, & Regius Propheta Pſal.118. legitur, *inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes meas propter retributionem*, legitur denique Matth.19. *ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata*, reponitur igitur etiam ſpes, & fiducia noſtra in noſtris operibus: ita tamen dicimus fiduciam collocari in noſtris operibus bonis propter miſericordiam Dei, & propter promiſſionem ſuam, qua promiſit ſe daturum hominibus mercedem ob bona opera, quæ opera ſemper in Chriſtum ſunt vtique referenda principaliter, quia ſine eo nil boni facere poſſumus, valeant itaque Lutherani, & in luto ſuo maneant.

Pſal. 117. Pſal.83. Matth.4. Rom.8. 2. Tim.4. Pſal.118. Matth.19.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata, poſt datam huius rei definitionem in cap.16. hanc deinde Can.26.& 32. ſub anathemate damnat. Conc.Tri.

Contra hanc pauca quædam ſcripſit Iodocus Clithouæus in ſuo Antiluthero. Iodo.Clit.

TITVLVS FORNICATIO.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis coitus inter ſolutos non eſſe peccatum mortale.

A*Vctores ſunt Græci, de quibus titulo Confirmatio dictum eſt, vti Guido Carmelita refert in ſua ſumma de hæreſibus.* Gui. Car.

QVæ hęreſis iam remanet ſuperata ex dictis titulo Coitus hęreſi prima ad illum igitur locum recurrat lector.

Additur hic quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1439. celebrato mille, & amplius Patrum omnes, & hunc præcipue, inter Græcorum errores correxit, quam correctionem Græci libenter ſuſceperunt, & tunc omnibus hæreſibus valere dixerunt, licet poſtea in antiquos errores reciderint. Conc.Flo.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS FVTVRVM CONTINGENS.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis omnia, quæ fiunt fieri neceſſitate abſoluta.

D.Bern. *AVctor fuit Petrus Abailardus, vti refert D.Bernardus, Epiſtola ſua 190. de quo Abailardo dictum eſt titulo Beatitudo hæreſi 1. Ioannes vero Vuicleph, de quo titulo Adoratio hæreſi prima dictum eſt docet potentiam Dei, & actualem creationem eiuſdem eſſe menſuræ; ita ut non poſſit plures res creare, quam creat, nec aliter res facere, quam fecit.*

Quam deinde aſſertionem omnium vltimus tutatus eſt Lutherus iniquus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt.

Sap.11. COnuincitur itaque hæreſis; legitur enim Sap.11. quod quidam errantes colebant mutos ſerpentes, & ſic Deus in vindictam illis im-
Gen.21. miſit multitudinem mutorum animalium, & Gen.21. *Mulier Sara ſteri-*
Num.21. *lis parit*, & Num.21. Aſina Baalam loquitur præter naturæ ordinem, &
Ioſ.10. Ioſue 10. Sol relinquens motum ſuum ſtetit in fauorem filiorum Iſrael, & Num.17. Aaron virga cum eſſet arida extra naturæ ordinem floret, & Dan.3. in fornace ardenti pueri incluſi non comburuntur: & Num. 20. ex petra arida, quæ nullam habebat humoris virtutem fluunt aquæ largiſſimæ; denique legitur Ioan.10. *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam.* Quid ergo ſuperbiſſimi hæretici ſcrutari tentant, quod inſcrutabile eſt? & inueſtigare, quod inueſtigabile eſt? valeant nam obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi mille, & amplius Patrum ſub Ioāne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1415. celebrato ſeſſ.8. damnans errores Vuiclephi hunc etiam in ordine 27. damnat.

COntra hanc hęreſim ſcripſit Thom. Vualdenſis 1. tomo doctrinalis antiquæ fidei lib.1. art.1. à cap. 10. vſque ad 14.

TITVLVS GRATIA.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen tres præcipue ortas hæreſes inueni. Prima docet hominem poſſe ſine Chriſti gratia Dei præcepta adimplere, & ſuis meritis vitam æternam conſequi.

Auctor fuit Pelagius de quo titulo Adam hæreſi 4. dictum eſt.

Ita

ITa hic impius error conuinci debet,& vt gratiæ Dei neceſſitatem defendemus, & non derogemus libero hominis arbitrio. Sciendum primo, quod hic nos non loquimur de libertate a culpa, de qua D.Paulus loquitur ad Rom.6. *Cum eſſetis ſerui peccati liberi facti eſtis*, neque de illa, quæ opponitur contra ſeruitutem, de qua ſimiliter D. Paulus ad Rom.8. loquitur,at de illa quæ opponitur contra coactionem,& ab hac dicimus hominem liberum: ſecundo eſt ſciendum triplicem eſſe voluntatis noſtræ operationem bonam, vt v.g. dare eleemoſinam, malam vt v.g. furari, & indifferentem, vt v.g. ambulare, vel fricare barbam non conſiderato fine,nam quandoque operationes accipiunt bonitatem, vel malitiam à fine: His ſic poſitis quinque addo concluſiones Catholicas. Prima liberum hominis arbitrium poteſt ex ſe,& ſua conditione eligere quamlibet volitionem malam. Secunda liberum hominis arbitrium ex ſola ſuæ naturæ conditione (non excludo hic, aut in prima aſſertione illam generalem Dei concauſationem) eligere quodlibet opus medium. Tertia Catholica aſſertio ex ſola ſua poteſtate addita etiam illa communi, & generali concauſatione non poteſt ſine aliquo ſpeciali Dei auxilio bonum aliquod operari, nam ſemper præcedit monitio, attractio, & inſpiratio, quæ in[illegible] Deus merè gratis donat quibus illi placet: Quarta aſſertio Catholica poſtquam Deus voluntatem noſtram excitauit ad bonum eſt in ipſius hominis voluntate, hæc poteſtas, vt Deo monenti, & inſpiranti conſentiat,vel diſſentiat. Quinta aſſertio Catholica poſtquam voluntas noſtra cum Dei adiutorio cępit bonum aliquod agere,non poteſt ſine eiuſdem Dei ſpeciali auxilio bonum cœptum proſequi, & in eo perſeuerare. Ex quibus concluſionibus patet quanta ſit liberi noſtri arbitrij poteſtas, quantaque ſit etiam neceſſitas in noſtro libero arbitrio gratiæ diuinæ: ſic etiam legitur Pſal.36. in Domino greſſus hominis dirigentur, & Matth.10. *Cum ſteteritis ante Reges, & Præſides non eſtis vos qui loquimini,ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis*, & 1.Cor.12. *nemo poteſt dicere Dominus Ieſus,niſi in Spirituſancto*, & Hier.17. legitur *Sana me Domine, & ſanabor, ſaluum me fac, & ſaluus ero, quoniam laus mea tu es:* ſi Hieremias hoc à ſeipſo facere poterat,vt quid hoc à Deo petit? inſuper legitur Oſeæ 13. *perditio tua ex te Iſrael tantummodo ex me adiutorium tuum*,& Ioan.15. *ſine me,inquit* Chriſtus *nihil poteſtis facere*, ſi ſine eo nil conſequi poſſumus, quomodo vitam æternam ſine eo conſequemur? erubeſcat igitur Pelagius docens vnumquenque ſuo arbitrio regi: audiamus modo Eccleſiæ definitionem.

Rom.6. Rom.8. Pſal.36. Matth.10. 1.Cor.12. Hier.17. Oſ.13. Ioan.15.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Mileuitano II. ſub Syluano Numidiæ Primate 71. Epiſcoporum inter quos erat D. Auguſtinus anno ſalutis 416. celebrato ſub Innocentio I. Papa, & Honorio, & Theodoſio Romanorum Imperatoribus cap.4. ſuorum decretorum,hanc aſſertionem ſub anathemate damnat, & in Concilio Tridentino ſub Paulo III.Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.6.anno ſalutis 1547. 7.Ianuarij celebrata Can.1.2. & 3. hanc ſub anathemate damnat.

Conc.Mileuit. Conc.Tri.

COntra Pelagium ſcripſit D. Hieronymus tres libros dialogorum; ſcripſit etiam D.Auguſtinus plures tractatus de natura, & gratia,

D.Hier. D.Aug.

Digitized by Google

de gratia Chriſti contra perfidum Cœleſtium Pelagij primarium diſcipulum, & libros ſex contra impium Iulianum Capuanum Epiſcopum.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis, illos, qui plena fide baptiſmum acceperunt non poſſe amplius peccare.

Auctor fuit Iouinianus, de quo titulo Beatitudo hæreſi ſeptima dictum eſt.

D.Aug. *Quem etiam tutatus eſt Pelagius, vti refert D. Auguſtinus libro de hæreſibus cap. 88. de quo dictum eſt titulo Adam hæreſi 4.*

Demum hanc per mille, & amplius annos exhumauit, ac auxit perfidus Lutherus, de quo dictum eſt titulo Abſolutio hæreſi 1.

Conuincitur, nam cœleſtia, & terreſtria hanc expugnant, nam diabolum in gratia fuiſſe creatum iam oſtendimus titulo Diabolus, qui tamen non fuit ſtabilis in gratia, neque in veritate; immo vti legitur
Luc.10. Luc. 10. *In illo inuenta eſt iniquitas:* ſimiliter legitur Gen. 4. Deus crea-
Gen.4. uit hominem rectum, & tamen poſt contempto Dei præcepto, vt place-
Gen. 19. ret vxori comedit de ligno vetito, & Gen. 19. Loth iuſtus non comburi-
1.Reg.13. tur, deinde coit cum filiabus ſuis, & 1. Reg. 16. Dauid iuſtus coram Do-
Ioan.13. mino vngitur in Regem deinde committit adulterium, & homicidium, & Ioan. 13. Iudas Apoſtolus electus Chriſtum deinde tradit.

Conc.Mil. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Mileuitano II. ſub Syluano Numidiæ Primate 71. Epiſcoporum, inter quos erat D. Auguſt. anno ſalutis 416. celebrato ſub Innocentio I. Papa, & Honorio, & Theodoſio Romanorum Imperatoribus, cap. 6. ſuorum decretorum hanc aſſertio-
Conc.Tri. nem ſub anathemate damnat. Et in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & inuictiſſimo Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſs. 6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata Can. 23. hanc pariter maledicit.

Contra hanc aſsertionem ſcripſit librum vnum, qui dicitur liber ſe-
D.Auguſt. cundus contra Iouinianum D. Auguſtinus.

Hæreſis Tertia.

Docet hæc hæreſis hominem iuſtum ſcire ſe eſſe in gratia, & ad hoc credendum eſſe obligatum.

Auctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt, nam à Dæmone ductus multos Chriſtianos ignauos fecit, & ab exercitio bonorum operum auocauit (habebat enim Lutherus ſpiritum infernalem, qui ſecum vitam ducebat) & ita Chriſti veſtem dilacerauit, ac Eccleſiam erroribus infecit, vt Chriſtianiſſimus, ac deuotiſſi-

mus

Digitized by Google

mus Cæſar Carolus V. Auſtriacus procurauerit congregari ob has Lutheri ſeditiones Concilium, quod cœptum fuit ſub Paulo III. cui nomine Pontificis præſidebat Cardinalis Ioannes Maria de monte, & expletum Tridenti ſub Pio IV. cui nomine Pontificis præſidebat Ioannes Moronus Mediolanenſis Cardinalis, & Epiſcopus Tuſculanus; benedicenſque ſancta Synodo dixit: poſt gratias Deo actas Reuerendiſſimi Patres ite in pace, qui reſponderunt omnes. Amen.

Acta Huldrici Zuuinglij.

QVem errorem præcipue inter Lutheranos tutatus eſt Huldricus Zuuinglius Eluetius, & Canonicus ordinarius Eccleſiæ Conſtantienſis, nam audita fama Conſtantiæ quod Lutherus in Saxonia nouam legem illi genti annunciabat, & inueniſſet ex Euangelij fonte poſſe quis animam ſuam ſaluam facere ſine Summi Pontificis Romani ſacrorum Canonum, ac Conciliorum obedientia. Zuuinglius ſatis nobilibus parentibus natus, litteris humanis, ac diuinis perornatus, cupiens ſe liberare à iugo ſeruitutis (vti ipſe dicebat) obedientiæ Eccleſiæ Romanæ, ſe totum ſectæ Lutheranæ dedit, eam auxit, ac vna cum Oecolampadio (vti tradit Lindanus) hæreſim Berengarij renouauit, quod ſcilicet verum Chriſti corpus, & verum Chriſti ſanguinem non contineatur ſub ſpeciebus panis, & vini: quare ſimplices ſeducebat, & illos à Catholica religione auertens ad ſe attrahebat; duxit, & ipſe vxorem monialem à ſeipſo ſeductam, magiſtrum imitatus; floruit anno ſalutis 1525. ſub Clemẽte VII. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore, & dum ſacrum Concilium Tridentinum celebraretur, hic perfidus eius decreta ſermone diabolico contemnebat, quare Deus iuſtiſſimus iudex permiſſit eum miſere mori; non minus ac fecit Arrius, qui vna cum excrementis viſcera effudit.

Acta Ioannis Caluini.

HVic etiam ſubſcripſit Caluinus Gallus, natione Picardus, & patria Nouidunenſi illuſtribus ortus parentibus, ſacerdos, perdoctus in ſcientijs ſcholaſticis, ſcriptura, & vtroque iure; innotuit autem anno ſalutis 1534. ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore, itaque ob vitæ ſuæ improbitatẽ à conciuibus à patria expellitur, ipſe vero primo Baſileæ venit, deinde Genuam, vbi ſua prædicatione, & ſuis falſis dogmatibus illas infecit Eccleſias, habuit Caluinus Magiſtros Baſileæ Oecolampadium, & Zuuinglium; Hic Lutheranus alios Lutheranos opibus, nobilitate, ingenio, doctrina, & malignitatum inuentione (nam Lutheri doctrinam falſam ampliauit, addens impietatem impietati) cum valde ſuperaret, in tantam temeritatem deuenit, vt cum acceſ-

ſerit cum ſaluo conductu ad Concilium Tridentinum poſt receſſum auſus ſit, illud redarguere ſcriptis, vnde librum particularem ædidit contra acta Concilij Tridentini, & præcipue contra ſeſſionem ſextam, vti Lindanus docet, inde elapſis aliquot annis, cum totam Galliam, ac Sabaudiam infeciſſet, Argentinam ſe contulit, vbi contracta amicitia cum Butzero, qui tunc Zuuinglianę ſententiæ vale dixerat, & ad Lutherum acceſſerat; ac in omnibus plurimum vtebatur eius conſilio; ęgre tamen ferebat patrię exilium, at cum eſſet vafer, & corde duplex, diſſimulabat; quare ex mandato Caroli V. venit ad comitia Ratisbonæ vnà cum Butzero, in quibus de religione componenda delibera tum fuit, demum iterum a Geneuenſibus receptus illam Eccleſiam deuaſtauit, ac omnem pietatis regulam peruertit: attamen pondus tot ſacrilegiorum portauit, & in hoc mundo, nam morbo Hærodis infecto miſerrimè è vita diſceſſit, & in futuro, nam perpetuo igne, & ſulphure cruciabitur, vti tradit Lindanus.

Acta Andreæ Oſſiandri.

CVi etiam errori, adhæſit Andreas Oſſiander Germanus ex Norimberga ciuitate ortus, & inter confeſſioniſtas (vti inquit Hoſius lib. 1.) primus Hæreticus, Antichriſtus, Iudęus, Niger, Diabolus, Draco, homo nefarius, conſceleratus, hoſtis Chriſti, & Lutheri diſcipulus, innotuit autem hæreſiarca anno ſalutis 1530. ſub Clemente VII. Papa, & Carolo V. Imperatore, vxorem duxit monialem, ex qua filios, & filias procreauit. Heu flete boni, & in tantam venerationem habebant Norimbergenſes ciues Andream, vt eum vocarent patriæ Prophetam, quare anno ſalutis 1543. vnà cum alijs miſſus fuit nomine Norimbergenſium ad Concilium Tridentinum, qui accedens multas habuit cum Patribus diſputationes, & licet confuſus, tamen magis induratus diſceſſit, & pertinax vſque ad extremam horam vitæ ſuæ perdurauit; quare anno ſalutis 1559. primo deficiens à Norimbergenſibus magna cum pompa ſepultus fuit, & vt ſanctus habitus eſt. Diabolus tamen triumphans eius animam in Infernum deportauit perpetuo cruciandam.

COnuincitur igitur hic error, & quo ad primam huius aſſertionis partem, ſcilicet hominem iuſtum ſcire ſe eſſe in gratia dico ſatis confutatam remanere ex dictis titulo Fides hæreſi 2. additur tamen hic
Hier. 17. quod legitur Hier. 17. *Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud? ego Dominus ſcrutans corda*, ſi igitur ò Lutherani cor non poteſt perſcrutari, ergo nec quis ſcire poteſt ſe eſſe in gratia, & legitur
Iob 14. etiam Iob 14. *Si ſimplex fuero hoc ipſum ignorabit anima mea*; & 1. Cor:
2 Cor. 14. 14. legitur *Deum eſſe, qui iudicat, & illuminat abſcondita tenebrarum*. Quare ſuperata prima parte huius malignitatis; ſecunda etiam conuincta remanet, nam ſi homo non eſt certus de ſua iuſtificatione, conſequenter

Digitized by Google

quenter etiam non tenetur ad hoc credendum, quare audiamus quid definierit Eccleſia.

Poſtremo Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.6. anno ſalutis 1547.7.Ianuarij celebrata,nam poſt datam de tali re in cap.9. definitionem,hanc deinde Can.13. & Can.14. ſub anathemate damnat. Conc.Tri.

COntra hanc aſſertionem,poſt datam definitionem Conc.Tridentini, ſcripſit Dominicus de Soto Ordinis Prædicatorum, qui compoſuit opus de natura,& gratia tribus libris partitum, in quorum tertio contra hanc hæreſim diſputat. Scripſit etiam Andreas de Vega Ordinis Minorum,qui opus magnum compoſuit pro expoſitione, & defenſione decretorum ſacri Concilij Tridentini. Domin.de Soto. Andr. de Vega.

TITVLVS HAERETICVS.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen tres præcipue ortas hæreſes inueni. Prima docet omnes hæreticos bene ſentire.

AVctores ſunt quidam hæretici dicti Rethorici, vti refert Philaſter libro ſuo de hæreſibus, non nominato Auctore, quæ opinio apud D.Auguſtinum lib. de hæreſibus cap.72. videtur magna dementia;nam cum ſint tot hæreſes vniuſmet Auctoris inter ſe pugnantes ex diametro (vti hominibus ratione præditis patet) non eſt poſſibile,vt vtraque earum credatur eſſe vera, non eſt igitur bonum fruſtra conterere tempus pugnando aduerſus hanc dementiam; lector igitur ſit contentus ſola narratione. Philaſter. D.Aug.

ADditur tamen quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio I. generali Niceno ſub Syluestro Papa I. & magno Conſtantino Romanorũ Imperatore 318.Patrum,anno ſalutis 325.celebrato non damnaſſet Arrium,neque in Concilio II.generali Conſtantinopoli celebrato anno ſalutis 381. ſub Damaſo Papa,& magno Theodoſio Romanorum Imperatore 150 Patrum damnaſſet Macedonium,neque Dioſcorum in Concilio III.generali Epheſino anno ſalutis 431. celebrato ſub Cœleſtino I. Papa,& Theodoſio iuniore Romanorum Imperatore 200. Patrum, neque denique Eutichen in IV. generali Chalcedonenſi 630. Patrum anno ſalutis 452.ſub Leone I.Papa, & Martiano Romanorum Imperatore. Quæ quattuor Concilia D. Gregorius dicit venerari vti quattuor Sancta Dei Euangelia. Cóc. Nic. Conc. Cõſtantien. Concil.Epheſ. Conc.Calced.

Hæreſis

Hæreſis Secunda.

DOcet hæc hæreſis hæreticos non eſſe aliqua pœna corporali puniendos, ſed iudicio diuino relinquendos.

AVctores ſunt Lutheri diſcipuli, de quorum Duce dictum eſt titulo Abſolutio hæreſi prima.

Exod. Leuit. COnuincitur, nam ſi transgreſſores veteris legis, quæ erat vmbra, & figura nouæ legis, vti legitur Exod. 7. 21. 22. & 31. & Leuit. 17. 18. 19. 20. & 21. puniebantur ex Dei mandato pœna corporali, etiam cum ſententia mortis, quanto magis debent puniri tranſgreſſores, & violatores nouæ legis per Ieſum Chriſtum nobis datæ, & præcipue conficientes legem nouam, & malignas nouitates inuentantes, Euangelio contradicentes, imò Euangelium ipſum, & totam legem nouam male tractantes, ex ipſa eradentes quicquid non facit pro ſua viuendi libertate: Quæ pro confutatione præſentis dementiæ dicta ſufficiunt.

Conc. Cōſtantien. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi mille, & amplius Patrum in Spirituſancto, celebrato anno ſalutis 1415. ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore, ſi hęretici pœna corporali non eſſent puniendi, non damnaſſet, & brachio ſæculari igni comburendos tradidiſſet Ioannem Huſſ, & Hieronimum eius ſocium.

Hæreſis Tertia.

DOcet hæc hæreſis illum eſſe dicendum hæreticum, qui quouis modo lęthaliter peccat. Quæ hæreſis orta eſt anno ſalutis 1364. ſub Gregorio XI. Papa, & Vincislao Romanorum Imperatore, vti refert Nicolaus Eimericus in ſuo directorio inquiſitionis, non tamen manifeſtauit Auctorem. Nic. Eim.

PRo huius hęreſis confutatione ſufficiant dicta libro Prohęmiali c. 9. vbi fuſius oſtendimus quis ſit vere dicendus hęreticus quo recurrat Lector.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in omnibus Concilijs ritè congregatis auctoritate nempe Apoſtolica, illos ſolum hæreticos eſſe determinauit, qui contra Eccleſiam Catholicam Romanam, & eius ordinationes aliquid impium produxerunt, & pertinaci animo in illo perſiſterunt.

TITVLVS HORÆ CANONICÆ.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hæreſis fruſtra tempus ferri in horis diurnis, & nocturnis decantandis.

Auctores

AVctores (vti refert Aeneas Syluius in libro de Origine Bohæmorum cap.35.) fuerunt Vualdenſes, de quibus titulo Baptiſmus hæreſi octaua dictum eſt. Aen. Sylu.

His de more adhærent Vuiclephiſtæ, de quorum Duce dictum eſt titulo Adoratio hæreſi 1. docet enim Vuiclephi, quod licet bonum ſit orare, non tamen eſt æquum vt homo arctetur ad orandum, & cantandum certo, & determinato tempore: hoc enim repugnat libertati Chriſtianæ; nam homo debet eſſe liber legitur enim ad Gal.4. dicunt hi perfidi Chriſtus nos liberauit: Reſpondetur; quod D. Paulus ibi loquitur de libertate à ſeruitute Diaboli per Baptiſmum, & de libertate à iugo ſeruitutis legis Moſaicæ, in quibus duobus vera Chriſtiana libertas collocatur; non autem ſic nos liberauit Chriſtus ab obedientia obſeruationis præceptorum Eccleſiæ, immo nobis dedit exemplum, quando ipſe factus eſt obediens vſque ad mortem. Gal.4.

COnuincitur, nam legitur Pſal.88. *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi*, & Act.3. *Petrus, & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam*, & cap.10. legitur Petrum aſcẽdiſſe ad horam orationis Sextam, & Paulus, & Sylla media nocte adorantes laudabant Dominum, & audiebant eos, qui erant in cuſtodia: additur quod Deus eaſdem horas myſterijs conſecrauit, nam media nocte naſcitur Chriſtus ex Maria Virgine, hora prima ſurrexit è ſepulchro, hora tertia Spiritus ſanctus venit ſuper Apoſtolos, hora ſexta crucifigitur Chriſtus, hora nona moritur, hora Veſpertina cum diſcipulis cœnat, hora denique Completorij prima noctis vigilia ſolus ſe ceſſit in montem orare. Pſal.88. Act.3. Act.10.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Agathenſi in Gallia Narbonenſi in ciuitate Agathæ in Eccleſia S. Andreæ celebrato anno ſalutis 506. auctoritate Symmachi Papæ V. Cal. Septembris 35. Epiſcoporum, ſub Anaſtaſio Romanorum Imperatore, cui nomine Summi Pontificis præfuit S. Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus cap.21. ſuorum decretorum modum docet, quo in aliquibus horis, aliquarum ſolemnitatum orandum ſit, ac in Eccleſia cantandum. Concil. Agath.

TITVLVS IDOLATRIA.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc impietas ſerpentem, qui primos parentes decepit fuiſſe Chriſtum.

Acta Gnoſticorum, Sethianorum, & Serpentinorum.

AVctor fuit Nicolaus Diaconus, de quo dictum eſt titulo Anima hæreſi 4. qui fuit Dux Gnoſticorum: Sethianorum, eo quod Seth filium

Ada

Adæ fabuloſa quadam vanitate venerabantur dicentes eum natum eſſe de ſuperna Matre, & conueniſſe cum ſuperno Patre, & ſic putarunt eſſe Chriſtum, qui (referentibus Philaſtro, & Tertulliano in libris de hæreſibus) dicuntur Sethoitæ. Alij autem dicuntur Ophitæ, & Serpentini, qui, vti refert D. Auguſtinus libro de hæreſibus cap. 17. ſerpentem, qui decepit primos parentes, putabant eſſe Chriſtum; ideo ſerpentem adorabant, hac de cauſa quendam viuum nutriebant, & ad ſacerdotis incantationes egrediebatur de ſpelunca, & aſcendebat ſuper altare quod erat ſupra ſpeluncam, & lambebat oblationes, quas illi ſacrificabant, quo peracto regrediebatur ad ſpeluncam: hos hæreticos ortum habuiſſe à Nicolao, & à Gnoſticis refert D. Auguſtinus loco citato ex aliorum tamen opinione: Alij dicebantur denique Caiani, qui Cain Chriſtum eſſe dicebant; ſicque eum adorabant vti Philaſter, & D. Auguſtinus lib. de hæreſibus cap. 18. refert. Hæ ſectæ ita ſunt antiquatæ, vt ex memoria hominum abolitę ſint & nos lateat, qui fuerint precipuè illarum inuentores, & quo tempore cęperint; tamen ſi poſt Chriſtum fuerunt, floruerunt eo tempore, quo floruerunt Simon Magus, & Nicolaus Diaconus, à quibus Gnoſtici etiam venerunt, primi malitię, & nequitiæ inuentores.

Philaſter. Tertull. D. Aug. D. Aug. D. Aug.

Conuincitur, nec eſt operoſum ſimul contra hos omnes diſputare; nam legitur Exod. 6. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies*, & in Deut. 17. *cum reperti fuerint apud te intra vnam portarum tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir, aut mulier, qui tranſgrediantur pactum illius, & ſeruiant Dijs alienis, & adorent illos*, & quod ſequitur, & infra; *educes virum, ac mulierem, qui rem ſceleratiſſimam perpetrarunt, ad portam ciuitatis, & lapidibus obruentur:* inſuper legitur Exod. 32. quod multa millia hominum morte punita ſunt, quia vitulum aureum adorauerunt, & legitur Dan. 3. quod tres pueri à Domino præmiantur, quia ſtatuam noluerunt adorare, & Apoc. 22. legitur quod cum Ioannes cecidiſſet ante pedes Angeli, qui illi viſionem oſtenderat & voluiſſet illum adorare, prohibuit illum Angelus, ne illud faceret, dicens, *vide ne feceris, conſeruus tuus ſum, Deum adora*, denique legitur Matth. 4. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.*

Exod. 6. Deut. 17. Exod. 32. Dan. 3. Apoc. 22. Matth. 4.

Poſtremo Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Hieruſalem celebrato ab Apoſtolis anno ſalutis 41. ſub Petro Apoſtolo, & Caio Cæſare inter quos aderant Paulus, & Barnabas, ac Lucas, qui eiuſdem Concilij acta conſcripſit, vti ex Act. Apoſtolorũ, hæreſes omnes Nicolai maledixit; eumque tanquam putridum palmitem à vite reſecandum cenſuit.

Conc. Hieruſ.

TITVLVS IEIVNIVM.

Hæreſis Prima.

Tres precipuè circa hoc nomen ortas hęreſes inueni. Prima docet ieiunium eſſe nullius meriti apud Deum.

Auctor

AVctor fuit Iouinianus, de quo titulo Beatitudo hereſi ſeptima dictum eſt.

Quam inſtaurarunt Vualdenſes, de quibus dictum eſt titulo Baptiſmus hereſi 8. & Vuiclephiſtę Vualdenſium diſcipuli, de quorum magiſtro dictum eſt titudo Adoratio hereſi prima.

Quam denique auxerunt Lutherani, de quorum Duce Luthero dictum eſt titulo Abſolutio hereſi prima, adferentes in confirmationem ſui erroris illud 1. ad Tim.4. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, *ad quod reſpondetur, quod D. Paulus ibi non loquitur de ieiunio, neç per corporalęm exercitationem intelligit ieiunium; nam ieiunium eſt ſpiritualis exercitatio, & licet corpus maceretur, ſpiritus tamen uigilantior fit; corporalis enim exercitatio eſt agitatio, & corporis motus; quod patet ex ſequentibus, nam ſequitur D. Paulus, & dicit;* Pietas autem ad omnia vtilis eſt promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. 1. Tim.4.

COnuincitur itaque hęreſis; nam ieiunium eſt virtus, & conſequenter ei debetur præmium; parat namque ieiunium viam caſtitati, nam ſi gula luxuriam iuuat, oportet, vt ieiunium adiuuet caſtitatem, nam oppoſitarum cauſarum ſunt oppoſiti effectus: quid enim peccare fecit Sodomam, niſi ſaturitas panis; legitur etiam Exod.32. *Cum manducaſſet populus ſurrexit non orare, ſed ludere, non adorare Deum, ſed vitulum aureum*, legitur lib.3. Reg.17. Helias ieiunus orat, & ad eius orationem in tribus annis, & ſex menſibus ros pluuiæ non cecidit ſuper terram; rurſum ieiunus iterum orat, & pluuias à Deo impetrat, at accedamus ad auctoritatem noui teſtamenti; legitur enim Luc.2. Anna Propheteſſa filia Phanuelis laudatur quod non diſcedebat de templo, *Ieiunijs, & orationibus ſeruięns die, ac nocte*, legitur etiam Matth.17. *hoc genus Dæmoniorum non eycitur, niſi in ieiunio, & oratione*, & ſupra cap.6. Chriſtus præbuit nobis exemplum; quia ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Ieiunium enim legem accepit, voracitas verò legem perdidit: ieiunium ab incendio liberat: cibus autem ignes libidinis auget: ieiunium denique orationem parat, & crapula intellectum obtuſum reddit. Exod.32. 3.Reg.17. Luc.2. Matth.17. Matth.6.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Gangrenſi celebrato anno ſalutis 324. in Armenia in Prouincia Paphlagoniæ, ſub Syluestro I. Papa, qui illuc legatos ſuos miſit, vt illum confirmarent temporibus Conſtantini Magni Imperatoris, cap.19. ſuorum decretorum, damnat contemnentes ieiunia. Et in Concilio Thelenſi auctoritate Syricij celebrato, & ab Eccleſia recepto anno ſalutis 392. ſub Theodoſio ſeniore Romanorum Imperatore Iouinianum cum ſuis erroribus damnauit, nam, poſtquam de caſtitate definierat tandem de ieiunio loquens ait: *Merito ab illis viduitas deſpici ſolet, quæ ſolet obſeruare ieiunia*, ſubdens Conc. *ſi parum eſt, quod Paulus dixit audiant Prophetam dicentem* Pſal.68. *& operui in ieiunio animam meam.* Conc. Gágren. Conc. Thelenſe. Pſal.68.

Digitized by Google

D.Ambr. COntra hunc errorem ſcripſit D. Hieronymus librum contra Iouinianum de laudibus ieiunij, & D. Ambroſius librum elegantem de Hælia, & ieiunio.

Hæreſis Secunda.

DOcet hac hæreſis non debere inſtitui ieiunia ab Eccleſia, at hoc eſſe relinquendum voluntati hominum.

D.Aug. *AVctor fuit Aerius, de quo titulo Epiſcopus, hæreſi prima dictum eſt; nam D. Auguſtinus libro de hæreſibus cap.53. docet Aerium ieiunia contempſiſſe ab Eccleſia ſtatuta docens eſſe ieiunandum ad arbitrium hominum.*

Acta Euſtachij.

Soc. *HVic adhæſit Euſtachius quidam, vel vti placet Philaſtrio Euſtatius, ſiue vti alij legunt Eutatius Armenus Sebaſtienſis, & in eadē ciuitate Sebaſtena Ponti Epiſcopus, vti tradit Soc. lib.2. hiſt. Eccl. cap.45. Hic ab adoleſcētia educatus à quodam Petro profeſſione anachoreta anno ſalut.319. ſub Sylueſtro Papa, & Magno Conſtantino Rom. Imp. factus eſt Monachus heremita, & in paruo temporis ſpatio tantū profecit; vt etiā regulas compoſuerit de modo viuendi Monachorum Heremitarū in Armenia, Ponto, & Paphlagonia, at non multo poſt elatus ſuperbia adhæſit ſuadente Diabolo Arrianæ ſectæ, quare damnatus fuit in Conc. Gangrenſi: anno vero ſalutis 341. ſub Iulio I. Papa, & Conſtante Romanorum Imperatore Arrianorum fautore electus fuit Sebaſtienſis Epiſcopus, at poſt electionem accuſatus de Arriana perfidia, volens ſe expurgare venit Romam anno ſalutis 351. ibique ficte fidei profeſſionem emiſſit, at non Chriſtum redemptorem noſtrum, nec eius Vicarium in terris decepit,* Niceph. *ſed ſibi pœnam pœnæ addidit, vti Nicephorus lib.9. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ tradit cap.45. habuit Patrem Eulabium dictum Cæſareæ in Capadocia Epiſcopum; qui etiam excommunicatus fuit à Conc. Neocæſarienſi in Ponto; quia multa præter Eccleſiæ conſuetudinem ſtatuerit, coniugium enim prohibuit, & à carnibus abſtinendum docuit; quare factum eſt, vt multi coniugale vinculum diſſoluerint, ſtatuta Eccleſiæ ieiunia prohibuit, & alia ſimilia, itaque Synodus Gangrenſis eum anathemate ingulauit. Sic Roma degreſſus reuertens in patriam venit primo Alexandriam vbi aliquantulum moratus eſt, deinde vix in patria peruentus animam Diabolo tradidit infinitos libros poſt ſe relinquens omni ex parte fœtidos.*

1.Reg.15. COnuincta remanet ex dictis contra primam hæreſim huius tituli, & ex dictis titulo Eccleſia hęreſi 3. additur quod legitur 1. Reg. 15.

Melior

Digitized by Google

Melior eſt obedientia, quam victima, & ad Heb. 13. legitur, *obedite præpoſitis veſtris:* per obedientiam enim ſuperiori præſtamus, quod debemus, qui enim ſponte ieiunat ſolum ieiunij meritum habet; qui vero impulſu legis ideo ieiunat, vt legi obediat, vltra ieiunij rationem habet etiam meritum obedientiæ. Hebr. 13.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Gangrenſi in Armenia in Prouincia Paphlagoniæ celebrato anno ſalutis 324. ſub Syluestro I. Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore, quod Conc. fuit ab Eccleſia receptum in ſexta Synodo generali in Trullo celebrata, cap. 19. ſuorum decretorum de omnibus ieiunijs ab Eccleſia ſtatutis, ſic definit *Si quis ieiunia communia totius Eccleſiæ putauerit contemnenda anathema ſit*. Et in Conc. Bracarenſi I. anno ſalutis 563. celebrato in Hiſpania in Prouincia Galliciæ ab octo Prouinciæ Epiſcopis auctoritate Ioannis III. Papæ, & ſic ab Eccleſia receptum fuit, ſub Iuſtiniano Romanorum Imperatore, nam cap. 16. ſuorum decretorum præcipit eſſe ieiunandum feria 5. maioris hebdomadæ. Et in Conc. Toletano octauo anno ſalutis 653. celebrato auctoritate Martini I. Papæ 55. Epiſcoporum tempore Conſtantis Romanorum Imperatoris, cui etiam interfuerunt duodecim Abbates, & decem Vicarij Epiſcoporum abſentium cum alijs viris illuſtribus officij Palatini; nam cap. 8. ſuorum decretorum ſtrictius mandat ieiunandum eſſe tota Quadrageſima, & à carnibus abſtinendum. Conc. Gãgren. Conc. Bracaren. 2 Cor. 12.

Hæreſis Tertia.

Docet hæc hæreſis, quod ſtatim vt homo peruenit ad ſtatum perfectionis non obligatur ad ieiunium.

Auctores ſunt Begardi, & Beguinæ, de quibus titulo Beatitudo hæreſi quarta dictum eſt.

Breuiter conuincitur hæc dementia, nam vti legitur 2. Cor. 12. D. Paulus ad tantam perfectionem deuenerat, vt audierit arcana Dei, & tamen corpus ſuum caſtigabat, & in ſeruitutem redigebat; legitur etiam Matth. 3. quod Ioannes Baptiſta maior inter natos mulierum abſtinebat ſe à vino, & à carne, & manducabat locuſtas. Conc. Tolet. Matth. 3.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Viẽnenſi anno ſalutis 1311 celebrato, ſub Clemente V. Papa, & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore 300. Epiſcoporum damnans errores Begardorum, hunc etiam in ordine ſecundum ſub anathemate damnat. Conc. Viẽnen.

TITVLVS IMAGO.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen duas præcipue ortas hæreſes inueni. Prima docet imagines omnes, ſiue Chriſti, ſiue ſanctorũ eſſe ab Eccleſia tollendas.

Digitized by Google

Acta Fœlicis Vrgelitani.

PRimus Auctor fuit Felix quidam Hiſpanus Vrgelitanus, hic ab incunabulis ſemper oſtendit ſigna maximæ deuotionis, ac optimi zeli in Eccleſiam Catholicam Romanam; ideo iam adultus, & ſacris litteris imbutus Romam venit, vbi ſpatio trium annorum commoratus eſt, magna oſtendens de ſe futura in Eccleſia Dei, hac de cauſa electus fuit in Canonicum ordinarium Toletanæ Eccleſiæ, quo tempore gubernabat Eccleſiam Toletanam Elipandus Arrianus Epiſcopus; Qui Elipandus ſuſcepit doctrinam ſui prædeceſſoris Theodorici, qui primus fuit, qui in Hiſpania docuit iuxta Arrij doctrinam Chriſtum eſſe filium Dei adoptiuum, quare Fælix Canonicus ordinarius Toletanæ Eccleſiæ amicitiam cum Epiſcopo Elipando Arriano contraxit; vnde factum eſt, vt in paruo temporis ſpatio venerit Fælix in eius opinionem. Seducto igitur Felice (inſciente tamen Sede Apoſtolica) anno ſalutis 708. ſub Siſinio Papa, & Iuſtiniano Imp. Romanorũ creatus fuit Epiſcopus in Tyreneis in ciuitate Rauennę poſitæ in Romandiola ætatis ſuæ anno 40. itaque cum ſe Romam transferret, vt de more acciperet conſecrationem ab ipſo Summo Pontifice tunc Conſtantino I. profeſſione fidei edita, & obedientiæ ſponſione (licet inuito) nam ea in confeſſione Beati Petri Apoſtoli à Summo Pontifice poſita, poſt multos dies reperta eſt combuſta; quare Fælix detectus infectus lepra Arriana fuit luminibus orbatus, & à Iuſtiniano Imperatore in Pontum relegatus, poſtea, vti Platina refert in vita Conſtantini I. & Hadriani I. Summorum Pontificum pœnitentia ductus, & ab hæreſi diſcedens, poſt mortem Iuſtiniani reuerſus eſt in patriam, vbi ſenio confectus, primo decedens ſepelitur Rauennæ magno cum odore ſanctitatis.

Quem deinde errorem tutati ſunt multi Græci Imperatores, vt Leo III. Conſtantinus V. Leo IV. Conſtantini V. filius, & Conſtantinus VI. Irenæ filius; Quæ Irenes hac de cauſa congregauit Conc. in Nicæna vrbe 350. & amplius Patrum ſub Paulo I. Papa, in quo Concilio ſub anathemate damnantur docentes imagines ab Eccleſia eſſe tollendas, nec venerandas, quod deinde Concilium Conſtantinus VI. Irenæ filius grandæuus factus conſilio iniquorum hominum noluit recipere, & hæc eſt vna ex præcipuis cauſis cur Latini à Græcis defecerunt: Et licet ante Fœlicem huius hæreſis auctorem per 100. annos, & eo amplius Beatus Gregorius I. Papa per quandam Epiſtolam redarguat Serenum quendam Epiſcopum Maſſilienſem, quod inconſiderato zelo ſanctorum imagines fregerit, timens ne à populo venerarentur, & Epiphanius Cyprius, qui per centum, & quinquaginta annos præceſſit D. Gregorium in quadam Epiſtola ad Ioannem Hieroſolymitanum circa finem Epiſtolæ dicat ſe ſcidiſſe velum quoddam, quod in foribus cuiuſdam Eccleſiæ pendebat, eo quod habuerit imaginem: tamen hi duo

Digitized by Google

Epiſcopi hoc non fecerunt cum pertinacia; immo erant parati cenſurari, & Eccleſiæ præcipienti obedire; præterea ab Eccleſia nondum habebatur huius rei definitio, ideo ſunt excuſandi, nec de hæreſi notandi.

Hunc etiam errorem poſt multa ſæcula ſuſcitarunt Vualdenſes, de quibus titulo Baptiſmus hæreſi octaua dictum eſt.

Vuiclephiſtæ autem, de quorum Duce dictum eſt titulo Adoratio hæreſi prima, vti in omnibus alijs erroribus ſic nec in hoc volunt relinquere Vualdenſium opinionem.

Acta Andreæ Carolſtadij.

DEnique hunc errorem iam penitus extinctum ab inferis reuocarunt duo Martini Lutheri diſcipuli, in hoc tamen à ſuo magiſtro diuiſi; nam Lutherus imagines admiſit: Quorum vnus dictus eſt Andreas Carolſtadius Germanus Vuittembergenſis ciuis, ac Archidiaconus, homo ſceleſtiſſimus carnalitatibus deditus, & in omnibus verbis, & factis defenſor Lutheranæ perfidiæ, & laicus factus nullam abrogauit hæreſim. Fuit & ipſe cum ſuo ſaluo conductu ad Concilium Tridentinum; tamen magis pertinax diſceſſit: floruit autem anno ſalutis 1520. ſub Leone X. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore, qui denique circa annum ſalutis 1545. ſenio confectus decedens corpus in ſterquilinio, & anima in Inferno perpetuo crucianda ſepelitur.

Acta Balthaſſaris Hiebmaier.

ALter fuit Balthaſſar Hiebmaier pariter Germanus Pacimontanus Sacerdos, & ſeductus à Luthero, cui in omnibus fuit ſimilis, cuius doctrinam etiam armis tutatus eſt, duxit & ipſe magiſtrum imitatus vxorem monialem, & floruit anno ſalutis 1534. fuit etiam ad Concilium Tridentinum cum ſaluo conductu, & multas habuit cum Patribus Concilij diſputationes, & licet confuſus, tamen magis induratus diſceſſit, & excommunicatus anno ſalutis 1548. animam Diabolo tradidit ætatis vero ſuæ 77. Qui etiam fuit auctor Anabaptiſtarum ſectæ, quæ in Vueſtphalia ſuperiori exorta eſt anno 1534.

COnuincitur itaque hæreſis, nam legitur Exod. 37. quod Deus præcepit Moyſi, vt faceret duo Cherubin ex vtraque parte oraculi in propitiatorio, quod erat operimentum arcæ teſtimonij, & 3. Reg. 6. legitur Salomonem feciſſe in templo Cherubin. His auctoritatibus additur ratio, & eſt, imagines ſunt litteræ hominum idiotarum, hi enim ignorantes legere, vident hiſtoriam pictam v.g. Chriſti picti ad columnam ligati ob peccata noſtra, & quod legere ignorant, vident pictum, & hinc

Exod. 37.

3. Reg 6.

Digitized by Google

hinc fiunt memores beneficij accepti: itaque imagines ſanctorum ſunt in cauſa, vt nos ſi boni ſumus, magis firmemur, ſi mali, vt emendemur.

Cōc. Nic. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio I. generali Niceno ſub Syluestro I. Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore anno ſalutis 325. celebrato, & in Concilio II. Niceæ celebrato 350. Patrum anno ſalutis 786. ſub Hadriano I. Papa, & Irene Imperatrice; hanc aſſertionem ſub anathemate damnauit, ac denique in Conc. Romæ celebrato anno ſalutis 732. 93. Epiſcoporum, & aliorum clericorum, ac piorum hominum ſub Gregorio III. Papa, & Leone IV. Imperatore hanc aſſertionem tanquam diabolicam damnauit. Conc. Ro.

Tho. Vualden. Contra hanc hæreſim doctiſſime ſcripſit Thomas Vualdenſis libro de ſacramentalibus titulo decimo.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis imaginem Dei, ad quam factus eſt homo, eſſe in corpore, non in anima; quæ iam confutata remanet ex dictis titulo Deus hæreſi 2. vbi probauimus, Deum non eſſe corporeum, quo recurrat Lector.

Conc. Ro. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Romæ celebrato anno ſalutis 320. ſub Syluestro Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore 275. Epiſcoporum, hanc aſſertionem tanquam hæreticam damnauit.

TITVLVS INDVLGENTIA.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis Indulgentias eſſe pias fraudes fidelium.

Auctores fuerunt Vualdenſes de quibus titulo Baptiſmus hæreſi 8. dictum eſt.

Huic etiam ſubſcripſit Ioannes Vuiclephs, qui nunquam à Vualdenſibus deficit, de quibus dictum eſt titulo Adoratio hæreſi 1.

Horum denique hæreſum auctor fuit Lutherus, qui cum non admittat nullam fore ſatisfactionem pro peccatis, indulgentiam etiam omnino tollit, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt.

Confutatur igitur talis impietas hoc modo; nam cum Eccleſia Vniuerſalis à Spirituſancto gubernata, has indulgentias inſtituerit; Eccleſiæ ſic definienti obediendum eſt; nam Eccleſiæ definitiones ſunt tanti valoris, quanti eſt ſacra pagina, vti libro Prohæmiali cap. 5. probauimus,

Digitized by Google

uimus, & licet ſero hoc theſaurum ſit in vſu poſitum, ratio eſt, quia in principio naſcentis Eccleſiæ, magis ferucbat charitas, plures ad martyrium anhelabant, pauca erant hominum ſcelera, grauiſſime erant Canonum pœnæ: his autem temporibus refriguit charitas, plura committuntur ſcelera, & pro commiſſis pauca datur ſatisfactio, ideo fuit neceſſarium ad indulgentias recurrere, vt daretur adiutorium peccatoribus, D. enim Gregorius Litanias inſtituit, ac Indulgentias conceſſit, at audiamus Eccleſiæ definitionem. D. Greg.

Eccleſia itaque Vniuerſalis in Conc. Lateranenſi ſub Innocentio III. Papa, & Othone IV. Romanorum Imperatore 1300. & amplius Patrũ, anno ſalutis 1215. celebrato, definiuit ad reprimendam aliquorum Abbatum temeritatem ſolius Epiſcopi munus eſſe dare indulgentias. Et pariter in Conc. Conſtantienſi ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1415. celebrato mille, & amplius Patrum ſeſſ. 8. damnans errores Ioannis Vuiclephi, hunc etiam in ordine 42. ſub anathemate damnauit. Conc. Lat. Conc. Cõſtantien.

COntra hanc hæreſim ſcripſit doctiſſime Ioannes Roffenſis in eo opere edito contra Lutheri captiuitatem Babilonicam. Ioan. Roſ.

TITVLVS INFERNVS.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen tres præcipue ortas hæreſes inueni. Prima docet non dari Infernum, ſed habens peccatum mortale habet Infernum.

AVctor fuit Almaricus, de quo titulo Adam hæreſi 3. dictum eſt; vti refert frater Bernardus in cathalogo hæreticorum. Fr. Bernar.

Huic etiam aſſentiunt Albanenſes, vti Guido Carmelita refert in ſumma de hæreſibus, de quibus dictum eſt titulo Anima hæreſi 8.

Quam etiam confirmauit Hermanus Riſuichi aſſerens nullum omnino dari Infernum, vti cathalogus teſtatur.

COnuincitur nam legitur Eſa. vlt. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*, & licet aliqui hunc locum intelligant de accuſatione conſcientiæ, tamen re vera intelligitur de pœna perpetua Inferni: nam vermis conſcientiæ per expurgationem conſcientiæ à peccatis omnibus per confeſſionem factam omnino tollitur, quod confirmatur per Eccl. 7. ibi, *Vindicta carnis impij ignis, & vermis*, & Iudith 6. *dabit ignem, & vermes in carnes eorum*, vt ſentiant vſque in ſempiternum. Eſa. vlt. Eccl. 7. Iudith 6.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Romanorum Imperatore anno ſalutis 1439. cele- Conc. Flo.

brato

Digitized by Google

brato 1000. & amplius Patrum decreto de Armenorum vnione hanc inſaniam damnauit.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis pœnas Inferni non eſſe perpetuas.

Philaſter. D.Aug. *AVctor fuit Origenes, de quo titulo Adam hæreſi 2. dictum eſt; vti Philaſter, & Auguſtinus lib. ſuis de hæreſibus teſtantur, addens Philaſter huic hæreſi aliam additam fuiſſe, ſcilicet Chriſtum ſuo deſcenſu ad inferos in cauſa fuiſſe, vt ibi Chriſtum confitentes ſaluarentur; nullum tamen huius oſtendit auctorem.*

Gui. Car. *Armeni autem (vti refert Guido Carmelita in ſumma de hæreſibus) de quibus titulo Adam hæreſi 3. dictum eſt, addunt Chriſtum ſuo deſcenſu ad inferos omnes animas inde eduxiſſe.*

QVæ hæreſis ſatis ſuperata remanet ex dictis in ſuperiori hæreſi huius tituli ad quem locum recurrat lector; apertiſſime igitur habetur ex ſacris litteris pœnas Inferni eſſe perpetuas, additur hic, quod legitur Matth. 25. de ſententia finali; *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius*, & Mar. 9. *bonum eſt tibi claudum introire in regnum æternum, quam duos habentem pedes mitti in gehennam ignis inextinguibilis*, vbi vti legitur Eſa. vlt. *vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*, modo Eccleſiæ definitionem audiamus. (Matth. 25. Mar. 9. Eſai. vlt.)

Conc. Ro. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Romæ habito cœpto ſub Fabiano Papa, & Martyre, & expleto ſub Cornelio Papa, & Martyre anno ſalutis 254. temporibus Galli, & Voluſiani Romanorum Imperatorum, 60. Epiſcoporum totidem Sacerdotum, & aliorum diaconorum hunc errorem, ac alios etiam Origenes errores emendauit.

Hæreſis Tertia.

Philaſter. D.Aug. Gui. Car. *NEgat hæc hæreſis Chriſtum ad inferos deſcendiſſe, vti referunt Philaſter; Auguſtinus, & Guido in ſuis libris de hæreſibus: nullum tamen huius produnt auctorem.*

Eccl. 24. COnuincitur, nam legitur Eccleſ. 24. *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino*, & Pſal. 15. *Quoniam non derelinques animam meam in Inferno*, & ad Eph. 4. *quod autem aſcendit; quod eſt quia deſcendit in inferiores partes terræ*, & Act. 2. Petrus in diem Pentecoſtes prædicans Chriſtum dicebat, *quem Deus ſuſcitauit à mortuis ſolutis doloribus Inferni.* (Pſal. 15. Eph. 4. Act. 2.)

Conc. Lat. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Lateranenſi ſub Innocentio III. Papa, & Othone IV. Romanorum Imperatore 1300. & amplius Patrum, anno ſalutis 1215. celebrato definiuit ſic; *Qui pro ſalute hominum paſſus, mortuus, & ſepultus, deſcendit ad inferos, ac reſurrexit à mortuis.*

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS INIMICVS.

Hæreſis Vna.

HAec hæreſis docet licere inimicum decipere, nec eſſe peccatum aliquod, ſi quis inimico ſuo damnum aliquod inferat.

AVctores ſunt Græci, vti refert Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus, de quibus dictum eſt titulo Confirmatio. Gui. Car.

COnuincitur, nam præterquam quod legi naturali contrariatur, legitur etiam Leuit. 19. *Non mentiemini, nec decipiet vnuſquiſque proximum ſuum,* & 1. D. Petri 3. *Non reddentes* inquit *malum pro malo, neque maledictum pro maledicto,* & ad Rom. 12. *Nulli malum pro malo reddentes,* & denique Matth. 5. *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum, ego autem,* inquit Saluator, *dico vobis, diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos.* Leuit. 19. 1. Pet. 3. Rom. 12. Matth. 5.

Poſtremo Eccleſia Vniuerſalis in Concil. IV. generali Chalcedonenſi 630. Patrum, anno ſalutis 452. celebrato ſub Leone I. Papa, & Martiano Romanorum Imperatore hanc, & alias etiam Græcorum inſanias damnauit. Conc. Calced.

TITVLVS INIVRIA.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hæreſis non licere Chriſtianis, petere coram Iudice reparationem iniuriæ.

AVctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt, & videtur mihi Lutherus non modicum de fermento Phariſæorum habere, qui prædicat non furandum, & furatur, nam à Rege Angliæ, & à Leone X. Papa reprehenſus ob ſua pernitioſa dogmata, non ſolum petijt reparationem iniuriæ, verum mille opprobria inijcit, euomit in Papam, & ſacramenta omnia.

COnuincta remanet hæc hæreſis ex dictis titulo Bellum contra eundem Lutherum, vbi probauimus licitum eſſe bellum Chriſtianis, dummodo adſint requiſita ad iuſtum bellum, vt ſcilicet, cũ quis emendari non vult, niſi mediante bello, tunc licitum eſt bellum, ita cum quis emendari non vult ſine Iudicis competentis correctione, tunc licet coram Iudice petere reparationem iniuriæ.

Y Denique

Conc.Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Pio IIII. Papa, & Ferdinando Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.9. anno ſalutis 1563. 4. die menſis Decembris cap.3. de reformatione, definiuit poſſe eccleſiaſticos iudices corrigere delinquentes, nec poſſe impediri a ſeculari magiſtratu; Quid igitur latrat carnalis Lutherus?

TITVLVS IOANNES BAPTISTA.

Hæreſis Vna.

D*Ocet Ioannem Baptiſtam fuiſſe damnatum, quia non credidit in Chriſtum.*

Fr.Bernar. A*Vctores, vti refert frater Bernardus de Lutzemburgo in ſuo cathalogo hæreticorum, fuerunt Manichæi, de quorum duce dictum eſt titulo Anima, hæreſi quarta, & mouentur, quia legitur Matt.* 11. *quod Ioannes miſit ex incredulitate diſcipulos ad Ieſum, qui dixerunt ei,* tu quis es? Matth.11.

Matth.11. BReuiter conuincitur hæc inſania ex eodemmet cap.11. Matth. infra vbi clara eſt laus de Ioanne facta a Chriſto; ibi, *quid exiſtis in deſertum videre? Prophetam? immo dico vobis, & pluſquam Prophetam*; ex quibus patet error Manichæorum, nam Ioannes per illam interrogationem non peccauit.

Conc.Calced. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio IV. generale Chalcedonenſi 630. Patrum ſub Leone I. Papa, & Martiano Romanorum Imperatore anno ſalutis 452. celebrato, hunc, & alios etiam Manichæorum errores damnauit, ac eorum libros publicè comburi mandauit.

TITVLVS IVDAS.

Hæreſis Vna.

C*Ommendat hæc hæreſis peccatum Iudæ de Chriſti proditione, docens fuiſſe beneficium generis humani.*

D.Aug. Tertull. A*Vctores fuerunt Caiani, qui Cain adorabant, vti refert D.Auguſtinus, qui à Tertulliano vocantur Chaldæi libello ſuo de hæreſibus; ex eo quia veniunt è Chaldæorum gente, de quibus dictum eſt titulo Idolatria.*

Con-

Digitized by Google

CONuincitur, nam legitur Ioann. 13. quod Chriſtus volens lauare pedes diſcipulorum ſuorum dixit eis *vos mundi eſtis, at non omnes;* Secundo legitur Act. 1. quod poſtquam Iudas tradidit Ieſum, ſe ſuſpendit, & medius crepuit; & legitur clarius Luc. 22. *Veruntamen væ homini illi, per quem tradetur;* Si igitur bona fuiſſet traditio Chriſti à Iuda facta; quis vnquam excogitaret, vt talis merces ſcilicet iniquitatis ei donata fuiſſet? Ioan. 3. Act. 1. Luc 22.

Denique hæc maligna Nicolaitarum, & Caianorum inſania damnata fuit in Concilio celebrato Hieruſalem anno ſalutis 41. ſub Petro Apoſtolo, & Caio Cæſare Romanorum Imperatore cuius Concilij acta Lucas in Act. Apoſt. deſcribit. Cōc. Hier.

TITVLVS IVDICIVM.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen tres præcipue ortas hæreſes inueni: Prima docet nullum fore iudicium.

AVctores, vti refert D. Auguſtinus libro ſuo de hæreſibus, fuerunt Gnoſtici Nicolai Diaconi diſcipuli, qui à Philaſtro libro ſuo de hæreſibus dicuntur Barboriani, de quibus dictum eſt titulo Idolatriæ. D. Aug. Philaſter.

Huic etiam adhærent Floriani, de quorum Duce dictum eſt titulo Coitus, hæreſi prima vti teſtatur Philaſter libro ſuo de hæreſibus. Philaſter.

Hanc etiam tutati ſunt Manichæi, de quorum duce dictum eſt titulo Anima hæreſi quarta.

Quam etiam ſequuti ſunt Proclianitæ, ſiue, vti placet Philaſtro, Prodianitæ, de quibus dictum eſt titulo Anima, hæreſi quinta, vti refert Philaſter libro ſuo de hæreſibus. Philaſter.

COnuincitur, nam legitur Matt. 12. loquens Chriſtus de Capharnaitis; ait enim; *dico vobis, quia terra Sodomorum remiſſius erit in die iudicij, quam tibi:* Et infra cap. 11. Dominus exprobans ciuitatibus, in quibus multæ factæ ſunt virtutes, quia non egiſſent pœnitentiam dixit: *Dico vobis Tyro, & Sydonis remiſſius erit in die iudicij;* & legitur Ioan. 5. *Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt audient vocem filij Dei, & procedent, qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt in reſurrectionem iudicij;* & ad Rom. 14. *Omnes ſimul ſtabimus ante Tribunal Chriſti;* idem etiam legitur 2. Corinth. 5. Matth. 12. Matth. 11. Ioan. 3. Rom. 14. 2 Cor. 5.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. I. generali in Nicæa Bythiniæ ciuitate celebrato 318. Patrum, anno ſalutis 325. ſub Syluestro I. Cōc. Nic.

Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore in Symbolo, ſic de Chriſto, & extremo iudicio definiuit; *qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos:* idem etiam definiuit in Symbolo II. Conc. genera-
Conc. Cō ſtantinop. lis Conſtantinopoli celebrati anno ſalutis 381. ſub Damaſo Papa; & Magno Theodoſio Romanorum Imperatore 150. Patrum.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis vniuerſale Iudicium iam eſſe factum.

Gui. Car. *AVctores ſunt Albanenſes, de quibus dictum eſt titulo Anima hæreſi octaua, vti Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus enumerans eorum errores, hunc ſeptimo loco collocat.*

Matth. 24. BReuiter hæc dementia conuincitur; nam ex cap. 24. Matth. habetur aduentus Antichriſti. Secundo reſurrectio generalis. Tertio iudicium, tandem finis, & tunc iuxta Epiſtolam ſecundam Beati Petri cap. 3. elementa purificabuntur per ignem; at nullum horum conſtat eſſe factum; quare colligitur hanc eſſe maximam dementiam.

Conc. Calced. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio IV. generali Chalcedonenſi 630. Patrum anno ſalutis 452. celebrato ſub Leone I. Papa, & Martiano Romanorum Imperatore, non ſolum omnes Manichæorum errores damnauit; verum omnes eorum libros comburi mandauit.

TITVLVS IVDEX.

Hæreſis Vna.

D*Ocet hæc hæreſis nullum Iudicem etiam competentem poſſe damnare aliquem ad aliquam pœnam.*

AVctores ſunt Vualdenſes, de quorum iniquo Duce dictum eſt titulo Baptiſmus hæreſi octaua, vti Guido Carmelita teſtatur in ſumma de hæreſibus, & in hunc errorem ceciderunt moti ver-
Matth. 7. *bis Matt. 7. male intellectis, ſcilicet* nolite iudicare, & non iudicabimini.

Exod. 18. Act. 5. 1. Pet. 2. COnuincitur nam legitur Exod. 18. *conſtitue iudices, qui iudicent populum omni tempore*, & Act. 5. legitur Petrum puniſſe Ananiam, & Saphiram ob defraudationem precij agri venditi, & 1. Epiſt. D. Petri cap. 2. legitur; *ſubiecti eſtote omni creaturæ humanæ ſiue Regi quaſi præcellenti, ſiue Ducibus, tanquam à Deo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum*, & D. Paulus de poteſtate ſublimiori ait, ad Roman.

Digitized by Google

man. 13. *ſi malum feceris time. Non enim ſine cauſa gladium portat*. Dei enim miniſter eſt; vindex in iram ei, qui malum agit. Quid igitur latrant ignorantes Vualdenſes, ſcelerati taceant, & iniqua docere deſinant. Cum enim legitur etiam Matt. 7. *nolite iudicare, & non iudicabimini* illud dictum ſic intelligendum eſt; ſcilicet de iudicio temerario, & non vero, & leui, & refertur ad illos, qui re non cognita; & de omnibus minutulis ſuſpicionibus iudicium proferunt, & apud ſe definiũt; non autem locus ille intelligitur de iudicio maturo facto rationabiliter à iudice competente. Rom. 13. Matth. 7.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi ſub Ioanne XXIIII. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore anno ſalutis 1415. celebrato mille, & amplius Patrum ſeſſ. 8. damnans errores Ioannis Vuiclephi; hanc etiam damnauit. Conc. Cõſtantien.

TITVLVS IVRAMENTVM.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen duas præcipue ortas hæreſes inueni. Prima tollit a Chriſtianis omne iuramentum.

Auctores, vti refert Guido Carmelita in ſumma de hæreſibus ſunt Vualdenſes, de quibus titulo Baptiſmus hæreſi octaua dictum eſt. Gui. Car.

His adhærent Cathariſtæ, de quibus titulo Cibus hæreſi prima dictum eſt.

Quem etiam ſequuntur Pſeudoapoſtoli, de quorum magiſtro iniquo dictum eſt titulo Apoſtoli hæreſi ſecunda.

Conuincitur; nam legitur Deut. 6. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, iurabiſq; in nomine illius.* Sed dicent forſan aduerſarij; hoc erat ſolum licitum in veteri lege, non in noua, nam Chriſtus Matt. 5. prohibuit iurare, ad quod dicitur, quod Chriſtus loco citato prohibuit periurium, & vſum iurandi. Quod vero iuramentum ſit licitum legitur ad Rom. 1. D. Paulum dixiſſe *teſtis eſt mihi Deus, quod memoriam veſtri facio in meis orationibus,* & 2. Cor. 1. *Ego autem teſtem inuoco in animam meam,* & ad Philip. 1. *teſtis eſt mihi Deus, quomodo cupiam omnes vos in viſceribus Ieſu Chriſti*: Ecce Paulum toties inuocantem Deum in teſtimonium verborum ſuorum; non ergo omnino viro Chriſtiano prohibitum eſt iuramentum; immo licitum eſt, dummodo adſint requiſita ad iuſtum iuramentum: vt ſcilicet quis iuret cum debito Dei honore, & reuerentia, & Deum eſſe veracem oſtendat, qui mentiri non poteſt. Deut. 6. Matth. 5. Rom. 1. 2. Cor. 1.

Deni-

Conc. Nic. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. I. generali Niceno 318. Patrum anno ſalutis 325. celebrato ſub Syluestro Papa, & Magno Conſtãtino Romanorum Imperatore, hanc aſſertionem damnauit, vti etiam in Conc. Conſtantienſi ſub Ioanne XXIIII. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore mille Patrum ſeſſ. 8. damnans errores Ioannis Vuiclephi; hunc etiam in ordine 43. ſub anathemate damnat, quod Conc. celebratum fuit anno ſalutis 1415.

Conc. Cõſtantien.

Hæreſis Secunda.

Pugnat hæc hæreſis cum ſuperiori; nam concedit periurium.

AVctor huius fuit Priſcillianus, de quo titulo Anima, hæreſi nona dictum eſt, vti teſtatur D. Auguſtinus libro de hæreſibus.

Acta Apoſtolicorum hæreticorum.

HVic etiam ſubſcripſerunt, quidam hæretici dicti Apoſtolici, ſiue potius Apoſtatici, qui partim veniunt è ſecta Encratitarum, quorum Magiſter fuit Tatianus, partim è ſecta Catharorum, quorum magiſter fuit Nouatus; qui primo floruerunt anno ſalutis 260. ſub Dionyſio Papa, & Martyre, & Gallieno Romanorum Imperatore. Hi Apoſtolici cum magna arrogantia iactabant ſe eſſe Apoſtolorum ſucceſſores, omnia relinquentes; ſcilicet poſſeſſiones, agros, patrem, & matrem, fratres, ſorores, &c. obedientiam tamen Papæ, ac aliorum ſuperiorum contemnentes. Quæ ſecta aliquando extincta, iterum in Gallia tempore D. Bernardi Abbatis Clareuallenſis ſurrexit anno ſalutis 1147. ſub Eugenio III. Papa, & Conrado I. Romanorum Imperatore, & licet, vti diximus, hi iniqui Apoſtolici è ſecta Encratitarum, & Catharorum veniant; tamen etiam ſe adhæſerunt ſectæ Manichæorum, & multas Manis blaſphemias ſuæ erroneæ opinioni addiderunt, vti refert D. Bernardus ſermone 66. ſuper Cantica, nam teſtamentum vetus penitus reijciebant, & quotidie in menſa familiariter ruſticani, & idiotæ homines conſecrabant, & manducabant, & licet abhorrerent coniugium tamen, vti refert Diuus Bernardus loco ſupra citato; ſe ſe famoſis, ac vt ita loquar impudentiſſimis luxurijs conſpurcabant. Hos Diuus Bernardus confutauit, ac multos ſua diſputatione confuſos conuertit; hincque factum eſt auxiliante Deo, vt paulatim hæc ſecta extincta ſit.

D. Bern.

D. Bern.

Hanc etiam ſequuti ſunt Flagellantes, de quibus titulo Aqua hæreſi 2. dictum eſt vti Cathalogus hæreticorum illis tribuit.

Leuit. 19. Sap. 14. COnuincitur manifeſtè hic error legitur enim Leuit. 19. *Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui*, & Sapiens Sap. 14.

enu-

enumerans peccata hominum gentilium inter illa ponit etiam periurium, & 1.Tim.1. docet D. Paulus legem non iuſto eſſe impoſitam, ſed impijs, peccatoribus, ſceleratis, & periuris. Abeant ergo Priſcillianiſtæ & ſequaces, qui præcepta Euangelica nihili faciunt. 1.Tim.1.

Demum Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Bracarenſi I. auctoritate Ioannis III. anno ſalutis 563. celebrato, octo tantum Epiſcoporum in Prouincia Galitiæ in Hiſpania citeriori ſub Iuſtiniano Romanorum Imperatore hunc, & alios etiam Priſcilliani errores maledixit. Conc. Bracaren.

TITVLVS IVSTVS.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen tres præcipuè ortas hereſes inueni. Prima docet, quod ſemel per Baptiſmum iuſtificati per Baptiſmum non poßunt amplius peccare.

Auctor fuit Iouinianus, de quo titulo Beatitudo hæreſi ſeptima dictum eſt; vti D. Hieronimus refert lib. 2. aduerſus eundem. D.Hier.

Iouiniano adhæret Pelagius, de quo titulo Adam hæreſi 4. dictum eſt, vti teſtatur D. Auguſtinus lib. de hæreſibus cap. 87. D.Aug.

Quæ hæreſis confutata remanet ex probatis titulo Gratia, hæreſi ſecunda; quare ad eum locum Lector recurrat.

Additur hic, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Mediolani celebrato ſub S. Ambroſio auctoritate, & præcepto Syricij Papæ per tres Legatos Romanæ Eccleſiæ presbyteros eo miſſos anno ſalutis 390. tempore Theodoſij ſenioris Romanorum Imperatoris 150. Epiſcoporum hunc, & alios omnes Iouiniani errores damnauit. Pariter etiam in Concilio Thelenſi in Aphrica, anno ſalutis 392. ſub eodem Pontifice, à quo confirmatur, & ab Eccleſia recipitur. Conc. Mediol. Conc. Thelen.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis iuſtum in omni opere bono peccare.

Auctor eſt Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt. Quæ confutabitur titulo Peccatum.

Hæreſis Tertia.

Docet Iuſtum eſſe certum de ſua iuſtificatione, & fide Catholica eſſe obligatum ad hoc credendum.

A*Vctor eſt Lutherus. Quæ iam ſatis confutata remanet ex dictis titulo Gratia, hæreſi tertia.*

Conc. Tri. ADditur hic, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concil. Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata poſt datam definitionem huius rei in cap. 9. hanc deinde in Can. 13. & 14. ſub anathemate damnat.

TITVLVS LABOR,

Hæreſis Prima.

C*Irca hoc nomen duas ortas hæreſes præcipuè inueni. Prima docet nullum opus manuum eſſe monachis licitum, etiam victus cauſa.*

D. Auguſt. A*Vctores fuerunt Meſſaliani, de quibus titulo Anima hæreſi quinta dictum eſt, vti refert D. Auguſtinus libro de hæreſibus c. 57. Quem errorem ignorantes Vualdenſes poſt multos annos iam* Gui. Car. *fere extinctum ab inferis reuocarunt, vti Guido Carmelita eis in ſumma de hæreſibus refert, de quibus dictum eſt titulo Baptiſmus hæreſi 8.*

COnuincitur autem apertè hic error ex eo, quod D. Paulus Apoſtolus, qui merito inter perfectos connumerari debet proprijs manibus laborauit, licet poſſet ſine labore de Euangelio viuere; voluit tamen 1. Cor. 9. proprijs manibus laborare, ſic enim ait 1. ad Cor. 9. *Neſcitis, quoniam, qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt? & qui altari deſeruiunt, cum altari participant?* ita Dominus ordinauit his, qui Euangelium annunciant de Euangelio viuere. Ego autem nullo horum vſus 2. Theſſ. 3. ſum, & 2. ad Theſſal. 3. ait ocioſos repræhendens, *ipſi ſcitis, quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non in quiete fuimus inter vos, neque gratis manducauimus panem ab aliquo, ſed in labore, & fatigatione nocte, & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus, non quaſi non haberemus* Epheſ. 4. *poteſtatem, ſed vt formam daremus vobis ad imitandum nos*, & ad Eph. 4. *qui furabatur iam amplius non furetur, magis autem laboret operando ma-* Act. 20. *nibus ſuis:* & Act. 20. legitur, nam *ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos.*

Conc. Carthag. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. IV. Carthaginenſi ſub Anaſtaſio Papa, & Arcadio, & Honorio Imperatoribus Romanis 214. Epiſcoporum anno ſalutis 398. celebrato cap. 52. ſuorum decretorum tale decretum ſtatuit. *Clericus ſibi victum, & veſtitum vel artificiolo, vel agricultura abſque officij ſui duntaxat detrimento præparet.* Quare magis eſt credendum Eccleſiæ ſic definienti, quàm Meſſalianis, & Vualdenſibus.

Contra

Digitized by Google

CONtra hanc hæreſim ſcripſit D. Auguſtinus libro de opere Monachorum. Et Caſſianus lib. 10. de inſtitutis cœnobiorum à cap. 7. vſque ad finem libri nil aliud agit, quam oſtendere eſſe neceſſarium Monacho opus manuum. Hoc idem facit D. Baſilius in Regula c. 67. & D. Benedictus cap. 48. & D. Franciſcus cap. 8. valde laudant in Monachis opus manuum.

D. Aug. Caſſian. D. Baſil. D Bened. D. Franc.

Hæreſis Secunda.

HAec hæreſis pugnat ex diametro cum ſuperiori, & docet Monachos debere ſibi victum parare operibus manuum, & non aliter.

Acta Gulielmi de Sancto Amando.

HVius rei magiſter fuit Gulielmus quidam Germanus de Sancto Amando, qui ab adoleſcentia fuit ſemper acerbiſſimus hoſtis Monachorum Mendicantium, & anno ſalutis 1216. ſcripſit librum contra Monachos mendicantes, in quo perſuadere conatus eſt, hominem in ordine mendicantium ſaluari minime poſſe; quem librum deinde anno ſalutis 1259. ab Alexandro IV. Papa ſub anathemate damnatus fuit per bullam, quæ incipit (Romanus Pontifex) nec vnquam iſte iniquus Gulielmus potuit peruenire in manus Eccleſiæ, vel vt emendationem ſuſciperet, & ſpiritus eius ſaluus fieret in die Domini, vel ad metum, & cęterorum exemplum corrigeretur, quare extra Eccleſię gremium dies ſuos expleuit, & Diabolus animam eius ſuſcepit, eamque ad inferos deportauit anno ſalutis 1273. ſub Gregorio X. Papa, & Rodulfo I. Imperatore Romano.

Hanc deinde auxit Ioannes Vuiclephi dicens, non ſolum Monachos mendicantes, verum inſuper & non mendicantes debere ſibi victum parare per laborem manuum, de quo dictum eſt titulo Adoratio, hęreſi 1.

Lutherus denique huic aſſentit, de quo titulo Abſolutio hęreſi 1. dictum eſt, addens tantum prędicatores non arctari ad laborem manuum.

COnuincitur, nam hos omnes tam mendicantes, quàm non mendicantes habent poteſtatem à Domino accipiendi ea, quæ ſunt ad vitam neceſſaria, ab illis quos docent: *dignus enim eſt operarius cibo ſuo*, vti legitur Matth. 10. & Luc. 10. legitur etiam, *dignus eſt operarius mercede ſua*, & hæc Ieſus dixit dum ſeptuaginta diſcipulos *miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem, & locum, quo ipſe erat venturus*, & 1. Cor 9. legitur. *Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? nunquid ſecundum hominem hæc dico? an & lex hæc dixit?* Scriptum enim eſt in lege Moyſi Deuter. 25. *non alligabis os boui trituranti, inſuper qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt? & qui altari deſeruiunt, de altari uiuant*, ita &

Matth. 10. Luc. 10. 1. Cor. 9. Deut. 25.

Digitized by Google

Dominus ordinauit his qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere: ex quibus verbis habemus clarè non ſolum Euangeliſtas, at omnes, quotquot altari deſeruiunt, habere poteſtatem de altari viuere. Quid igitur latrant hi hæretici in Monachos? taceant, ac Chriſti benignitatem in omnibus confirment.

Conc. Cõſtantien. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore anno ſalutis 1415. celebrato mille, & amplius Patrum, ſeſſ.8. damnans errores Vuiclephi: hunc etiam in ordine 24. ſub anathemate damnauit.

TITVLVS LEX.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen tres præcipuè ortas hæreſes inueni. Prima docet legem veterem ſeruandam eſſe cum noua.

D.Aug. *Auctor fuit Cerinthus, de quo titulo Beatitudo hæreſi 2. dictum eſt, ex teſtimonio D. Auguſtini libro de hæreſibus.*

Huic adhæſit etiam Ebion, & Nazaræi Ebionis diſcipuli, quorum hæreſis poſt excidium Hieruſalem orta eſt anno ſalutis 74. ſub Lino Papa, & Martyre, & Veſpaſiano Romanorum Imperatore, de quo Ebione dictum eſt titulo Chriſtus hæreſi prima.

Gal.3. Hebr.7. Conuincitur, nam legitur ad Gal.3.4.& 5. quod *adueniente gratia, per Ieſum Chriſtum tollitur circuncíſio*, & ad Hebr.7. idem docet D. Paulus ibi *translato autem ſacerdotio, neceſſe eſt vt & legis translatio fiat*, audiamus modo Eccleſiæ definitionem in illo celeberrimo Concilio Hieroſolymitano datam de hac re.

Conc. Hieruſal. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Hieruſalem celebrato ſub Petro Apoſtolo tempore Caio Cæſare anno ſalutis 41. cuius Cõcil. acta Lucas deſcripſit, vti ex Actibus Apoſtolorum patet hanc aſſertionem maledixit, nam Eccleſia à Spirituſancto edocta declarauit, ac definiuit legem veterem abijſſe, quis igitur tam temerarius, vt audeat tanto Concilio contradicere.

Hæreſis Secunda.

Hæc hæreſis oppoſita eſt ſuperiori, nam docet legem veterem eſſe malam, quia eſt à malo principio.

Primus Auctor fuit Cerdo, de quo titulo Chriſtus hæreſi ſecunda dictum eſt.

Hunc

Hunc ſequuti ſunt Marcion, & Caiani, de quibus dictum eſt titulo Idolatria, vti Diuus Auguſtinus teſtatur libro ſuo de hæreſibus cap.18. D.Aug.

Hanc denique ampliarunt perfidi Manichæi, ac per vniuerſum orbem diſſeminarunt, de quorum Duce dictum eſt titulo Anima hæreſi 4.

COnuincitur, legitur enim ad Rom.7. *Legem non eſſe peccatum, immo fecit nos venire in cognitionem peccati, nam concupiſcentiam neſciebam, niſi Lex mihi diceret non concupiſces,* vnde legitur ad Gal.3. *Lex pædagogus noſter fuit, & duxit nos ad Legem Chriſti:* ſic etiam ſi Lex bona non fuiſſet eam Chriſtus non ſeruaſſet, eam tamē ſeruauit, legitur enim Matth.26. quod more Hebræorum Paſcha, & Agnum Paſchalem cum diſcipulis manducauit, & Matth.8. Chriſtus præcepit leproſo mundato, vt ſecundum legem Moyſi offerret munus, quod in lege præcipitur, & oſtenderet ſe Sacerdoti iuxta legem, quod ſi Lex vetus mala fuiſſet; hoc illi Saluator non mandaſſet. Rom.7. Gal.3. Matt.26. Matth.8.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio IV. generali Chalcedonenſi anno ſalutis 452. ſub Leone I. Papa, & Martiano Romanorum Imperatore 630. Patrum celebrato omnes Manichæorum errores damnauit, ac eorum libros publicè comburi mandauit. Conc. Calced.

Hæreſis Tertia.

D*Ocet hæc hæreſis omnem hominem in lege ſua poſſe ſaluari, ſiue Iudæus, ſiue Paganus, ſiue Saracenus. Quæ hæreſis recitatur à Turrecremata lib.1. de ſumma Eccleſiæ cap.21. non nominato Auctore.*

COnuincitur, nam legitur 1.Cor.3. *Fundamentum nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, Ieſus Chriſtus,* & ad Hebr.11. clare hæc hæreſis conuincitur per illa verba, ſcilicet, *ſine fide* inquit *impoſſibile eſt placere Deo,* hinc colligitur, quod ſine fide Euangelica ſit impoſſibile placere Deo, nam ibi D. Paulus loquitur de fide Euangelica, inſuper D. Paulus pluribus in locis repræhendit eos, qui cerimonias legis Moſaicæ obſeruant, audiamus modo huius rei eccleſiæ definitionem. 1.Cor.3. Hebr.11.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. Papa, & Othone Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1215. 1300. Patrum talem de hac re dedit definitionem, vna eſt fidelis eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur: Quæ verba habentur in cap. firmiter de ſumma Trinitate, & fide Catholica. Conc.Lat.

TITVLVS LIBERTAS.

Hæreſis Prima.

C*Irca hoc nomen tres ortas hæreſes præcipue inueni. Prima docet nullam ineſſe libertatem humano arbitrio. Et licet huius hæreſis ſint di-*

uerſi Auctores, & diuerſis incedant vijs, tendunt tamen ad eundem finem.

Bardeſanes, de quo titulo Fatum dictum eſt docet hominum conuerſationes, eſſe Fato aſcribendas.

Manichæi verò, de quorum Duce dictum eſt titulo Anima hæreſi quarta, docent peccata procedere à malo principio, nec poſſe impediri à libero arbitrio humano: docebat enim Manichæus in homine eſſe duas mentes, vnam malam, quam concupiſcentiam vocabat; alteram bonam, quam nos animam rationalem vocamus: Peccata, quæ in homine fiunt, à mala anima procedere, & ea non poſſe impediri per liberum arbitrium docebat.

D. Aug. Manichæum imitatus eſt Priſcillianus, qui ferè vniuerſum dogma à Manichæis ſuſcepit, de quo titulo Anima hæreſi 9. dictum eſt, vti D. Auguſtinus refert libro ſuo de hæreſibus.

Petrus Abailardus docuit, omnia ex abſoluta neceſſitate rerum euenire, & Deum, ne dicam hominem, non poſſe res aliter facere, quam facit de quo titulo Beatitudo, hæreſi prima dictum eſt.

Hunc imitatus eſt Ioannes Vuicleph, de quo titulo Adoratio, hæreſi prima dictum eſt.

Denique Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt; cum diſcipulis ſuis, ſcilicet cum Caluino, de quo titulo Gratia hæreſi 3. & Oecolampadio, de quo titulo Adoratio hæreſi 2. dictum eſt; qui hanc diu ſepultam in ſterquilinio exhumauit, docens, hominis arbitrium non eſſe liberum, neque vllam habere actiuitatem in ſuis operationibus.

Gen. 4. Exod. 35. Eccl. 17. Ioan. 1. Philem.

Confutata remanet hæc hæreſis ex dictis titulo Fatum: additur tamen hic, quod legitur Gen. 4. *Sub te erit appetitus tuus, & dominaberis illius:* & Exod. 35. *cuncti filij Iſrael voluntaria Domino dedicauerunt:* & Eccleſ. 17. *à principio Deus conſtituit hominem rectum, & reliquit eum in manu conſilij ſui,* & Ioannis 1. *dedit illis poteſtatem filios Dei fieri,* & ad Philem. 1. legitur *ſine conſilio autem tuo nil volui facere, vt bonum tuum non ex neceſſitate, ſed voluntarium eſſet.*

Conc. Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata tres Can. ſcilicet 4. 5. & 6. edidit, in quibus ſub anathemate damnat hanc hæreſim.

Ioã. Ecch. Contra quam hęreſim ſcripſit Ioannes Ecchius, & Ioannes Roffenſis in eo opere, quod edidit contra Lutherum.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis hominem poſt gratiam deperditam, non poſſe non peccare.

Auctor eſt Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt.

Quæ

Digitized by Google

QVæ ſatis confutata remanet ex dictis in ſuperiori hæreſi; nam ſi homo ex probatis, habet liberum arbitrium, etiam adueniente peccato poteſt, ſi vult illud reijcere.

Additur quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.6. anno ſalutis 1547. celebrata, Can.7. hanc aſſertionẽ ſub anathemate damnat. Conc Tri.

COntra hanc pariter ſcripſerunt Ioannes Ecchius, & Ioannes Roffenſis Epiſcopus. Ioã. Ecch. Ioan. Roſ.

Hæreſis Tertia.

Docet hæc hæreſis poſt gratiam Baptiſmi acceptam liberum hominis arbitrium non poſſe amplius peccare.

AVctor eſt Iouinianus, de quo titulo Beatitudo hæreſi 7. dictum eſt, vti teſtatur D. Hieronymus lib.2. aduerſus eundem. D.Hier.

Iouiniano adhæret iniquus Pelagius, vti refert D. Auguſtinus libro de hæreſibus cap.87. de quo dictum eſt titulo Adam, hæreſi 4. D.Aug.

Hanc hæreſim confutauimus titulo Gratia, hæreſi ſecunda, quo recurrat Lector.

ADditur tamen hic, quod Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Mediolani celebrato ſub S. Ambroſio auctoritate Syricij Papæ ſub Theodoſio ſeniore, anno ſalutis 390. 150. Epiſcoporum, hanc cum Iouiniano maledixit.

TITVLVS LINGVA.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis ante ædificationem Turris Babel fuiſſe diuerſas linguas.

AVctor fuit Philaſter, de quo dictum eſt titulo Adam hereſi 2. vti docet D. Auguſtinus libro de mirabilibus ſacræ Scripturæ cap.9. Philaſter. D.Aug.

COnuincitur, nam legitur Gen.11. terram fuiſſe vnius labij, at poſt ædificationem Babel confuſum fuiſſe labium in pœnam peccati ſuperbiæ, & licet Gen.10. legatur, quod *diuiſa ſint linguæ ſecundum familias*, hoc dicitur per anticipationem narrationis geneologiæ humanæ: quare miror Philaſtrium hominem ſanctum, pium, & doctum, in ſimi- Gen.11. Gen.10.

lis

D.Aug. les errores cadere. Qui Philaſter; vti refert D.Auguſtinus lib.14. de ciuitate Dei cap. 13. & etiam in prohæmio ſui libri de hæreſi fuit nimis facilis notare alios de hæreſi, & multas aſſertiones connumerauit inter hæreſes, quæ minime hæreſes cenſeri debent: debemus enim in re tam ſeria, vti eſt hæreſis, matura vti conſideratione in pronunciando.

TITVLVS MALVM.

IVxta præcepta Peripatetica ad tollendas omnes æquiuocationes, omne multiplex prius eſt diſtinguendum, deinde de quolibet ſeparatim loquendum. Cum igitur vox malum ſit multiplex, primo illam diuidere debemus, nam vel eſt malum per ſe, & natura ſua, vel per accidens & accidentale malum. Quod autem nulla creatura, ex ſe ſit mala, contra Manichæum titulo Creatura hæreſi ſecunda probauimus. Malum vero accidentale duplex eſt, vel malum culpæ, vel malum pœnæ, quod etiam dicitur pœna damni; his itaque de malo poſitis diſtinctionibus de malo, dicimus, quod quattuor extant præcipue hæreſes de malo.

Hæreſis Prima.

Prima docet malum eſſe à Deo, & Deum facere malum.

Auctor fuit Florinus, de quo titulo Coitus hæreſi 1. dictum eſt.

Acta Blaſti.

Euſeb. *HVic adhæret Blaſtus quidam, vti Euſebius refert lib. 5. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.2. Hic Blaſtus fuit Romæ natus, & educatus, ac presbyter conſecratus; tamen anno ſalutis 180. ſub Eleuterio Papa, & Martyre, & Marco Aurelio Romanorum Imperatore detectus eſt hereſiarca, & inter alias impietates, quas perpetrabat, tempore Paſchatis iudaizabat, quare à Summo Pontifice deponitur, vti teſtatur Beatus Ireneus in libro de ſchiſmate ad Florinum, & Blaſtum: fuit enim Blaſtus coetaneus Florini, & ei in omnibus ſimilis, qui ferè in omnibus dogmata Valentini ſequuti ſunt. Hic Blaſtus compluribus ſeductis, & in ſuam ſententiam diabolica arte adductis pertinax anno ſalutis 198. ſub Victore I. Papa, & Martyre, à quo maledictus fuit, & Seuero Romanorum Imperatore moritur, & in Inferno ſepelitur.*

Ireneus.

Quam hereſim deinde renouarunt Galatę, de quibus dictum eſt titulo Anima hereſi 5. addentes, malum quandoque à Deo; quandoque à materia prouenire.

Conuin-

COn uincitur, nam legitur Matth. 17. *Non poteſt arbor bona malos fructus facere*, aut ergo Deus bonus non eſt, quod non eſt dicendum, immo eſt bonitas ipſa, vti probatum eſt titulo Deus, hęreſi 3. inſuper ſi Deus eſt cauſa malorum, aut malorum per ſe, quod falſum eſt, vti probauimus titulo Creatura, hæreſi 2. aut malorum, quæ vitia dicuntur, & per conſequens noſtræ perditionis, quod falſiſſimum oſtendit Oſe. 13. vbi ait, *perditio tua ex te Iſrael, tantummodo in me auxilium tuũ,* inſtant tamen inimici dicentes legitur Rom. 9. *Deum feciſſe vaſa in contumeliam*, ad hoc dicitur, quod ſæpenumero in ſacris litteris permiſſio Dei, quandoque dicitur actio, vti illa Exod. 4. quando cor Pharaonis induratum eſt, quare Deus facit omnia bona, quo ad ſubſtantiam, malitia verò hominis in cauſa eſt, vt Deus videns homines obſtinatos in peccatis permittat, vt labamur in ignominiam: expectat enim nos ſumma cum patientia ad pœnitentiam: *Deus* enim *patiens, & miſericors eſt*, & quantum in ſe eſt *vult omnes homines ſaluos fieri*. Matth. 17. Oſ. 13. Rom. 9. Exod. 4.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concil. IV. generali Chalcedonenſi anno ſalutis 452. celebrato ſub Leone I. Papa, & Martiano Romanorum Imperatore 630. Patrum docet Deum omnia bona creare quo ad ſuam naturam. Conc. Calced.

Hæreſis Secunda.

D*Ocet hęc hęreſis aliquas creaturas ex ſe eſſe malas, & eſſe non à Deo, ſed à malo principio.*

A*Vctor fuit Cerdo, de quo titulo Chriſtus, hęreſi ſecunda dictum eſt; nam vti refert D. Auguſtinus libro de hęreſibus cap. 21. Cerdo poſuit duo rerum principia, vnum bonum, à quo omnia bona procedunt, alterum malum, à quo omnia mala veniunt.* D. Aug.

Hanc etiam tutati ſunt iniqui Manichęi, de quorum magiſtro dictum eſt titulo Anima hęreſi 4. vti refert D. Auguſtinus libro de hęreſibus cap. 6. Manichęus autem ponit duo principia, vnum bonum, à quo omnia bona producuntur, vt inuiſibilia, & incorporea, vti ſunt cœleſtes ſubſtantię, & animę rationales, alterum verò malum, à quo omnia mala producuntur, vti ſunt corporea, & viſibilia ſenſibus noſtris ſubiecta. D. Aug.

Hanc hęreſim expugnauimus titulo Creatura, hęreſi 2. & titulo Chriſtus, hęreſi 1. quo Lectorem remittimus.

ADditur hic quod Eccleſia Vniuerſalis in Conc. IV. generali Chalcedonenſi 630. Patrum, anno ſalutis 452. celebrato ſub Leone I. Papa, & Martiano Romanorum Imperatore, hunc errorem cum cæteris Manichæorum erroribus maledixit, eorumque libros comburi mandauit. Conc. Calced.

Digitized by Google

Hæreſis Tertia.

Negat hęc hęreſis, Deum facere aliquod malum, qualecunque illud ſit.

Acta Coluthi.

AVctor fuit Coluthus quidam Aegyptius in Alexandria ortus: Qui ab adoleſcentia totus erat deuotus, & litteris deditus; in quibus tantum profecit, vt habita bonę vitę, ac doctrinę ratione ab Epiſcopo Alexandrino conſecratus Sacerdos, anno ſalutis 315. prępoſitus, ac parochus deputatus ſit cuiuſdam Eccleſię Alexandrinę, qua de cauſa in tantam ſuperbiam deuenit, vt voluerit honorari, & haberi vt Epiſcopus: immo cœpit munus Epiſcopale exercere; nam Diaconos, ac pręsbyteros ordinabat, quare detegitur hęreſiarca, & repręhenſus à viris ſanctis, & pijs, immo ab ipſo Epiſcopo, contempſit, & peiora prioribus edidit, vti refert Philaſter libro de hæreſibus cap.8. & D. Auguſtinus libro de hæreſibus cap.65. multos enim ſeducebat, cuius ſequaces dicti ſunt Coluthiani; qui ita erant coniuncti cum Arrianis contra Catholicos, vt per hoc multa mala Catholicis inferrent. Quare anno ſalutis 319. de mandato Summi Pontificis Romani Sylueſtri à legato illuc miſſo hac de cauſa fuit damnatus, & tanquam pertinax maledictus, ac depoſitus. Coluthus itaque poſt aliquot menſes affectus odio in Eccleſiam Romanam, procurauit congregari Tyri in Phœnicia concionabulum contra eandemmet Eccleſiam Romanam, quod celebratum fuit à Melitianis, & Coluthianis anno ſalutis 335. ſub Sylueſtro Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore, in quo conuentu malignantium multa determinata ſunt contra Eccleſiam Catholicam, & Catholicos Antiſtites: at vix expleto concionabulo animam Coluthus Diabolo tradidit.

Philaſt. D. Aug.

Aduertat prudens Lector, quod hæc aſſertio de hæreſi notatur; quia afflictiones, & anguſtiæ, vocantur mala in Sacra pagina, non quia ſint ex ſe talia; at quia ſunt tolerantibus nociua, quia verò Coluthus generaliter loquebatur; ideo, vt hæreticus damnatur.

Eſai.45. Hier.11.

COnuincitur, nam legitur Eſa.45. *Ego Dominus faciens pacem, & creans malum*, ideſt tolerantibus nociuum, & Hier.11. *Ecce ego inducam ſuper vos mala*, ideſt afflictiones, quare cum homines, nolunt accedere ad emendationem, illis Deus permittit venire mala, ideſt afflictiones.

Cōc. Nic.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio I. generali Nicæno 318. Patrum anno ſalutis 325. celebrato ſub Sylueſtro Papa, & magno Conſtantino Romanorum Imperatore Coluthum, ac eius hæreſes damnauit.

Hæreſis

Hæreſis Quarta.

Docet hæc hæreſis malos Reges, ac Prophetas procedere à Dei iuſſione.

Auctor ignoratur, nec à Philaſtro, qui hanc hereſim recenſet nominatur. Philaſter.

COnuincitur, nam de Pſeudoprophetis legitur Hier. 27. *Nolite audire veſtros Prophetas, & diuinos ſomniatores, qui dicunt vobis non ſeruietis Regi Babylonis, quia vobis mendacium prophetant*, & de Regibus legitur Oſe. 8. *ipſi regnauerunt, at non ex me, principes extiterunt, & non cognoui*, & licet aliquando tyranni regnent ſuper nos; Deus hoc permittit, ob noſtra peccata, & ſecundum hunc ſenſum non eſt hæreſis dicere Deum permittere Reges malos, vti legitur Iob 34. *Deus regnare facit hypocritam ob peccata populi*, & ad hunc ſenſum legitur 2. Theſſ. 2. *eo quod charitatem non receperunt, vt ſalui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris.* Hier. 27. Oſ. 8. Iob 34. 2. Theſſ. 2.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. I. generali Nicæno 318. Patrum anno ſalutis 325. celebrato ſub Sylueſtro I. Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore hanc aſſertionem; tanquam à vero alienam damnauit. Conc. Nic.

TITVLVS MARIA VIRGO.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen duas ortas hereſes precipuè inueni. Prima docet Beatam Virginem Mariam, poſt Chriſti natiuitatem fuiſſe carnaliter cognitam à Ioſeph.

Acta Eluidij.

AVctor fuit Eluidius capadox, ac Auxentij ſenioris Arriani diſcipulus, qui vna cum Auxentio venit Mediolanum ſub Conſtantio Arrianorum defenſore, qui Auxentius poſitus fuit Mediolani Pſeudoepiſcopus ab ipſo Conſtantio, in locum D. Dionyſij orthodoxi in exilium expulſi anno ſalutis 355. ſub Liberio Papa; ibique ſub Catholico nomine ab Auxentio maligno protectus manebat Eluidius impius diabolica dogmata diſſeminans, ſimplices ſeducens, ac in ſuam partem traducens; tandem anno ſalutis 368. Eluidius præbens in omnibus ſuis impietatibus auxilium Auxentio (inſultabant enim Epiſcopos Catholicos) percutitur à Deo, & miſere moritur, cuius corpus, à Catholicis Mediolani repertum in ſterquilinio ſepelitur.

Digitized by Google

D. Aug. *Huic adhæret infamis Iouinianus; vti D. Auguſtinus teſtatur libro de hęreſibus, de quo titulo Beatitudo hęreſi ſeptima dictum eſt: Hanc inſaniam ideo protulerunt moti verbis* Matth. 1. *Matth.* 1. *male intellectis:* antequam *ſcilicet* conuenirent inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto, *deinde eam non cognouit, donec peperit filium ſuum primogenitum.*

COnuincitur itaque hæreſis, & licet deſit locus Sacræ ſcripturæ pro probatione Virginitatis Beatæ ſemper Virginis Mariæ, non deſunt tamen teſtimonia æque efficacia; nam Eccleſiæ auctoritas eſt tanti valoris, quanti eſt Sacra pagina; quæ Eccleſia, & ipſa eſt condita, & gubernata à Spiritu ſancto, & confitetur virginitatem Beatæ Mariæ Virginis: deinde Chriſtus moriens virginem virgini commendauit, & ſi alios filios habuiſſet Beata Virgo Maria, vti illi canes latrant; vtique (*vti erat rectum*) vni ex illis, non autem Ioanni conſobrino, commendaſſet: & Matth. 1. quando legitur Matth. 1. *Et non cognouit eam donec &c.* dicitur, quod iſta aduerbia donec, vſque &c. ſignificant quidem continuationem actus nulla habita conſideratione ad futura, ſiue actus ſuccedat, ſiue Gen. 8. non; vti legitur Gen. 8. de Coruo emiſſo foras de arca à Noe, *Et non reuertebatur donec aquæ exſiccarentur*, & tamen exſiccatis aquis, non eſt amplius reuerſus: ſimiliter eſt mos in Sacris paginis vocare fratres illos, qui aliqua conſanguinitate ſunt coniuncti: vti patet de Iacobo Saluatoris noſtri conſobrino ex parte matris, qui vocatur frater Domini, & Gen. 13. Gen. 13. Loth nepos Abrahæ dicitur frater Abrahæ. Eſt etiam mos apud Hębreos primos filios vocare primogenitos, ſiue deinde alios habuerint, ſiue non.

Conc. Mediol. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Mediolani ſub S. Ambroſio anno ſalutis 390. celebrato per tres legatos presbyteros Romanæ Eccleſiæ, ibi hac de cauſa miſſos à Syricio Papa, cui interfuerunt 150. Epiſcopi, tempore Theodoſij ſenioris Romanorum Imperatoris, hunc, & alios etiam iniqui Iouiniani errores damnarunt.

D. Hier. Hugo de S. Vict. COntra Eluidium ſingulariter ſcripſit D. Hieronymus, & Hugo de Sancto Victore, edidit libellum de perpetua Virginitate Beatæ Mariæ Virginis.

Hæreſis Secunda.

D*Ocet hæc hæreſis Beatam Virginem Mariam non eſſe Dei matrem, bene alicuius hominis iuſti.*

QVæ ſatis confutata remanet ex dictis titulo Chriſtus, hæreſi tertia ad quem locum recurrat Lector.

Concil. Epheſ. Additur, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concil. III. generali Epheſino 200. Patrum ſub Cœleſtino I. Papa, & Theodoſio iuniore Romanorum Imperatore anno ſalutis 431. celebrato hanc cum Auctore damnauit.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS MARTYRIVM.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen tres præcipuè ortas hæreſes inueni. Prima docet, licere tempore perſequutionis negare Chriſtum.

AVctor fuit Baſilides, de quo titulo Chriſtus hæreſi 1. dictum eſt; vti refert Philaſter libro ſuo de hæreſibus. Philaſter.

Elceſei verò, ſiue vti alij legunt Elceſaitę, de quorum Duce dictum eſt titulo Chriſtus hæreſi prima; fuerunt enim diſcipuli, & ſequaces Ebionis, abſolutè affirmant licere tempore perſequutionis negare Chriſtum ore, & ſufficere corde Chriſti fidem tenere, vti refert Euſebius libro ſuo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ 6. cap. 28. Euſeb.

COnuincitur, nam legitur Sap. 1. *os, quod mentitur, animam occidit,* Sap. 1. & Matth. 10. *omnis, qui confitetur me coram hominibus, confitebor* Matth. 10. *& ego eum coram Patre meo,* & Rom. 10. *ore confeſſio fit ad ſalutem,* vltimo Saluator loquens diſcipulis; vti legitur Act. 1. dicit *eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & vſque ad vltimum terræ:* ſi diſcipuli Chriſti ore Chriſtum negaſſent; licet eum corde eſſent confeſſi, vtique fuiſſent teſtes mendaces, & iniqui. Qui falſi teſtes peribunt, vti Sapiens docet Prou. 21. nullo ergo modo licet ore negare Chriſtum; ſed pro eius amore debemus omnem mortem tollerare, vt ſimus boni Martyres; id eſt boni teſtes: nam Martyr Græce, Latine ſonat teſtis. Rom. 10. Act. 1. Prou. 21.

Quæ hæreſis à Concilio I. generali Niceno anno ſalutis 325. celebrato ſub Sylueſtro Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore 318. Patrum maledicta fuit. Cōc. Nic.

Hæreſis Secunda.

DOcet hæc hæreſis, quod ſe interimentes aliquod ob peccatum per ſeipſos perpetratum, ſunt verè Martyres.

AVctores ſunt Donatiſtæ, de quorum Duce dictum eſt titulo Baptiſmus hæreſi ſexta.

QVæ hęreſis confutata remanet exemplo Iudę Matth. 27. nam poſtquam Chriſtum tradidit ſe ipſum ſuſpendit, & medius crepuit, Matth. 27. ideque damnatus eſt, vti legitur Act. 1. nam Petrus Spiritu ſancto plenus alium Apoſtolum in locum Iudæ, qui præuaricauit, ſubrogandum propoſuit vnde ſors cecidit ſuper Matthiam. Act. 1.

Digitized by Google

Conc.Ro. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Romæ celebrato anno ſaluti 313. ſub Melchiade Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore 257. Patrum Donatum, ac ſequaces omnes damnauit, & cum erroribus ſuis maledixit.

Hæreſis Tertia.

Docet hæc hæreſis, quod interimentes ſe, vel per ſe, vel per alios eſſe verè Martyres.

Acta Circuncellionum.

D.Auguſt. *Auctores ſunt Circuncelliones, progenies peſſima Donatiſtarum, genus hominum agreſte, & famoſiſſimæ audaciæ, vti refert D. Auguſtinus libro de hæreſibus cap.69. qui à Philaſtrio vocantur circuitores, & non ſolum in alios immania facinora perpetrabant, verum etiam, nec ſibi ipſis eadem feritate, et inſania parcebant, multos iſti ſeducebant, vt audaciter in furorem per uarias mortes, maxime præcipitiorum, aquarum, ignium, ſe interimerent dicentes, ita effici Chriſti Martyres, qui per diuerſas prouincias circuibant iſta facinora perpetrando; ideo dicuntur Circuncelliones, & floruerunt præcipue anno ſalutis 321. ſub Syluestro Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore. Horum autem ſuperiores, ſiue præfecti à Donato huius ſectæ inſtitutore vocabantur ſanctorum Duces, nam hi Circuitores viuebant in maligna quadam congregatione; errabant enim per villas, & ciuitates, & multa ſcelera ſub ſpecie iuſtitiæ in Catholicos perpetrabant: tandem Chriſtianiſſimus Conſtantinus Imperator edidit contra hos, & alios Donatiſtas ſeueriſſima edicta; quæ in cauſa fuerunt vt infiniti necati, & conſumpti ſint, qui aliquando in tantam, ac talem venerunt temeritatem, vt auſi ſint armata manu, & vi, reſiſtere legatis Conſtantis Imperatoris, anno ſalutis 348. ſub Iulio I. Papa, nec ita reſiſtere potuerunt, quin multitudo eorum infinita gladio conſumpta non ſit; anno vero ſalutis 411. ſub Innocentio I. Papa, & Honorio, & Theodoſio Imperatoribus Romanis præſtante Deo, ſumma cum omnium lætitia infiniti eorum conuertuntur, & Eccleſiæ Catholicæ Romanæ incorporantur; vnde ſecta Circuncellionum fere extincta remanſit.*

Exod. 20. Matth. 5. Act. 16. Conuincitur igitur hæreſis; nam legitur Exod. 20. & Matth. 5. *non occides*, nam tunc omnis occiſio prohibetur ibi preter factam à Iudice competente, & legitur Act. 16. cum Paulus, & Sylas eſſent in carcere, & cuſtos ianuam carceris apertam vidiſſet, exiſtimans Paulum, & Sylam fugiſſe volebat ſe gladio interficere, at Paulus exclamans dixit; *nil ſibi mali feceris, vniuerſi enim ſumus hic:* quod ſi occidens ſe ipſum eſſet Martyr, nunquam Diuus Paulus cuſtodis occiſionem impediſſet,

valeant

Digitized by Google

valeant itaque Circuncelliones, & in præcipitio Inferni cum Diabolo maneant.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. I. Carthaginenſi, quod fuit totius Aphricæ generale, nam ibi totius Aphricæ Epiſcopi conuenerunt, cui præfuit Gratus Carthaginenſis Epiſcopus, ac Primus Aphricæ. anno ſalutis 348. ſub Iulio I. Papa, & Conſtantio, & Conſtante Imperatoribus Romanis, hanc Circuncellionum ſectam maledixit, ac Deo gratias egit pro victoria contra eoſdemmet circuitores à Catholicis habita. Conc. Carthag.

TITVLVS MATRIMONIVM.

Hæreſis Vna.

Circa hoc nomen multas ortas hæreſes inueni, quas infra titulo Nuptiæ expugnabo.

TITVLVS MELCHISEDECH.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis Melchiſedech fuiſſe Christum.

Acta Hieracis.

Auctor fuit Hierax ortus in Leonto ciuitate Aegypti; vti tradit Epiphanius hæreſi 67. Hic fuit vir eruditiſſimus, & omnium græcarum diſciplinarum peritiſſimus, nec non Aſtronomiæ, & Magiæ deditus, qui Eccleſiæ traditiones, ac definitiones propria vanitate contemnens in multas hęreſes precipitauit, & precipuè dogmata Nicolai Diaconi amplexatus eſt; quare eius ſequaces deinde dicti ſunt Hieracitę, ac ab opere Melchiſedechiani, quare multos pios homines ita ſeduxit, vt Eccleſiam Catholicam Romanam reliquerint, & ad eum acceſſerint; floruit autem hic perfidus anno ſalutis 278. ſub Caio Papa, & Diocletiano, & Maximiliano Imperatoribus Romanis, ac ſub eorundem imperio animam Diabolo tradidit. Epiph.

Conuincitur primo ex cap. 14. Gen. vbi Melchiſedech benedixit Abrahæ, & ibi dicitur, quod erat Rex Salem, quæ erat ciuitas Canaam prope Sichem. Si ergo fuit Melchiſedech Rex terrenus, & ſolum vnius ciuitatis; non ergo fuit Rex diuinus, & Deus, qui dominatur, à Mari vſque ad Mare: & ad Heb. 11. legitur, quod Melchiſedech erat Gen. 14. Hebr. 11.

Sacerdos.

Digitized by Google

Sacerdos Dei,& ſi Sacerdos,& miniſter Dei, quomodo Deus? Quid ad hæc dicent aduerſarij? Et quando legitur, quod Melchiſedech nec principium, nec finem habuit, hoc ideo eſt; quia ex Sacra pagina hoc non colligitur.

Cõc. Nic. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Symbolo edito in I. generali Conc. Niceno 318. Patrum anno ſalutis 325. celebrato ſub Syluestro I. Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore confitetur Chriſtum eſſe Deum: Quod etiam confitetur in Symbolo II. Concilij generalis Conſtantinopoli celebrati anno ſalutis 381. ſub Damaſo Papa,& Theodoſio ſeniore Romanorum Imperatore. Conc. Cõſtantinop.

D.Hier. Contra hanc hæreſim ſcripſit D. Hieronymus in Epiſtola ad Euagrium presbyterum.

TITVLVS MENDACIVM.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis licitum eſſe mentiri pro ſaluanda vita, aut pro aliquo magno beneficio alicui impendendo, etiam cauſa humilitatis.

Acta Ioannis Caſſiani.

Caſſian. *Auctor fuit Ioannes Caſſianus Conſtantinopolitanus, aliquando ſub nomine Abbatis Ioſeph. vocatus, cognomento Caſſianus, nam hæc hæreſis ex collatione 17. à cap. 15. vſque ad cap. 25. qui ob vitæ exemplaris, & magnæ doctrinæ merita à Diuo Ioanne Chryſoſtomo Epiſcopo Conſtantinopolitano anno ſalutis 404. ſub Innocentio I. Papa, & Honorio, & Theodoſio Imperatoribus Romanis, electus fuit Diaconus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, at non multo poſt in multos errores cecidit, à quibus, vt abſtineretur ſæpe à viris ſanctis admonitus eſt, ac ab ipſo Diuo Chryſoſtomo quoque, ſed per hæc nec adhuc obſtinatus emendari voluit, quare à Diuo Chryſoſtomo ab Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ regimine longe eijcitur, anno ſalutis 430. ſub Cæleſtino I. Papa, & Theodoſio, & Valentiniano Imperatoribus Romanis.* Idem. *Idem Ioannes Caſſianus venit in Aegyptum, vbi profeſſus vitam monaſticam, factus eſt Archimandrita multorum monachorum, qui Pelagiana hæreſi erant infecti; vnde & ipſe in errores Pelagij cecidit: attamen quadam die, Deo inſpirante, pænitentiam ſuſcepit de erroribus, & inde diſceſſit, venitque in Gallias, in ciuitatem Marſiliæ ad litus maris poſitæ, vbi ſe totaliter cum Eccleſia Romana reconciliauit, ſic ſcripſit contra Pelagianos, quare ordinatus fuit presbyter Ec-*

cleſiæ

Digitized by Google

cleſiæ Marſiliæ, & monitu Leonis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus ſcripſit de incarnatione Verbi aduerſus Neſtorium, nec multo poſt quieuit iam ſenex in Domino, vti tenetur, ex finalibus operibus pœnitens de ſuis erroribus. Caſſian.

COnuincitur, nam legitur Pſal. 5. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium*: & Sap. 1. *os, quod mentitur occidit animam*: & notatur hic, quod aliud eſt mentiri, & falſum dicere, aliud eſt verum cælare, vti patet de exemplo Abrahæ dicentis Saram eſſe ſororem ſuam, vxorem autem ſuam eſſe tacendo non negauit, primum eſt illicitum, & cum peccato, ſecundum eſt licitum, & ſine peccato, ſic Caſſianus ex ignorantia huius diſtinctionis cecidit in hunc errorem, & ſic ex fragilitate; non tamen fuit pertinax, ſed ſe aliquando correctioni Eccleſiæ ſubmiſit, ac ſcriptis, & ore reſipiuit. Quod reliquum eſt audiamus de hac aſſertione definitionem Eccleſiæ. Pſal. 5. Sap. 1.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. IV. generali Chalcedonenſi ſub Leone I. Papa, & Martiano Romanorum Imperatore anno ſalutis 452. celebrato 630. Patrum definiuit non licere mentiri. Cōc. Chalced.

TITVLVS MENDICITAS.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis mendicitatem eſſe ex lege illicitam.

AVctor fuit Ioannes Vuicleph, qui vnà cum ſuis diſcipulis ita mendicitatem cum monachis mendicantibus execratur, vt auſus ſit dicere inſtitutores, ſi in finem vitæ nō pœnituerint damnatos eſſe.

Lutherus denique hanc renouauit docens mendicitatem eſſe lege prohibitam.

COnfutata autem remanet hæc hæreſis titulo Labor, quo recurrat Lector.

Additur tamen quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Viennenſi ſub Clemente V. & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1311. celebrato 800. & amplius Patrum dedit modum viuendi fratrum minorum ſecundum mendicitatem, docens non ſolum eſſe licitam verum etiam meritoriam. Conc. Viennen.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS MERITVM.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen duas præcipue ortas hæreſes inueni. Prima docet nullum eſſe hominis meritum ad gloriam aſſequendam.

Auctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt.

Eccl. 16. Conuincitur itaque hæreſis, & breuiter, nam legitur Eccleſ. 16. *omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operum* Matth. 20. *ſuorum*, & Matth. 20. habetur parabola de Patrefamilias mittente operarios in vineam ſuam, & finito opere Dominus præcepit procuratori, 1. Cor. 3. vt redderet illis mercedem pro labore &c. & legitur clarius 1. Corin. 3. *vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem*, ob quid igitur latrat perfidus Lutherus abhorrens meriti nomen? valeat, & deſcendat in Infernum.

Conc. Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata poſt datam definitionem de tali re in cap. 16. hanc deinde aſſertionem Can. 32. ſub anathemate damnat.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis hominem ſua virtute ſine gratia Dei vitam æternam promereri.

Auctor fuit Pelagius, de quo titulo Adam hæreſi 4. dictum eſt. Hanc expugnauimus titulo Gratia hæreſi tertia, ad quem locum recurrat Lector.

Conc. Tri. Additur hic quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata, poſt datam de tali re in cap. 9. definitionem, hanc deinde ſub anathemate Can. 1. damnat.

TITVLVS MIRACVLVM.

Hæreſis Prima.

Docet hæc hæreſis nulla vere miracula in Eccleſia fieri.

Auctores

AVctores fuerunt Vualdenſes, de quibus titulo Baptiſmus hæreſi 8. dictum eſt: & quia hi fuerunt homines idiotæ, & ignorantes; ideo antequam loca Sacræ paginæ producam definiam miraculum. Eſt igitur miraculum res inſolita, & ſupra naturæ potentiam operata, ex qua definitione duo habentur; primum, quod miraculum ſit res inſolita; ſecundum quod miraculum ſit quid ſupra naturæ vires: quare animæ creatio non poteſt dici miraculum, quia non eſt res inſolita, bene eſt ſupra vires naturæ, quia quotidie Deus creat animas.

HIs igitur ſuppoſitis conuincitur hæreſis, nam legitur Pſal. 77. *Fecit mirabilia in terra Aegypti, & in campo Thaneos*, & Num. 26. *factum eſt grande miraculum in Chore pereunte, & filij eius non perierunt*; denique in nouo teſtamento infinita habentur miracula cœcos viſui reſtitutos, claudos ambulantes, mortuos ſuſcitatos, &c. vti legitur Marc. vlt. & Ioan. 14. ac alibi. Pſal. 77. Num. 26. Marc. vlt. Ioan. 14.

Poſtremo Eccleſia Vniuerſalis in I. Concilio generali Niceno ſub Syluestro Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore anno ſalutis 325. celebrato 318. Patrum, miracula ſanctorum approbat, præcipuè cum mentionem facit alicuius Paphnutij Epiſcopi in Aegypto, qui Conc. I. generali adfuit, in quo tanta inerat gratia, vt ſigna per eum non minus, quam olim per Apoſtolos fierent; vti etiam de eo refert Euſebius lib. 10. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 4. & 5. Cõc. Nic. Euſeb.

TITVLVS MISSA.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen tres præcipuè ortas hæreſes inueni. Prima docet Miſſam non eſſe fundatam in Euangelio, nec eſſe à Chriſto inſtitutam, ſed eſſe merum inuentum humanum.

AVctor eſt Ioannes Vuicleph, de quo titulo Adoratio hæreſi prima dictum eſt.

COnuincitur, nam quo ad eſſentialia legitur Matth. 26. Mar. 14. & Luc. 22. quod Chriſtus Miſſam inſtituit, Eccleſia deinde ſucceſſu temporis edocta à Spiritu ſancto fecit cærimoniale: v.g. hymnus Angelorum fuit ordinatus à Theleſphoro Papa; Introitus à D. Gregorio I. huius nominis Papa, & ſic de ſingulis. Quod autem verè panis in corpus, & vinum in ſanguinẽ verè tranſubſtantietur in corpus, & ſanguinem Ieſu Chriſti, iam titulo Euchariſtia ſatis clare probauimus contra impium Berengarium. Matth. 27. Marc. 14. Luc. 22.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi ſub Ioanne Conc. Cõſtantien.

Digitized by Google

XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore mille; & amplius Patrum ſeſſ.8. damnans Vuiclephi errores, hunc etiam in ordine quintum anathematizat.

Tho. Vual. Contra hanc aſſertionem ſcripſit doctiſſime Thomas Vualdenſis libro de ſacramentalibus titulo 4.

Hæreſis Secunda.

Negat hæc hæreſis Miſſam eſſe ſacrificium.

Auctor eſt Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt.

Conuincitur, & primo peto à Luthero, an ſit aliquod peculiare ſacrificium ſtatutum in lege noua, non eſt dicendum quod non, quia tunc oportebit etiam dicere nullum eſſe peculiare Sacerdotium, & ſic nulla erit Lex Euangelica, nam eſt tanta legis, & Sacerdotij connexio, vt alterum ab altero diuelli non poſſit D. enim Paulus Heb.7. ex translatione Sacerdotij colligit tranſlationem legis: ſic eodem modo ex Sacerdotij, & ſacrificij ablatione legis etiam ablationem inferre licebit; ſi igitur in lege veteri erat aliquod ſacrificium, quæ Lex erat vmbra nouæ, & Euangelicæ legis, multo magis erit verum ſacrificium in noua, & tale ſacrificium non niſi Miſſa eſt, in qua verum Chriſti corpus, & verus eius ſanguis offertur; omnes etenim conditiones requiſitas habemus in hoc ſacrificio Miſſę, nam cum quattuor eſſe deberet, vti D. Auguſtinus lib. 4. de Trinitate cap. 14. docet, ſcilicet vt adſit cui offertur, à quo offeratur, quid offeratur, & pro quibus offeratur, omnes hæ conditiones adſunt in Miſſæ ſacrificio; nam Deo à Sacerdote legitimè ab Epiſcopo ordinato offertur; verum Chriſti corpus, & verus Chriſti ſanguis offertur, & denique pro peccatis populorum offertur, multæ etiam ſunt in veteri teſtamento huius ſacrificij figuræ, vt ſacrificium Melchiſedech Gen. 14. Agnus Paſchalis Exod. 12. & cætera ſimilia. Poſtremo clare ex nouo teſtamento habemus Miſſam eſſe ſacrificium, nam legitur Luc. 22. Quod Chriſtus *accepto pane gratias egit fregit, & dedit eis dicens. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem.* Quid amplius deſiderant ingrati Lutherani valeant cum Diabolo, & in ſterquilinio ſepeliantur.

[Margin: Hebr. 7. — D. Aug. — Gen. 14. — Exod. 12. — Luc. 22.]

Denique hæc noſtra Catholica ſententia probatur multorum Conciliorum auctoritate, nam Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Epheſino generali III. anno ſalutis 431. celebrato ſub Cœleſtino I. Papa, & Theodoſio iuniore Romanorum Imperatore 200. Patrum; ſcripſit Epiſtolam Neſtorio, in qua ei annunciat ſecundum carnem mortem vnigeniti filij Dei incruentam, ex quibus verbis habetur Miſſam eſſe ſacrificium. Et pariter in Concilio Toletano I. anno ſalutis 400. celebrato ſub Anaſtaſio Papa, & Arcadio, & Honorio Imperatoribus Romanis 19. Epiſcoporum, c. 5. ſuorum decretorum Miſſam vocat ſacrificium, quod Conc. licet

[Margin: Concil. Epheſ. — Cóc. Tol.]

licet prouinciale tamen receptus fuit ab Eccleſia in III. generali Synodo Epheſina. Et in Conc. Toletano XII. in quo præſidebat Iulianus Epiſcopus Hiſpalenſis anno ſalutis 681. celebrato auctoritate Agathonis Papæ, & ſub Conſtantino IV. Romanorum Imperatore 36. Epiſcoporum 7. Abbatum, ac aliorum Vicariorum abſentium cap. 5. ſuorum decretorum pariter vocat Miſſam ſacrificium; denique pariter in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. Papa, & Othone IV. Romanorum Imperatore anno ſalutis 1215. celebrato 1300. Patrum, definiuit, quod vna eſt Vniuerſalis Eccleſia extra quam nullus ſaluari poteſt, in qua idem ipſe Sacerdos eſt ſacrificium Ieſus Chriſtus. Cōc. Tol. Conc. Lat.

Hæreſis Tertia.

DOcet hæc hæreſis non poſſe Miſſam offerri pro peccatis, nec prodeſſe viuis, nec defunctis.

Auctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt.

COnuincitur clarè ex his, quæ leguntur ad Heb. 5. *Omnis namque Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis, ideo debet quemadmodum pro populo, ita & pro ſemetipſo offerre pro peccatis.* Eſt etiam Eccleſiæ conſuetudo valde perantiqua, quæ ex eius decreto obſeruatur, vt Sacerdos ante conſecrationem oret pro viuis, & poſt conſecrationem oret pro defunctis, hocque confirmant omnes Patres Græci, & Latini. Quid igitur latrat iniquus Lutherus contra tam antiquam Eccleſię conſuetudinem tot ſanctorum virorum teſtimonijs comprobatam? iam videamus quid definierit Eccleſia. Hebr. 5.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Tridentino ſub Pio IV. Papa, & Ferdinando Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1562. 17. Ianuarij celebrata, poſt datam definitionem de hac re in cap. 2. hanc deinde ſub anathemate damnat Can. 3. Conc. Tri.

COntra hanc aſſertionem ſcripſit Iodocus Clithouæus in ſuo Antiluthero parte 3. ſcripſit etiam Gaſpar Minorita. Iod. Clit.

TITVLVS MONACHATVS.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hæreſis Monachos mendicantes eſſe malorum Dæmonum inuentionem.

Digitized by Google

Aen Sylu. *AVctores ſunt Vualdenſes, de quibus dictum eſt titulo Baptiſmus, hæreſi octaua, vti refert Aeneas Syluius libro de origine Bohæmorum cap.35.*

Gulielmus de S. Amando de quo titulo Labor hæreſi prima dictum eſt, ſcripſit librum contra mendicantes, docens mendicantes non poſſe ſaluari, quem librum Alexander Papa damnauit ſub anathemate,& præcepit ſub excommunicatione,vt qui illum haberet combureret.

Hanc deinde auxit Ioannes Vuicleph, qui non ſolum mendicantes verum omnem Monachatum atrociter eſt inſectatus, docuit enim Vuicleph neminem in religione priuata poſſe ſaluari; immo etiam addidit,qui in priuata religione exiſtit eſſe ineptum,& inhabilem ad obſeruantiam mandatorum Dei,ideo inſtitutores ſcilicet Baſilium, Benedictum, Auguſtinum, & Franciſcum niſi pœnituerint eſſe damnatos.

Hunc Vuiclephi errorem ſuſcitauit Lutherus, docens non eſſe licitum hominibus obligari ad aliquid agendum vltra id,quod Dominus nobis præcepit, ſed libere viuendum eſſe, & non ſub lege humana, quare Monachis tribuit poteſtatem exeundi à Monaſterijs,ac vxores ducendi,immo in Germania coacti ſunt Monachi relinquere propria Monaſteria; quia eis non permittitur in illis habitare,niſi cucullam exuant,& vxores ducant.

Quam hæreſim infra confutabimus fauente Deo, titulo Votum.

TITVLVS MVLIER.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis Mulierem poſſe promoueri ad Sacerdotium.

D.Aug. *AVctores ſunt quidam hæretici dicti Pepuſiani;vti refert D.Auguſtinus libro de hæreſibus cap.27. hi hæretici veniunt à Montano, de quo dictum eſt titulo Baptiſmus hæreſi 2. & originem habent à quodam vico Pepuſa dicto poſito in Phrygia prope ciuitatem Myſiæ, quem vicum Montanus vocabat Hieruſalem.*

Quem errorem deinde per 1300. annos ſepultum renouauit Lutherus.

COnuincitur,nam tria ex officio ſacerdoti ſoli competunt,iuxta quę à non ſacerdote ſecernitur; primo ad ſacerdotem pertinet corpus Chriſti ex pane conficere; ſecundo eius officium eſt peccata in confeſſione audire, & ab illis abſoluere peccatorem, demum ad eum etiam pertinet docere ex officio, & cum nullum horum mulieri competere poſſit, ſequitur mulierem non poſſe promoueri ad ſacerdotium: nam quando Chriſtus dedit Apoſtolis auctoritatē conſecrandi tunc ibi nulla

erat

Digitized by Google

erat præſens mulier, vti legitur Luc.22. ſcilicet cum Chriſtus dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*, ſimiliter ſi mulieres non habent poteſtatem circa corpus Chriſti verum, nec circa corpus Chriſti myſticũ, cum poteſtas circa corpus Chriſti verum innitatur poteſtati circa corpus Chriſti myſticum, inſuper quando legitur Ioan.20. quod poſt reſurrectionem ſtetit in medio diſcipulorum ſuorum, & dedit illis auctoritatem abſoluendi, nulla aderat mulier, at ſolum duodecim Apoſtoli, vti refert Ioannes Euangeliſta loco citato, demum vltimum officium ſacerdotis eſt docere, vti dicit Dominus per Malachiam Prophetam 2. *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent de ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt*; hoc autem munus nullo pacto concedi mulieribus teſtatur Apoſtolus 1.Tim.2. ibi *mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione, docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum*. Si ergo mulier non habet auctoritatem conficiendi, abſoluendi, & docendi, ſequitur etiam quod eſſe non poſſit ſacerdos: demum vſus ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ Romanæ rationabilis nõ permittit mulierem fungi officio ſacerdotis, nam mulier eſt natura ſua garrula, leuis, fragilis, inconſtans, & mobilis, vti legitur Prouerb.31. *mulierem fortem quis inueniet?* & vti ait Theophylatus interpretans illud Diui Pauli 1.Tim.2. dicit, nam ſemel mulier virum edocuit, & cuncta peruertit: cum igitur mulieres tot patiantur defectus non eſt credendum, vt illis tale commiſſum fuerit officium à Chriſto: valeat itaque Lutherus omnia peruertens, ac confundens.

Luc.22. Ioan.20. Ioan.20. Malach.2. 1.Tim.2. Prou.31. Theoph.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Pio IV. huius nominis Papa, & Ferdinando Auſtriaco Romanorum Imperatore, ſeſſ.7. anno ſalutis 1563. die 15. Iulij celebrata hanc Can.7. ſub anathemate damnat. Conc.Tri.

TITVLVS MVNDVS.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen quinque ortas hæreſes præcipue inueni. Prima docet materiam ex qua factus eſt mundus non eſſe à Deo factam, ſed illi coæternam.

Auctores fuerunt Galatæ, de quibus titulo Anima, hæreſi 5. dictum eſt, vti teſtatur D. Auguſtinus libro de hæreſibus cap.59. D.Aug. *Quem poſtea errorem poſt multa ſæcula tutati ſunt Albanenſes, de quibus dictum eſt titulo Anima hæreſi 8. vti Guido Carmelita illis tribuit in ſua ſumma de hæreſibus, qui Albanenſes docent abſolutè mundum fuiſſe ab æterno. Quis non videt hunc errorem procedere ex Ariſtotelica Schola? & ſi nobis eſſet pugnandum cum Ariſtotile eſſet certe laborioſum certamen, quia contra eum nil facerent ſcripturæ teſtimonia, at* Gui. Car.

quia

quia pugnamus contra illos, qui per Baptiſmum nomina ſua Chriſto dederunt, ideo facili negotio eos ſuperabimus.

Albanenſibus adhæſit etiam Hermanus Riſuich: de quo titulo Angelus dictum eſt.

Conuincitur itaque hæc dementia breuiter, & faciliter; nam legitur Gen. 1. *In principio Deus creauit Cœlum, & Terram,* & pariter legitur Ioan. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil,* nec eſt quod multum immoremur in reprobanda iſta inſania, tanto magis quod Lector poterit recurrere ad titulum Aqua, vbi multa diximus, quæ faciunt pro confutatione huius hæreſis.

Gen. 1.
Ioan. 1.

Cõc. Nic. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio I. generali Niceno, anno ſalutis 325. celebrato ſub Syluestro I. Papa, & magno Conſtantino Romanorum Imperatore 318. Patrum in Symbolo confitetur Deum creatorem omnium viſibiliũ, & inuiſibilium: vti etiam in Symbolo II. Concilij generalis Conſtantinopoli celebrati anno ſalutis 381. ſub Damaſo Papa, & Theodoſio ſeniore Romanorum Imperatore, idem confitetur, & denique in Conc. Lateranenſi ſub Innocentio III. Papa, & Othone IV. Romanorum Imperatore 1300. & amplius Patrum anno ſalutis 1215. celebrato idem pariter confitetur, quæ verba habentur in cap. firmiter, de ſumma Trinitate, & fide Catholica.

Conc. Cõſtantinop.
Conc. Lat.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis Mundum non eſſe finiendum: hic etiam error proceſſit ex Schola Ariſtotelis.

Auctores fuerunt Albanenſes, de quibus dictum eſt titulo Anima, hæreſi octaua. Quam hæreſim confutauimus titulo Iudicium hæreſi 1. quò Lector recurrat, & legat.

Cõc. Nic. Additur hic quod Eccleſia Vniuerſalis in Conc. I. generali Niceno anno ſalutis 325. celebrato ſub Syluestro Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore 318. Patrum, in Symbolo ſic de Chriſto, & finali iudicio definiuit, *Qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos:* idem etiam determinauit in Symbolo Concilij Conſtantinopolitani generalis II. celebrati anno ſalutis 381. ſub Damaſo Papa, & Theodoſio ſeniore Romanorum Imperatore 150. Epiſcoporum diuerſarum nationum.

Conc. Cõſtantin.

Hæreſis Tertia.

Docet hæc hæreſis mundum non eſſe creatum à Deo, ſed ab Angelis, qui error pariter ex ſecta Peripatetica prodijt.

Auctor

Digitized by Google

AVctor primus fuit Simon Magus, de quo titulo Coitus hæreſi prima dictum eſt.

Huic iniquo Simoni adhærent fere omnes eius diſcipuli, & ſequaces; vti Nicolaus, de quo titulo Anima hæreſi 4. dictum eſt, & Saturninus, de quo titulo Coitus hæreſi 1. dictum eſt, & Menander de quo titulo Creatura hæreſi 1. dictum eſt, & Cerinthus, de quo titulo Beatitudo hæreſi 2. dictum eſt; & denique Carpocrates; de quo titulo Chriſtus hæreſi prima dictum eſt.

HIc error ſatis confutatus remanet ex dictis titulo Creatura hæreſi prima, vbi probauimus, omnia eſſe creata à Deo, & non ab alio, à quò recurrat Lector.

Additur tamen hic, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio generali I. Niceno anno ſalutis 325. celebrato ſub Syluestro I. Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore 318. Patrum diuerſarum nationum, definiuit in Symbolo credendum eſſe in vnum Deum creatorem omnium viſibilium, & inuiſibilium. Et in Concilio Bracarenſi I. octo tantum Epiſcoporum in Galitia Hiſpaniæ citerioris prouincia anno ſalutis 563. celebrato ſub Ioanne III. huius nominis Papa, à quo & confirmatur, & ab Eccleſia recipitur, & Iuſtiniano Romanorum Imperatore cap. 13. ſuorum decretorum definiuit, quod *ſi quis dixerit creationem vniuerſæ carnis non eſſe Dei opificium, ſed malorum Angelorum, vti Manichæus, & Priſcillianus anathema ſit.* Cõc. Nic. Cõc. Brac.

Contra hanc hæreſim ſcripſit D. Auguſtinus in expoſitione Geneſis.

Hæreſis Quarta.

DOcet quidem hæc hæreſis mundum eſſe à Deo factum, at auctores plures dant Deos, vni enim tribuunt Mundi facturam, alteri vero nihil.

QVam hereſim confutauimus titulo Deus, hæreſi prima, quò recurrat Lector; ibi enim ex Sacris litteris probauimus vnum ſolum Deum eſſe.

Additur hic, quod Eccleſia Vniuerſalis in Symbolo Concilij I. generalis Niceni anno 325. celebrati ſub Syluestro Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore 318. Patrum docuit *Credo in vnum Deum &c.* Quod etiam idem pariter definiuit in Conc. generali II. Conſtantinopolitano ſub Damaſo Papa, & Theodoſio ſeniore Romanorum Imperatore 150. Patrum, anno ſalutis 381. celebrato. Cõc. Nic. Conc. Cõſtantin.

Hæreſis Quinta.

HAec hæreſis docet Mundum poſt mortuorum reſurrectionem in eodem ſtatu eſſe permanſurum, in quo nunc eſt, neque ita eſſe mutandum,

Digitized by Google

dum, vt ſit cœlum nouum, & terra noua. Quam hæreſim recitant Philaſter, & D. Auguſtinus libris ſuis de hæreſibus cap. 67. nullo nominato auctore.

Philaſter. D.Aug.

Pſal. 101. 1. Cor. 7. Matth. 24. 1. Pet. 3. Apocal. Eſai. 31.

COnuincitur legitur enim Pſal. 101. *initio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli, ipſi peribunt, tu autem in aeternum permanebis*, & 1. Corin. 7. *præterit figura eius mundi*, & Matth. 24. *cœlum, & terra tranſibunt*, & 1. D. Petri 3. *adueniet autem dies Domini vt fur, in quo cœli magno impetu tranſient, elementa vero calore ſoluentur, terra vero, & quæ in ipſa ſunt opera exurentur*, & Apocal. 21. *vidi*, dicit, *cœlum nouum, & terram nouam*, demum iuxta Eſai. 31. vaticinium, *erit* inquit ille *lux Lunæ ſicut lux Solis, et lux Solis erit ſeptempliciter ſicut lux, ſeptem dierum in die, qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ ſanauerit*. Quid igitur latrant hi Catholicæ fidei inimici?

Cõc. Nic. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Symbolo primi Concilij generali Nicæę in Bythinia celebrati ſub Syluestro I. Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore, anno ſalutis 325. 318. Patrum, confitetur, *Carnis reſurrectionem, & vitam æternam, Amen*. Ex quibus verbis habetur Mundum poſt reſurrectionem in eodem ſtatu non eſſe permanſurum.

TITVLVS NVDITAS.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hæreſis nuditatem primorum parentum in Paradiſo Terreſtri ab eis ſeruatam; etiam nunc à nobis hic debere ſeruari.

AVctores ſunt Adamiani, ſiue Adamitæ, de quorum Duce Carpocrate dictum eſt titulo Chriſtus, hæreſi prima. Qui Adamitæ nudi omnia faciebant; nudi enim ambulabant manducabant, & vt beſtiæ coibant, & congregationem ſuam Paradiſum vocabant.

Gen. 3. Matth. 22.

COnuincitur legitur enim Gen. 3. quod Deus antequam primos Parentes eijceret de Paradiſo fecit eis tunicas pelliceas: & Deut. 22. Deus ſtatuit populo ſuo quoddam genus veſtimenti, vt ab alijs nationibus diſtingueretur: denique Saluator noſter, qui viam Dei docuit verbo, & exemplo habuit veſtimenta, quorum vnum fuit, *tunica* ſcilicet *inconſutilis deſuper contexta per totum*.

Conc. Hieruſal. Denique Eccleſia Vniuerſalis in magno illo Concilio Hieruſalem ab Apoſtolis celebrato anno ſalutis 41. ſub Petro Apoſtolo, & Caio Cæſare Romanorum Imperatore, cuius Concilij acta D. Lucas conſcripſit errores omnes Simonis Magi, ac ſceleſtiſſimi Carpocratis maledixit.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS NVPTIÆ.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen ſex præcipuè ortas hæreſes inueni. Prima docet nuptias eſſe illicitas, & eas celebrantes peccare.

Auctor fuit Tatianus, vti refert D. Hieronymus in libro aduerſus Iouinianum, de quo titulo Adam hæreſi 1. *dictum eſt: Quem errorem etiam ante Tatianum tutatus eſt Marcion; vti teſtatur D. Hieronymus loco ſupra citato.* D.Hier.

Manichæi, de quorum Duce titulo Anima, hæreſi 4. *dictum eſt non admittunt ad communionem ſuam incontinentes.*

Adamiani, de quorum Magiſtro infami Carpocrate dictum eſt titulo Chriſtus, hæreſi 1. *docent quod ſi Adam non peccaſſet nullæ fuiſſent futuræ nuptiæ, quare Adam in Paradiſo imitari volentes nuptiæ fugiunt.*

Hunc eundem errorem ſequuntur Aeriani, de quorum Principe dictum eſt titulo Epiſcopus hæreſi 1. *nam nec ipſi vti Manichæi admittunt, ad communionem ſuam incontinentes, vti D. Auguſtinus, ex relatione aliorum, refert libro ſuo de hæreſibus.* D.Auguſt.

Demum Priſcillianus, de quo dictum eſt titulo Anima hæreſi 9. *docuit ſuos diſcipulos, vt profiterentur diuidere coniugia, vti & ipſe fecit, quare Priſcillianiſtæ omnes fœminas, à nolentibus viris, & viros à recuſantibus fœminis diſiungebant, vti refert D. Auguſtinus libro de hæreſibus.* D.Aug.

Conuincitur, nam præuidens hos hæreticos D. Paulus 1. ſua Epiſt. ad Timot. 4. de illis dicit: *in nouiſſimis temporibus quidam à fide diſcedent attendentes doctrinis Dæmoniorum, etiam nubere prohibentes:* inſuper ſi nuptiæ eſſent illicitæ Chriſtus illas ſua præſentia nō decoraſſet, vti legitur Ioan. 2. nam nō ſolum nuptijs interfuit, verum primum omnium ſignorum fecit in illis, & Matth. 19. Chriſtus Phariſæis quærentibus, an liceret vxorem dimittere, dixit, nam *homo relinquet patrem, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna,* denique legitur 1. Cor. 7. *ſi nupſerit virgo non peccat,* ac etiam poſtremo à D. Paulo extolluntur ad Heb. 13. ibi, *Honorabile connubium thorus immaculatus.* 1.Tim.4. Ioan.22. Matth. 19. 1.Cor.7. Hebr.13.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Gangrenſi in Paphlagonia Prouincia Armeniæ celebrato anno ſalutis 324. ſub Syluestro Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore, cap. 14. ſuorum decretorum maledixit vxores proprium maritum relinquentes, quod Conc. licet prouinciale, tamen receptum fuit in Sexta Synodo generali. Et etiam in Concil. Bracarenſi I. celebrato ab octo Epiſcopis Galliciæ prouinciæ in Hiſpania citeriori, anno ſalutis 563. auctoritate Ioannis III. Conc.Gāgrenſe. Cōc.Brac.

Digitized by Google

Papæ, ab Eccleſia recipitur, ſub Iuſtiniano Romanorum Imperatore cap.11. ſuorum decretorum maledixit damnantes coniugia.

Contra hanc hæreſim ſcripſit infinitis in locis D.Auguſtinus.

Hæreſis Secunda.

Concedit hæc hæreſis primas nuptias, at negat ſecundas.

Acta Nouati.

AVctor fuit Nouatus Romanus Sacerdos homo ſceleſtiſſimus, qui ab exorciſtis ante baptiſmum fuit à Dæmonibus liberatus, & ita ſecundum regulas Eccleſiaſticas erat incapax præsbyteratus, at diſpenſatus, multa deinde mala fecit ingratus Eccleſiæ; immo infirmus in lectulo baptizatus, potius timore mortis, quam libere Chriſtianus effectus eſt. Hic primus omnium in Eccleſia Catholica Romana fuit cauſa ſchiſmatis, immo vt verius loquar, eius ambitio, & ſuperbia; nam anno ſalutis 254. ſub Pontificatu Cornelij Papæ, & Martyris opere alterius Nouati Afri perfidi hæretici, & omnium vitiorum polluti, vti teſtatur D.Cyprianus in Epiſtola ad Cornelium Papam, qui Nouatus Afer hac de cauſa venit Romam, & hunc Nouatum Romanum per tres rudiores, & ſimpliciores Epiſcopos clandeſtine ordinauit Romanum Pontificem aduerſus Cornelium, quare multa, & infinita dogmata verbo, & opere docebat, ſequaces Nouatianos, *& Mundos vocans, ob quaſdam munditias ſuis ſequacibus præceptas; qui denique anno ſalutis 261. miſerè moriens in Inferno ſepelitur ſub Pontificatu Dionyſij Papæ, & Martyris, & ſub Romanorum Imperio Valerij, & Gallieni: Poſt cuius mortem ſequaces Nouatiani falſo iactabant Nouatum Ducem ſuum Martyrium ante D.Cyprianum pro Chriſti nomine conſummaſſe: melius dixiſſent, ſi protuliſſent, eum pro Diabolo Martyrium conſummaſſe, à quo nunc igne, & ſulphure cruciatur.* (D.Cypr.)

Ante Nouatum tamen docuit hunc errorem Montanus, de quo titulo Baptiſmus, hæreſi 2. dictum eſt.

Montano, & Cataphrygibus adhæſit Tertullianus, licet prius Cataphryges de hac re oppugnauerit; de quo titulo Anima hæreſi 3. dictum eſt.

Gui. Car. *Poſtremo Græci (referente Guidone Carmelita, qui diligens fuit in recenſendis erroribus Græcorum) hanc tutati ſunt, de quibus titulo Confirmatio dictum eſt.*

Deut.25. COnuincitur, nam legitur Deut.25. *Si habitauerint ſimul fratres, & vnus ex eis ſine liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubat alteri, ſed eam ſuſcipiat frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui,* & 1.Cor.7. *mulier eſt legi alligata quanto tempore vir eius vixerit, quod ſi vir eius dormierit* (1.Cor.7.)

Digitized by Google

rit eſt liberata, & cui vult nubat, & Gen.25. Abraham mortua prima vxore Sara duxit ſecundam, ſcilicet Cethuram,& Ruth teſtimonio Sacræ paginæ ſancta, mortuo ſuo primo viro filio Noemi, nupſit ſecundo viro, qui dictus eſt Booz: & Sara vxor Thobiæ, vti legitur Tob.6.8. & 14.poſt viros ſeptem,quos habuerat, à Dæmone occiſos nupſit Thobiæ iuniori, in quo Matrimonio, Deo ſeruiebant, & tam Deo, quàm omnibus habitantibus in terra grati erant, denique legitur Ioan.20. quod mulier Samaritana, quæ quinque viros habuit, non propter hoc repræhenſa eſt à Domino, ſed repræhenſa fuit, quia, quem tunc habebat non erat ſuus vir: quare Chriſtus illorum matrimonium ex non repræhenſis confirmauit. Gen.25.

Poſtremo eſt Eccleſiæ Vniuerſalis definitio I. Concilij generalis Nicæni celebrati anno ſalutis 325.ſub Syluestro Papa,& Magno Conſtantino Romanorum Imperatore 318.Patrum, nam cap.8. ſuorum decretorum definiuit vt ſi quis ex Nouatianis voluerit redire ad Eccleſiam per ſcripturam promittat ſe cum illis communicaturum, qui ſecundas nuptias experti ſunt. Et in Concilio Florentino, quod pro Græcorum vnione celebratum fuit anno ſalutis 1439.ſub Eugenio IV.Papa, & Alberto II.Auſtriaco Romanorum Imperatore mille Patrum: Eccleſia definiuit non ſolum tertias, & quartas nuptias poſſe celebrari; verum etiam vlteriores; dummodo non adſit aliquod impedimentum Canonicum. Côc. Nic. Conc.Flo.

Hæreſis Tertia.

D*Ocet hæc hæreſis in nuptijs non eſſe ſacramentum,neque nullum conferri gratiam in eis.*

A*Vctores ſunt Armeni, de quibus titulo Adam hæreſi 3.dictum eſt, vti Guido Carmelita teſtatur in ſumma de hæreſibus.*

Hanc deinde renouauit perfidus Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt.

COnuincitur,nam quando Deus benedixit Gen.1.Adæ,& dixit *creſcite,& multiplicamini*, illa benedictio peruenit vſque ad animam ad differentiam cæterorum animantium, & ſic gratia in illa infuſa fuit, ſi Deus primis parentibus ex illa benedictione gratiam infudit, ergo & alijs,nam qui primos parentes matrimonio copulauit;idem ipſe eſt,qui reliquos matrimonio ligat: *quos Deus* inquit Matth.19. *coniunxit homo non ſeparet:* inſuper legitur ad Heb.13.de nuptijs, *honorabile connubium Thorus immaculatus*, non enim eſſet Thorus immaculatus, ſi ibi gratia non infunderetur; nam ſine Spirituſancto hil eſt honorabile, & immaculatum: denique legitur ad Eph.5. *Vir caput eſt mulieris, vti Chriſtus Eccleſiæ, ideo viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & pro ea ſeipſum tradidit,vt eam ſanctificaret;mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ*, & infra, *propter hoc relinquet homo patrem, & matrem* Gen.1. Matth.19. Hebr.13. Epheſ.5.

ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt: ecce D. Paulus vocat Matrimonium magnum ſacramentum, quia eſt ſignificatiuum coniunctionis Chriſti cum Eccleſia. Quid igitur garruli hi Eccleſiæ inimici ſimplices ſeducentes latrant? Valeant & in Inferno ſepeliantur.

Conc. Cõſtantien. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1415. celebrato hanc aſſertionem tanquam hæreticam damnauit.

Ioan.Roſ. CONtra hanc hæreſim ſcripſit Ioannes Roffenſis Epiſcopus in libro edito contra Lutheri articulos.

Hæreſis Quarta.

Docet hæc hæreſis licitum eſſe tenere duas vxores matrimonio copulatas.

AVctores ſunt Adamiani, de quibus dictum eſt titulo Nuditas, vti refert Aeneas Syluius libro de origine Bohæmorum.

COnuincitur, nam in matrimonio reperitur, quidam contractus, quo ſua corpora ad actum generationis vir, & mulier permutant,

1.Cor.7. quem contractum mutuæ donationis corporum D.Paulus 1.Cor.7.docet, dicens; *mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir eius, ſimiliter & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier*, quare viuente vxore, & viro, coniuges ſui corporis poteſtatem non habent, & ſic alteri donare non poſſunt, quod non habent, & ſic ex his falſa conuincitur aſſertio,

Matth.19. quod confirmatur Matth.19. vbi Chriſtus Phariſæis petentibus, an liceret homini dimittere vxorem ſuam, dixit, *num legiſtis, quia qui fecit ab initio maſculum, & fœminam, dixit, propter hoc dimittet homo Patrem, & Matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna?* ecce clara confirmatio Saluatoris de vnitate vxoris.

Conc.Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Tridentino ſub Pio IV. Papa, & Ferdinando Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.8. anno ſalutis 1563.11.Nouembris celebrata Can.2.definiuit, quod *ſi quis dixerit licere Chriſtianis plures ſimul habere vxores, & hoc nulla lege diuina eſſe prohibitum anathema ſit.*

Hæreſis Quinta.

DOcet hæc hæreſis, nuptiarum fœdus, & vinculum poſſe pro coniugum arbitrio diſſolui.

Euſeb. *AVctor primus fuit Montanus, vti refert Euſebius Cæſarienſis lib.5. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.18. de quo titulo Baptiſmus, hæreſi ſecunda dictum eſt.*

Quem

Digitized by Google

Quem etiam errorem tutati ſunt Græci de quibus titulo Confirmatio, & Armeni, de quibus titulo Adam hæreſi 3. dictum eſt, vti refert Guido Carmelita in ſumma de hæreſibus.

Priſcillianus autem, de quo titulo Anima hæreſi 9. dictum eſt, hæreſum omnium ſentina hanc & ipſe amplexatus eſt, vti refert D. Auguſtinus libro ſuo de hæreſibus.

Gerardus vero Dux Pſeudo Apoſtolorum, de quo dictum eſt titulo Apoſtoli hæreſi 2. docuit viros, poſſe tuta conſcientia relinquere vxores, & mulieres maritos pro ſectanda illius ſecta, eaque tuenda vti Nicolaus Himerici refert in ſuo directorio.

Hanc denique ampliauit malignus Lutherus ob cuius dogma multi in Germania reliquerunt primas vxores, ſecundas ducentes.

Conuincitur, nam legitur Matth. 10. & Luc. 16. *Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit committit adulterium, & ſi mulier dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur*, ex quibus verbis patet coniugatos eſſe ligatos, & pares in diuortijs; quod etiam teſtatur Diuus Paulus ad Rom. 7. *Quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi*, ſi igitur viuente marito alteri adhærebit adultera vocabitur, & 1. ad Cor. 7. D. Paulus præcipit mulieri, quæ à viro propter illius culpam diſceſſit, vt maneat inupta, vel viro ſuo reconcilietur; denique Canon. 48. Apoſt. docet, quod ſi quis laicus abijcit vxorem ſuam, aliam ducens, aut cum alia ab alio dimiſſa coniungitur, communione priuetur. Matth. 10. Luc. 16. Rom. 7.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Tridentino ſub Pio IV. Papa, & Ferdinando Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 8. anno ſalutis 1563. 11. Nouembris celebrata Can. 5. hanc aſſertionem ſub anathemate damnat. Conc. Tri. Gen. 22.

Hæreſis Sexta.

Æquat hæc hæreſis nuptias Virginitati. Quam expugnabimus titulo Virginitas.

TITVLVS OBEDIENTIA.

Hæreſis Vna.

Negat hæc hæreſis obedientiam ſuperioribus legitimis præſtandam.

Auctores fuerunt Vualdenſes ſceleratiſſimi homines, de quibus titulo Baptiſmus hæreſi 8. dictum eſt; vti refert Æneas Syluius libro de origine Bohæmorum cap. 35.

Pariter

Pariter Vuiclephiſtæ, de quorum Duce dictum eſt titulo Adoratio hæreſi 1. timentes ne propter ſua ſcelera, & impia dogmata diſſeminata à Prælatis Eccleſię punirentur, ad hoc aſylum confugerunt, negantes & ipſi obedientiam ſuperioribus: vti etiam fecit Ioannes Huſſ in omnibus Ioannis Vuiclephi imitator, de quo titulo Eccleſia hęreſi 1. dictum eſt.

Begardi vero, & Beguinę libidinòſę more viperarum viſcera matris ſuę Eccleſię rodere non deſinunt, de quibus titulo Beatitudo hęreſi 4. dictum eſt, docent nullo pacto prę ſtandam eſſe obedientiam ſuperioribus.

Demum iniquus Lutherus, de quo titulo Abſolutio, hęreſi 1. dictum eſt, docet ſuperioribus non eſſe dandam obedientiam, niſi in illis rebus, quę expreſſe habentur ex Sacra pagina.

De qua hæreſi ſatis diximus titulo Eccleſia, hæreſi 3. vbi oſtendimus Eccleſiam poſſe condere leges, & omnes Chriſtianos obligare ad eius obſeruationem, quò recurrat Lector.

Conc. Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Tridentino ſub Pio IV. Papa, & Ferdinando Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. vltima anno ſalutis 1563. celebrata decreto, de delectu ciborum, præcipit obedientiam ſuperioribus dandam.

TITVLVS OCCIDERE.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen, tres pręcipuè ortas hęreſes inueni. Prima docet nullum hominem iuſte poſſe occidi etiam ſi fiat pręcepto legitimi iudicis.

Auctores fuerunt idiotę Vualdenſes, de quibus titulo Baptiſmus, hęreſi octaua dictum eſt.

Acta Nicolai Galeci.

Vualdenſibus adhęret Nicolaus Galecus Bohęmus conditione Sacerdos, & artium Baccalaureus, vir magnę doctrinę, ac ſubtilis ingenij, at lepra Vualdenſium, & erroribus Ioannis Vuiclephi, & Ioannis Huſſ infectus; qui anno ſalutis 1431. ſub Eugenio IV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore mittitur à Bohęmis vnà cum alijs nomine Bohęmorum legatus ad Concilium Baſilienſe, vbi multa erronea protulit in publicis diſputationibus, qui in patriam reuerſus Vualdonis ſacrilegia, ab eo ampliata publicè docebat, ac diſſeminabat, ſicque vſque ad extremam vitę ſuę horam pertinax perſeuerauit, & ab Eugenio IV. Papa excommunicatus, animam eructauit anno ſalutis 1443.

Conuin-

Digitized by Google

COnuincitur, nam hoc conceſſo, primo omnis politia humana, & pax tolleretur, vt ergo iſta ſeruentur, neceſſe eſt hominem ſceleratum occidi iuſta ſententia: legitur enim Act.5. Petrum puniſſe Ananiam, & Saphiram ob defraudationem precij agri venditi, & quando legitur Exod.20. & Matth.5. *non occides*, non intelligitur de facta à Iudice competente in reos; immo in eodem capitulo Exod.20. infra legitur. Quod ſunt occidendi blaſphemi, & vita priuandi fures nocturni. Act.5. Exod. 20. Matth.5. Exod.20.

Quæ denique aſſertio damnata fuit in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore mille, & amplius Patrum anno ſalutis 1439. celebrato. Conc. Flo.

Hæreſis Secunda.

Docet hęc hęreſis licere occidi ſeipſos pro palma Martyrij aſſequenda.

AVctores fuerunt Circuncelliones peſſima Donatiſtarum progenies, de qua hęreſi, & de quibus auctoribus ſatis diximus titulo Martyrium, hęreſi 3. ad quem locum recurrat Lector.

ADditur, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Carthaginenſi I. quod fuit totius Aphricæ generale, nam ibi omnes Epiſcopi Aphricani vel per ſe, vel per Vicarios ſuos conuenerunt, anno ſalutis 348. celebrato ſub Iulio I. Papa, & Conſtantio, & Conſtante Romanorum Imperatoribus, hanc ſectam Circuncellionum peſſimam prolem Donati damnauit, ac Deo quam maximas gratias egit pro victoria contra eos a Catholicis habita. Conc. Carthag.

Hæreſis Tertia.

DOcet hęc hęreſis, licere occidere Tyrannum, etiam per inſidias, non obſtante qualibet confęderatione facta cum eo per iuramentum, de qua infra titulo Tyrannus diſputabitur.

TITVLVS OPERA.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen quattuor ortas hęreſes pręcipuè inueni. Prima docet omnia bona opera cuiuſlibet hominis iuſti, etiam rectè facta eſſe peccata.

Auctor

A*Vctor eſt Lutherus, de quo titulo Abſolutio hęreſi* 1. *dictum eſt, hoc ideo docuit perfidus, quia exiſtimauit, quod in omni opere etiam bono caro repugnet ſemper ſpiritui, per illud enim pręceptum* non concupiſces *tenet eſſe prohibitum carnis appetitum, quem nullus homo à ſe poteſt abijcere, licet poſſit reprimere; quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, quia ergo hęc duo ſibi contrariantur, ideo docuit iuſtum in omni opere bono peccare, nam talia opera ſunt facta cum concupiſcentia, quod fundamentum titulo Pręceptum ſubuertemus.*

Gen.22. COnuincitur itaque hæreſis nunc propoſita, & primo exemplum Abrahæ Gen.22. propono, qui vt Deo obtemperaret, immolare volebat filium ſuum, & Deus in remunerationem tam egregij operis promiſit ei multiplicationem eius ſeminis ſicut ſtellas cœli, quod ſi obedientia Abrahę fuiſſet peccatum, non fuiſſet illi à Deo tam honorificum
Iob 1. præmium promiſſum, inſuper legitur Iob.1. quod Deus laudauit Iob
1.Cor.7. de ſua patientia, & 1.Cor.7. differens D.Paulus de his, qui matrimonio iunguntur, ait: *Solutus es ab vxore noli quærere vxorem, ſi autem acceperis vxorem non peccaſti, & ſi nupſerit virgo non peccauit:* D. Paulus docet non peccare eum, qui accipit vxorem, & Lutherus non veretur dicere
2.Pet.1. omne opus noſtrum eſſe peccatum: & 2.Petri 1. poſtquam Petrus aliquas virtutes ad gloriam aſſequendam enumerauit, ſtatim addidit; *hæc*
Rom.2. *enim facientes non peccabitis aliquando*, & ad Rom.2. D.Paulus vocat afflictiones moderatè ſuſceptas *hoſtiam uiuentem Deo placentem*, & legi-
3.Reg.14. tur 3.Reg.14.quod Deus ad Hieroboam loquens pro Dauid, dixit; *non fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid, qui cuſtodiuit mandata mea, & ambulauit*
Pſal.4. *poſt me in toto corde ſuo*, & Pſal.4. legitur, *iraſcimini, & nolite peccare*, poſſibile ergo eſt iraſci, & non peccare, non omne ergo opus eſt peccatum,
1.Ioan.3. & 1.Ioan.3. legitur, *omnis, qui in Deo manet non peccat*, illi autem manent in Deo; vti legitur eadem epiſtola cap.4. *qui manent in charitate*, nam *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo*, conſidera ergo Luthere perfide, quam apertè tuam ſententiam damnat Ioannes Euangeliſta; Quæ loca ſufficiant pro confutatione huius hæreſis, licet ſint infinita alia: audiamus modo Eccleſiæ determinationem.

Conc.Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc.Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.6. anno ſalutis 1547. 7. die Ianuarij celebrata Can.25. definiuit, *ſi quis in quolibet opere bono, iuſtum ſaltem venialiter peccare dixerit, aut (quod intolerabilius eſt) mortaliter, atque ideo pœnas æternas mereri: tantumque ob id non damnari, quia ea opera Deus non imputat ad damnationem, anathema ſit.*

COntra hanc hæreſim ſcripſit Ioannes Roffenſis Epiſcopus, articulo 31. & 32. contra Lutherum: ſcripſit etiam Iodocus Clithouæus in Antiluthero, denique ſcripſit Gaſpar Minorita in ſuo Scrutinio diuinæ ſcripturæ conatu tertio.

Hæreſis

Digitized by Google

Hæreſis Secunda.

D*Ocet hæc hæreſis nullum eſſe opus bonum, niſi fiat puro, & ſincero amore; quacunque ex cauſa fiat, etiam ſi fiat ſpe æternæ mercedis.*

Acta Bugaurij.

A*Vctor fuit quidam Bugaurius dictus Italus de monte Falcone Gerardi Parmenſis hæreſi infectus, & cum eſſet detectus, & ſe amplius in Italiæ partibus retinere non poſſet, ſine magno vitæ periculo; Hiſpanias ſecreto petijt, & primo hoc ſuum peruerſum dogma diſſeminauit, ac docuit in partibus Cataloniæ, vbi aliquot menſibus elapſis detectus, ad aures venit Reuerendiſſimi Sancij Tarraconenſis Epiſcopi; quare illum damnauit, ac cum ſuis erroribus maledixit; vti refert frater Bernardus de Lutzemburgo in ſuo catalogo hæreticorum; quare anno ſalutis 1006. vt audiuit eſſe detectum, & à Reuerendiſſimo Sancio ſupra nominato excommunicatum fuiſſe fugit ex Hiſpanijs, ac Gallias petijt tempore Ioannis XIX. Papæ, & Ottonis III. Romanorum Imperatoris: quem autem finem impius Bugaurius habuerit penitus ignoro, nam apud neminem legi eius finem, hoc tantum ſcio eum pertinacem, poſt Reuerendiſſimi Sancij Archiepiſcopi Tarraconenſis maledictionem, permanſiſſe.*

COnuincitur, nam legitur clarè Pſal. 118. *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem:* & Matth. 4. *agite pœnitentiam appropinquabit enim regnum cœlorum,* & 1. Tim. 4. legitur *exerce te ipſum ad pietatem: pietas enim ad omnia eſt vtilis, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ:* & D. Paulus ad Coloſſ. 1. aliquos laudat propter bona opera; quæ tamen ipſemet teſtatur illos feciſſe ſpe æternæ mercedis: ibi: *gratias agimus Deo, & Patri Domini noſtri Ieſu Chriſti ſemper pro vobis orantes, audientes fidem veſtram in Chriſto Ieſu, & dilectionem, quam habetis in ſanctos omnes, propter ſpem, quæ repoſita eſt vobis in cœlis,* & ad Heb. 11. laudat Abraham de fide, & obedientia, quam habuit propter ſpem vitæ æternæ.

Pſal. 118. Matth. 4. 1. Tim. 4. Coloſſ. 1. Hebr. 11.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. 7. die Ianuarij celebrata Can. 31. definiuit; *ſi quis dixerit iuſtificatum peccare dum intuitu æternæ mercedis operatur, anathema ſit.*

Conc. Tri.

Hæreſis Tertia.

D*Ocet hæc blaſphemia ſolius imperfecti, non verò perfecti, eſſe bene operari.*

AVctores fuerunt mendaces Begardi, & libidinoſæ Beguinæ; de quibus dictum eſt titulo Beatitudo hæreſi 4.

Hanc deinde auxit perfidus Lutherus beſtia truculentior; docens non ſolum homini perfecto, verum nulli alteri homini eſſe neceſſaria opera ad vitam æternam conſequendam; nam ait, quod ſola fides ſine operibus ſufficit; de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. *dictum eſt.*

QVam hæreſim iam expugnauimus titulo Fides, hæreſi 2. addimus tamen hic contra Begardos, & Beguinas, quod Ioannes Baptiſta
Matth. 11. erat perfectiſſimus; nam à Chriſto Matth. 11. dictum eſt, *maior inter natos mulierum*, & tamen exercebat ſe in operibus abſtinentiæ, & ad Gal.
Gal. 5. 5. legitur, *qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs:* homo enim quantũlibet perfectus debet crucifigere carnem
2. Cor. 1. ſuam cum vitijs, alioquin non erit Chriſti: & 2. Cor. 12. Paulus de ſe loquens dicit, *caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo*, & tamen erat ita perfectus, vt raptus ſit vſque ad tertium cœlum, & audierit arcana
Matth. 4. Dei: demum Chriſtus, vti legitur Matth. 4. ieiunauit, ac alia bona opera fecit, & tamen erat fons bonitatis; Quid ad hæc dicent ſceleſti Begardi, & infames Beguinæ?

Conc. Viẽnen. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Viẽnenſi ſub Clemente V. Papa, & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore 800. Patrum, anno ſalutis 1311. celebrato, damnans errores Begardorum, & Beguinarum; hunc etiam in ordine ſextum ſub anathemate damnauit.

Hæreſis Quarta.

DOcet hæc hæreſis nullum opus humanum quantumlibet bonum eſſe vitæ æternæ meritorium.

Auctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. *dictum eſt.*

Matth. 4. Ioan. 5. COnuincitur, legitur enim Matth. 4. *agite pœnitentiam appropinquabit enim regnum cælorum*, & Ioan. 5. *venit hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt audient vocem filij Dei, & procedent, qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt, in reſurrectionem iudicij:* ecce quod promittitur vita æterna bene operantibus. Quare diſcipuli Lutheri præcipue Philippus Melancthon in locis communibus titulo de bonis operibus circa finem capituli, & Ioannes Spangebergus in ſua Margarita Theologica, & Ioannes Caluinus in libello infami, quem edidit contra decreta data à ſacroſancto Concilio Tridentino in ſeſſ. 6. ſub Paulo III. Papa cap. 16. & Can. 32. videntes iniqui, & peruerſi vim auctoritatum Sacræ paginæ probantium opera bona eſſe meritoria, hoc refugium pro defenſione ſui magiſtri acceperunt dicentes; illa mereri quidem opera temporalia, & aliqua ſpiritualia, at non vitam æternam, quod vanum refugium clarè remanet ſuperatũ: nam legitur Matth. 19.

Si vis

Digitized by Google

Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata, & paulo poſt legitur. *Omnis, qui reliquerit domum, fratres, ſorores &c. propter nomen meum centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit,* quid igitur latrant Lutherani, nam in his verbis clarè promittitur vita æterna, non gratis, at ob bona opera ibi enumerata, & Matth. 25. *eſuriui, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, et dediſtis mihi bibere, hoſpes fui, et recepiſtis me;* deinde ſubdit *venite benedicti Patris mei percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.* Matth. 19. Matth. 25.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. Papa, & Othone IV. Romanorũ Imperatore anno ſalutis 1215. celebrato 1300. Patrum cap. 1. ſuorum decretorum ait: *non ſolum autem virgines et continentes; verum etiam coniugati per rectam fidem, et bonam operationem placentes Deo ad æternam merentur peruenire beatitudinem:* Quæ verba habentur in cap. firmiter de ſumma Trinitate, & fide Catholica. Et in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. celebrata Can. 32. hanc aſſertionem pariter ſub anathemate damnat. Conc. Lat. Conc. Tri.

TITVLVS ORATIO.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen quattuor præcipuè ortas hæreſes inueni. Prima docet ſolam orationem ſufficere ad vitam æternam.

Auctores fuerunt Meſſaliani, de quibus titulo Anima, hæreſi quinta dictum eſt, vti refert hiſtoria tripartita lib. 7. cap. 11.

Quæ hæreſis ſuperata remanet ex dictis contra Meſſalianos titulo Baptiſmus hæreſi 4. ibi enim probauimus neceſſitatem Baptiſmi ad vitam æternam conſequendam.

Additur hic, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 7. anno ſalutis 1547. celebrata 3. Martij Can. 5. hanc ſub anathemate damnat docens *ſi quis dixerit Baptiſmum liberum eſſe, hoc eſt, non neceſſarium ad ſalutem, anathema ſit.* Conc. Tri.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis nunquam ceſſandum eſſe ab oratione.

Auctores ſunt Meſſaliani; de quibus titulo Anima, hæreſi 5. dictum eſt; vti refert D. Auguſtinus libro de hæreſibus cap. 57. vbi dicit Meſſalianos, qui Græcè Euchitæ dicuntur, ideſt orantes, latinè. D. Aug.

Digitized by Google

COnuincitur, nam nō poſſumus ſemper orare, cum debeamus etiam alia opera facere, vti habere curam rerum familiarium; vti legitur
1.Tim.5. 1.Tim.5. taceo de cibo, & potu pro vita ſuſtentanda procurando, &
2.Theſſ.3. quando legitur 2.Theſſ.3.& Luc.8. *ſine intermiſſione orate*: intelligitur
Luc.8. dictum; vti legitur Coloſſ.5. *ſiue manducetis, ſiue bibatis, ſiue quid aliud*
Coloſſ.5. *faciatis omnia in gloriam Dei facere debetis*, & denique legitur 1.Tim.3.
1.Tim.3. *Qui bene domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit?*

Cōc. Nic. Denique Eccleſia Vniuerſalis in primo generali Concil. Niceno ſub Syluestro I. Papa, & magno Conſtantino Romanorum Imperatore 318. Patrum anno ſalutis 325. celebrato damnans errores omnes Meſſalianorum hunc etiam ſub anathemate damnauit.

Hæreſis Tertia.

HAec hæreſis pugnat ex diametro cum duabus ſuperioribus expugnatis, & huius diuerſi ſunt Magiſtri, & Duces, qui licet diuerſis vijs incedant, ad vnum tamen tantum tendunt finem, vt ſcilicet orationis virtutem minuant.

D.Aug. *Pelagius, de quo titulo Adam, hæreſi 4. dictum eſt, docet, orationem eſſe prorſus inutilem ex teſtimonio D. Auguſtini libro ſuo de hæreſibus; fundamentum autem Pelagij euertimus titulo Gratia, hæreſi 3. quò recurrat Lector.*

Petrus verò Abailardus, de quo titulo Beatitudo hæreſi prima dictum eſt. Ioannes Vuicleph, de quo titulo Adoratio hæreſi prima dictum eſt. Ioannes Huſſ, de quo titulo Eccleſia hæreſi prima dictum eſt, & denique Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt, docent omnia fieri abſoluta neceſſitate, neque poſſe aliter fieri, quam fiunt, quare prorſus inutiles dicunt orationes, ac inanes eſſe, & hac de cauſa multi ex Lutheranis è caſtris ſuis eiecerunt prorſus orationem, tanquam inutilem, & licet Lutherus alibi approbet orationem, non miror, nam mos eſt hæreticorum minime ſibi conſtare.

Matth.6. COnuincitur, nam legitur Matth.6. quod Chriſtus docuit nos orare
Luc.9. ibi, *Pater noſter, qui es in Cœlis*, &c. & Luc.9. nobis dedit exem-
Matth.14. plum, quando aſſumpto Petro, Iacobo, & Ioanne aſcendit in montem
Iac.5. orare, & legitur Matth.17. *Hoc genus dæmoniorum non eijcitur, niſi in oratione, & ieiunio*, & B. Iacobus ſua epiſtola cap.5. plures orationis virtutes enumerat, inquit enim, *triſtatur aliquis veſtrum oret æquo animo, & pſallat*, inde etiam ſubdit *infirmatur quis in vobis inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum*, ecce quantum prodeſt oratio ad ſalutem corporis acquirendam; ſed modo audiamus, quid dicat D. Iacobus de ſalute animæ, *Confitemini*, inquit, *alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem,*
3.Reg.17. *vt ſaluemini*, legitur inſuper 3. Reg. 17. Elias homo erat ſimilis nobis

paſſi-

Digitized by Google

paſſibilis, & oratione orauit, vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & menſes ſex, & rurſum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum: demum Matth. 21. Saluator ait: *Quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis.* Matth. 21.

Demum Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Toletano IV. generale totius Hiſpaniæ, cui 70. Epiſcopi, ac alij pij viri interfuerunt, tam ex Hiſpania, quàm ex illa parte Galliæ Narbonenſis, quæ tunc Regibus Hiſpaniarum parebat, cui præfuit S. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus anno ſalutis 633. celebrato ſub Honorio I. Papa, & Heraclio Romanorum Imperatore cap. 9. ſuorum decretorum docet orandum eſſe; ibi orationem Dominicam magnificans. Et in Concilio I. Mileuitano generali totius Aphricæ, cui omnes Epiſcopi Aphricani interfuerunt, & ei præfuit Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis I. Aphricæ, anno ſalutis 402. celebrato ſub Innocentio I. Papa, & Arcadio, & Honorio Imperatoribus Romanis, cap. 8. ſuorum decretorum magnificat orationem Dominicã. Cõc. Tol. Conc. Mil.

Hæreſis Quarta.

Docet hæc hæreſis orandum eſſe in vniuerſali, non verò pro perſona ſingulari.

Auctor fuit Ioannes Vuicleph, de quo titulo Adoratio hæreſi prima dictum eſt.

Conuincitur, nam legitur Iob 42. vbi Deus præcipit Eliphat Themanitæ, vt rogaret Iob, vt oraret pro ſe, & duobus amicis ſuis, qui in repræhendendo Iob, Deum offenderant, quod & illis, & Iob talis oratio profuit, & legitur Act. 12. *Oratio autem fiebat ab Eccleſia ad Deum pro D. Petro,* & quod illi profuit, ibidem legitur, nam ab Angelo liberatur, & Theſſ. 1. rogat D. Paulus Theſſalonicenſes, vt rogent pro eo, vti etiam alibi, vti ad Rom. 15. 2. ad Cor. 1. & 1. ad Tim. 2. Hinc luce clarius patet orationes particulares in vtroque teſtamento commendatas eſſe laudatas, & imperatas. Iob 42. Act. 12. Theſſ. 1. Rom. 15. 2. Cor. 1.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi, anno ſalutis 1415. ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore, celebrato mille, & amplius Patrum, ſeſſ. 8. damnans Vuiclephi errores hunc etiam in ordine 19. ſub anathemate damnat. Conc. Cõſtantien.

TITVLVS ORDO SACRAMENTVM.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis ordinem ſacrum, nec ſacramentum eſſe, nec conferre gratiam; immo addit eccleſiam Dei ignorare ſacramentum ordinis,

Digitized by Google

ordinis, ſolum admittens Prædicatorem; docens prædicans eſſe ſacerdotem, non prædicans vero eſſe ſacerdotem æquiuocè.

Auctor eſt Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt.

1.Tim.4. COnuincitur, nam legitur 1.Tim.4. *noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum presbyteri*, quibus verbis ſatis conſtat, Timotheum in ſuſceptione ordinis ſacerdotalis accepiſſe gratiam, Act.6. & Act.6.& 13. legitur, Diaconos fuiſſe ordinatos per manuum impoſitionem, dando illis gratiam, de alijs ordinibus conſtat in Eccleſia fuiſſe eorum officia,& nomina tempore Apoſtolorum; nam B. Ignatius diſcipulus B. Ioannis Euangeliſtæ in epiſtola ad Antiochenſes, ait; *ſaluto ſanctum Presbyterum veſtrum: ſaluto Diaconos, Subdiaconos, Acolythos, Cantores, Lectores, Exorciſtas, Laborantes, Oſtiarios, ac Confeſſores*, & in Can. Apoſtolorum 42.& 43. innuitur diſcrimen inter Epiſcopum Sacerdotem; Diaconum,& Subdiaconum; Lectorem, atque Cantorem.

Conc. Carthag. Denique Eccleſia Vniuerſalis in IV. Concilio Carthaginenſi, anno ſalutis 398. celebrato ſexto Idus Nouembris ſub Anaſtaſio Papa, & Archadio, & Honorio Romanorum Imperatoribus 214. Epiſcoporum, cap. 1. & 2. ſuorum decretorum dat modum ordinandi Epiſcopum, in 3. cap. agit de ordinatione presbyteri, in 4. de ordinatione Diaconi, in 5. de ordinatione Subdiaconi, in 6. de ordinatione Acolythi, in 7. de ordinatione Exorciſtæ, in 8. de ordinatione Lectoris, in 9. de ordinatione Oſtiarij, quæ omnia in fonte poſſunt videri.

EX dictis remanet etiam conuinctus error Græcorum dicentium tres tantum eſſe ordines in Eccleſia, ſcilicet Epiſcopatum, Presbyteratum, & Diaconatum.

TITVLVS PAPA.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen duas præcipuè ortas hæreſes inueni. Prima docet Papam in Eccleſia nullam omnino habere auctoritatem, & hoc nomen Papa, dicit eſſe nomen inane.

AVctores primi fuerunt Græci; quibus ſerpens ille antiquus hoſtis hunc errorem perſuaſit, de quibus dictum eſt titulo Confirmatio: qui ab Eccleſia ſunt ſeparati ob Neſtorij, Dioſcori, & Eutichetis errores.

Armeni verò, de quibus titulo Adam, hæreſi tertia dictum eſt, Græcis adhæſerunt, & ſe ab Eccleſia diſiunxerunt immediatè poſt Concil. Chalcedonen-

donenſe; nam noluerunt recipere eius decreta, ſicque obedientiam Papæ contempſerunt.

Ignorantes verò Vualdenſes, de quibus titulo Baptiſmus hæreſi octaua dictum eſt; inimici omnibus Epiſcopis, docent omnes presbyteros eſſe pares, neque Papam poteſtate eſſe ſuperiorem alijs ſacerdotibus etiam dicunt, vti refert Aeneas Syluius libro de Origine Bohęmorum, cap.35. Aen.Sylu.

Vualdenſibus conſentit Marſilius Paduanus, de quo titulo Eccleſia, hæreſi quarta dictum eſt; & Ioannes Vuicleph, de quo titulo Adoratio, hęreſi prima dictum eſt, ac denique Ioannes Huſſ, de quo titulo Eccleſia, hæreſi prima dictum eſt. Hi omnes, tanquam diſcipuli magiſtrum ſequuntur Vualdenſes idiotas, ac impios.

Hanc deinde diu ſepultam ab inferis reuocauit perfidus Lutherus, vt faciliori modo quas excogitauerat impietates diſſeminare poſſet, de quo Luthero diximus titulo Abſolutio, hæreſi prima.

COnuincitur, nam Matth. 16. Chriſtus dicit Petro: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam: & quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in Cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum et in Cœlis.* Ex quibus verbis multa innuuntur ad Petri primatum ſpectantia. Primo eſt nominis mutatio, ex Simone enim dicitur Petrus, quæ res non fit ſine magno myſterio, nunquam enim Deus alicui nomen nouum imponit, quem non ad altam dignitatem extulerit, vti legitur Geneſ.17. de Abram, & Sarai, in inſtitutione Circuncißionis; nam dixit ei Deus: *Non amplius Abram, ſed Abraham, nec Sarai, ſed Sara vocabitur,* inſuper dixit Abrahæ Deus, ſcilicet, *eris Pater multarum gentium,* & Gen.32. de Iacob qui nomine mutato dictus eſt Iſrael: ſecundo dicitur, *ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam,* ideo dictus eſt Petrus, & illi ſoli dat Chriſtus claues regni Cœlorum, & licet Matth. 11. Chriſtus cæteris Apoſtolis claues dederit; non tamen omnium cœlorũ, ſed cœli; quare quod dixit Petro in plurali, dixit cæteris in ſingulari, inſuper legitur Luc.22. cum Chriſtus Apoſtolos docebat, quis illorum futurus eſſet maior, dixit: *Simon ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos,* quare per onus à Chriſto Petro impoſitum confirmandi Apoſtolos; manifeſtatur Petri Primatus. His additur, quod poſt orbem pacatum omnes Epiſcopi, & Chriſtiani Papã tanquam ſuperiorem reueriti ſunt, & omnia Concilia tam Generalia, quàm Prouincialia ab eo confirmata ſunt, & nomine Papæ ſemper legati ſederunt in Concilijs, vti legentibus Tomum Conciliorum patebit: immo Patres Conciliorum ſiue Orientales, ſiue Occidentales, ſemper confirmationem petierunt à ſummo Pontifice, & nõ ſolum in Concilijs Papa ſemper habuit Primatum, verũ etiã in litibus omnibus ſedandis; nam cum initio naſcentis Eccleſiæ orta eſſet quæſtio inter Orientales, & Occidentales de Paſchæ celebratione, qua de cauſa Polycarpus Epiſco-

Matth.16. Gen.17. Gen.32. Luc.22.

pus

pus Smirnæ diſcipulus B. Ioannis Euangeliſtæ Romam venit, vt Anicetum Papam tunc de hac re conſuleret, anno ſcilicet ſalutis 167. Cum verò Orientales ſemper vellent more Iudaico Paſcha celebrare, & Victori I. Papæ, & martyris oppoſitum præcipienti nollent obedire, anno ſalutis 198. ſub Seuero Romanorum Imperatore Ireneus Lugdunenſis Epiſcopus venit Romam (nam Victor Papa, præſertim ob hanc rem, volebat Aſiaticos excommunicare) rogans Victorem, vt deſiſteret, ne Eccleſia hac de cauſa turbaretur, & perpetuum diſſidium inter Orientales, & Occidentales inde maneret. Quare Victor Irenei conſilio acquieuit inſuper Athanaſius à Sede Alexandrina expulſus ab Arrianis, à Iulio I. Papa reſtituitur; ſimiliter D. Chryſoſtomus à ſua Sede Conſtantinopolitana expulſus ab Innocentio I. Papa reſtituitur, denique Gallia Hiſpania, ſemper fuerunt Romano Pontifici obedientes, præter vnum, aut alterum Epiſcopum hæreticum.

Conc. Cōſtantien. Hæc denique aſſertio damnatur ab Eccleſia Vniuerſali in Conc. Conſtantienſi ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore, mille, & amplius Patrū, anno ſalutis 1415. celebrato, nam ſeſſ. 8. damnans Vuiclephi errores, hunc etiam in ordine 41. ſub anathemate damnat.

CОntra hanc hæreſim ſcripſit Ioannes Echius volumen grande, & egregium de Petri primatu; ſcripſit etiam Ioannes Faber in magno opere, quod fecit contra Lutherum; ſcripſit denique Iacobus Latomus opuſculum de primatu Petri.

Hæreſis Secunda.

DOcet hæc hæreſis Papatum minime fundari in Euangelio; Papamq. nullam extra ſuam diæceſim habere poteſtatem.

Acta Marci Antonij de Dominis.

AVctor fuit Marcus Antonius de Dominis natione Dalmaticus, Patria Arbenſis, qui circa annum ſalutis 1552. ſub Paulo IV. huius nominis Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore mediante Sacro Baptiſmatis Sacramento à maculà originali ablutus, & deinde à parentibus omni cum pietate Chriſtiana educatus; ſtatim vt peruenit ad ætatem rationabilem ſacramento Confirmationis corroboratus, traditus fuit à parentibus Patribus Societatis Ieſu enutriendus, ſicq. iuxta placita ſanctæ Sedis Apoſtolicæ inſtructus fuit, & adhuc adoleſcens B. Ignatij conſtitutiones amplexus, & Societatem Patrum Ieſuitarum ingreſſus Veronæ annum probationis expleuit, vbi publicè humaniores litteras profeſſus eſt; deinde anno nouitiatus peracto, antequam presbyter conſecraretur. Patauium miſſus fuit, vbi in publicis gymnaſijs magno

audi-

Digitized by Google

auditorum concurſu Mathematicas diſciplinas docebat: demum Brixiæ à ſuperioribus ſuis conſtitutus fuit profeſſor publicus Rethorices, Logices, Philoſophiæq., ac ibi etiam diebus feſtiuis in templis conciones ſacras habebat; in quibus omnibus actionibus magna de ſe ſigna dabat quippe qui futurus eſſet magnus animarum cuſtos; hac de cauſa anno ſalutis 1596. ſub Clemente VIII. Papa, & Rodulpho Romanorum Imperatore promotus, & factus eſt Epiſcopus Segnienſis ſuis Patribus Ieſuitis, id ægrè ferentibus; quare Romæ conſecratus, & de more Sanctæ Romanæ Eccleſiæ profeſſione fidei emiſſa, & in confeſſione B.Petri poſita; ita in omnibus ſuis actionibus ſe pium Paſtorem, oſtendebat, vt in omnium opinione pro ſancto, & bono haberetur; licet intus venenatam haberet conſcientiam dilacerandi, ſcilicet, ac vti lupus rapax oues diſpergendi, vti exitus deinde acta probauit. Ab Epiſcopatu deinde Segnienſi ad Archiepiſcopatum Spalatenſem à Sanctiſſimo Papa Paulo huius nominis V. euectus eſt; in qua dignitate elapſis paucis annis ingratus tanti beneficij, ac tantæ celſitudinis à patre degenerans anno ſalutis 1616. ſub eodem Papa Paulo V. & Matthia Auſtriaco Romanorum Imperatore dęmone arreptus, & in reprobum ſenſum datus, ac plus ſapere volens quam oportebat, doctrinæ perfidi Lutheri, ac impij Caluini adhærens, omnes fere eorum falſas opiniones ſub erroneis prætextibus ex ſterquilinio exhumauit, eaſque ſub peruerſæ pietatis ſpecie apud ſe retinens, docens, ac prædicans ſimplices decipere non deſtitit, eoſque ſecum ad baratrum perditionis ducere conatur: quare falſa religione indutus rapit, & diſpergit oues non ſolum proprias, verumetiã alienas, ita nunc fauore Regis magnæ Britanniæ, à quo protegitur, diabolicam non ceſſat ore, & ſcriptis diſſeminare doctrinam. Quid enim latras miſer, & infælix apoſtata? non in locum ſaluationis, ſed perditionis, & in Caluini ſtabulum te contuliſti: vna eſt enim Vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus ſaluari poteſt, vti habet Sacroſanctum, & maximum Concilium Lateranenſe à Spirituſancto congregatum, anno ſalutis 1215. ſub Innocentio III. huius nominis Papa, & Othone IV. Romanorum Imperatore 1300. & amplius Patrum inter quos erant duo Patriarchæ Conſtantinopolis, ſcilicet, & Hieruſalem, 70. Archiepiſcopi, 400. Epiſcopi, 700. Priores Conuentuales, alijque Cæſaris, & Regum Hieruſalem, Galliæ, Hiſpaniẹ, Angliæ, & Cypri Oratores, quæ errare non poteſt; nam portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam. Egredere igitur de terra aliena, & de domo ſeruitutis, & reuertere ad domum Patris tui, & dic ei; Pater peccaui in Cælo, & coram te, iam nõ ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis; humiliare, pete veniam, & pia mater Eccleſia miſerebitur tui, ingemiſce caſum tuum, & exi de ſtabulo Caluini, & noli ſcripturam dilacerare, mancam facere, eamque ſenſui tuo aptare, noli eſſe incredulus, ſed fidelis; audi Saluatorem Petro, & eius ſucceſſoribus dicentem; & tu aliquando cõuerſus confirma fratres tuos, *niſi ſurdus, & cęcus*

Conc. Lat.

cum cæcis in foueam æternæ damnationis cadere vis. Deus enim quantum in ſe eſt vult omnes homines ſaluos fieri; tuum igitur eſt ſenſum ſuppeditare, & intellectum extollere: ad obedientiam itaque Eccleſiæ Catholicæ Romanæ inobediens reuertere, & noli timere, quod licet ſeptuagenarius, ſis tamen, vti veritas Petro dixit, non vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties remitti debet peccatum: declina igitur à malo, & fac bonum, ſpera in Domino, & paſceris in diuitijs eius. At quid aures obturanti dico; qui non ſolum hoc contentus, ſed inquietus magis proprium voluit extendere vexillum, venenum aſpidum ſub labijs ſuis, cuius os maledictione plenum eſt, & viam pacis nunquam cognouit: linguam ſuam ſerpentinam acuens erga Chriſti in terris Vicarium multas euomuit blaſphemias docens Papatum minime in Euangelio fundari; Romanumque Pontificem extra ſuam diœceſim Romanam nullam pœnitus habere auctoritatem, quod quam ſit erroneum, & à veritate Catholica alienum audiamus Sacram paginam, ſacraque Concilia à Spiritu ſancto edocta contra hunc exclamantia.

Luc.22. COnuincitur itaqne hæreſis, & ex Sacra pagina clarè habetur Papæ auctoritatem: legitur enim Luc.22. cum Chriſtus Apoſtolos docebat, quis illorum futurus eſſet maior, dixit; *Simon ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*, quare per onus à Chriſto Petro impoſitũ confirmãdi Apoſtolos; habetur Petri, & ſucceſ-

Ioan.6. ſorũ primatus in Eccleſia: quod etiã habetur ex Io.6. vbi expreſſe Chriſtus curam ſuarum ouium Petro commiſit, quando bis ei dixit, *paſce agnos meos*, & infra tertio dixit, *paſce oues meas*, quibus verbis apertiſſimè declarauit Chriſtus totum ouile tam agnorum, quàm ouium hoc eſt

Pſal.94. vniuerſalem Eccleſiam eſſe Petro commiſſam, nam vti legitur Pſal.94.

Ioan.20. *Nos ſumus populus eius, & oues paſcuæ eius*: inſuper legitur Ioan.20. *cum veniſſent ad monumentum Petrus, & Ioannes*, licet Ioannes citius præcurrerit Petro, & prior ad monumentum peruenerit, non tamen auſus eſt ante Petrum intrare in monumentum, honorem Petro tanquam ſu-

Act.1. periori exhibens: & Act.1. poſt Chriſti Aſcenſionem legitur, Petrum omnibus alijs ſermonem habuiſſe pro alio Apoſtolo in locum Iudæ proditori ſubrogando: quod ſi Petrus ſuperior non fuiſſet à Chriſto conſtitutus, ita arrogans non fuiſſet, vt pro cunctis ſermonem faceret; vti

Act.2. etiam legitur Act.2. quod pro omnibus in die Pentecoſtes multitudini

Act.3. ſatisfecit dicens ſe ebrios non eſſe; ſimiliter vti legitur Act.3. primus omnium fecit miraculum, quando aſcendens in templum ad horam orationis nonam claudum liberauit, nam ſicut alijs prior erat dignitate, & poteſtate; ita etiam erat prior virtute Dei, & Ioannes cognoſcens Petrum ſuperiorem in eius præſentia noluit quicquam tentare. Sic in omnibus concilijs Hieruſalem congregatis Petrus tanquam ſuperior ſurgens loquebatur. Ex quibus omnibus conijcitur, Petrum alijs Apoſtolis eſſe ſuperiorem: denique in recenſendis etiam Apoſtolis non idem ſemper ſeruatur ordo ab omnibus Euangeliſtis; nam Andream, quem

Matth.

Digitized by Google

Matth.cap.10.poſuit ſecundo loco, Mar.cap.1. ponit quarto loco: ſimiliter Thomas, qui à Matth.cap.10.ponitur ſeptimo loco, à Marco cap.1. & à Luca cap.6. ponitur octauo loco, & Petrus ſemper ordine non variato ab omnibus Euangeliſtis ponitur vbique in primo loco. Poſtremo à principio naſcentis Eccleſiæ ad hęc vſque tempora ſemper omnes ſancti, & Oecumenici Patres, & Doctores omnes tam Græci, quàm Latini Papam tanquam ſuperiorem venerati ſunt; nam D. Hieronymus in quadam Epiſtola ad Damaſum Papam ſcribens, ait; *ſi quid à nobis minus peritè, vel cautè factum eſt, à te cupimus emendari, qui fidem, & ſedem Petri tenes: & hæc eſt fides, Beatiſſime Pater, quam in Eccleſia Catholica didicimus*: ſimiliter omnia Concilia; quæ aliquid valuerunt à Papa ſemper, vel confirmata ſunt, vel nomine Papæ Legati in eis ſederunt, & non ſolum in Concilijs, verum etiam in rebus ſedandis; vti ſatis probauimus hæreſi ſuperiori, Papa ſemper primatum habuit, ad quem locum recurrat, & legat Lector. Matth 10. Marc. 1. Matth. 10. Marc. 1. Luc. 6. D. Hier.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi ſub Ioanne XXIV. huius nominis Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore 1000. & amplius Patrum diuerſarum prouinciarum anno ſalutis 1415. celebrato ſeſſ. 8. damnans Vuiclephi errores, hunc etiam in ordine 41. ſub anathemate damnauit.

Contra hanc hæreſim ſcripſit Ioannes Faber in magno opere quod contra Lutherum compoſuit.

Hæreſis Tertia.

Docet hæc hæreſis Papam niſi ſit bonus, & ſanctus, nullam omnino habere in Eccleſia Dei auctoritatem.

Auctores ſunt Pſeudoapoſtoli, de quorum magiſtro Gerardo dictum eſt titulo Apoſtoli, hæreſi ſecunda.

Gerardo adhærent Vuiclephiſtæ, de quorum Duce dictum eſt titulo Adoratio, hæreſi prima.

Hanc etiam aſſertionem tutatus eſt Ioannes Huſſ, de quo titulo Eccleſia hæreſi 1. dictum eſt. Quam doctrinam conuincemus titulo Poteſtas.

TITVLVS PASCHA.

Hæreſis Vna.

Fvit olim inter Aſiaticos quidam error, nam volebant ſemper Paſcha celebrare 14. Luna, quacunque die veniſſet; quoniam in lege veteri eo die ſemper Paſcha erat: Eccleſia vero ordinauit, vt in memoriam Domini-

cæ Reſurrectionis Paſcha die Dominico celebraretur, aliter facientes dicuntur hæretici Teſſareſtę decacitæ: ideſt quartadecimani.

Tertull. *AVctor fuit Blaſtus, de quo titulo Malum hæreſi 1. dictum eſt; vti teſtatur Tertullianus libello ſuo de hæreſibus; D. autem Auguſtinus libro de hæreſibus cap. 29. mentionem facit huius erroris, at primum inuentorem non expreſſit.*

Gal. 5. COnuincitur, nam legitur Gal. 5. quod D. Paulus ſcribens Galatis eos repræhendit, quoniam putabant obſeruandas eſſe cærimonias veteris legis cum Euangelio, & inter alia dicit, *dies obſeruatis tempora, menſes, & annos,* quibus verbis clarè oſtendit malam eſſe dierum obſeruationem ſecundum veterem legem.

Cõc. Nic. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. I. generali Nicæno 318. Patrum anno ſalutis 325. celebrato ſub Sylueſtro I. Papa, & magno Conſtantino Romanorum Imperatore ordinauit Paſcha ſemper celebrari debere die Dominico in memoriam Dominicæ Reſurrectionis.

TITVLVS PAVPERTAS.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen quattuor præcipuè ortas hæreſes inueni. Prima docet nullum poſſe peruenire ad regnum cælorum, niſi ſit pauper.

D. Aug. *AVctores fuerunt hæretici Apoſtolici, de quibus dictum eſt titulo Iuramentum hæreſi prima, vti teſtatur D. Auguſtinus libro de hæreſibus cap. 40.*

COnuincitur, nam primo nunquam fuit à Chriſto prohibitum aliquid poſſidere, & quod non eſt prohibitum, videtur conceſſum, & licet legatur, quod bonum ſit omnia propter Deum relinquere; Chriſtus tamen non prohibuit rem ipſam, ſed tantum affectum; nam quomodo Chriſti mandato ſatisfaciemus, ſcilicet dare potum ſitienti, & eſcam eſurienti, ſi nihil habebimus? ſimiliter quomodo reddemus, quæ ſunt Cæſaris Cæſari? & quæ ſunt Chriſti Chriſto? Chriſtus itaque ſolum affectum prohibuit, iuxta illud Pſal. 16. *Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere;* valeant ergo ſuperſtitioſi Apoſtolici. (Pſal. 16.)

Conc. Cõſtantien. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi, anno ſalutis 1415. celebrato ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore mille, & amplius Patrum ſeſſ. 8. damnans Vuiclephi errores hunc etiam damnauit.

Digitized by Google

Hæreſis Secunda.

D*Ocet hæc hæreſis ſolam paupertatem eſſe ſufficientem ad omnia peccata delenda.*

Acta Gulielmi Cornelij.

A*Vctor fuit quidam Gulielmus Brabantinus Antuerpiæ in inferiori Germania ortus; vti teſtatur frater Bernardus de Lutzemburgo in ſuo catalogo hæreticorum, qui fuit homo delicijs carnis deditus, diues admodum, at Vualdenſium lepra infectus: profitebatur enim ſe viuere ſub regula tertia D. Franciſci: omnibus itaque abrenuntiatis, docebat publicè paupertatem ſolam eſſe ſufficientem ad omnia peccata delenda, & melius eſſe publicam meretricem tenere; eaque carnaliter frui, & eſſe pauperem, quam eſſe diuitem, & caſtum. Qui floruit 1334. ſub Clemente VI. Papa, & Carolo IV. Romanorum Imperatore: quem autem finem, & quo tempore miſer Gulielmus habuerit ignoratur: hoc ſolum de eius morte habetur; quod cum in Eccleſia B. Virginis Mariæ ſepultus eſſet quadam die exhumatus miraculosè inuentus eſt, quare in cineres eius corpus redactum eſt.*

COnuincitur, legitur enim Exod. 23. *Pauperis non miſereberis in iudicio*: amplius ex tribus, quæ ſapiens odit, vti legitur Eccleſ. 28. eſt pauper ſuperbus, & ſi ſuperbus, ergo, & peccator, denique legitur 1. Cor. 13. *Si omnes facultates meas diſtribuero in cibos pauperum, charitatem autem non habeam nihil ſum.*

Exod. 23. Eccl. 28. 1. Cor. 13.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore mille Patrum anno ſalutis 1415. celebrato damnans errores Vuiclephi hunc etiam in ordine 44. ſub anathemate damnat.

Conc. Cõſtantien.

Hæreſis Tertia.

P*Vgnat hæc hæreſis cum ſuperiori, & docet paupertatem omnino eſſe inutilem.*

Acta Deſiderij Longobardorum Regis.

A*Vctor fuit Deſiderius vltimus Rex Longobardorum; nam Aiſtulpho Rege defuncto regnauit annis 18. at primo (viuente Aiſtulpho) fuit Rex Etruriæ, poſt cuius mortem totum regnum Longobardorum*

eſt

Digitized by Google

eſt acquiſitus pacificè, & hoc fuit anno ſalutis 756. Poſt cuius deinde Deſiderij mortem, quæ euenit anno ſalutis 774. anno 5. Pontificatus Adriani I. huius nominis Papæ; Longobardorum regnum finem habuit: nam cum Deſiderius Adrianum Papam oppreſſum teneret, miſit Adrianus oratores ad Carolum Magnum regem Francorum filium Pepini, rogans eum, vt eius auctoritate, auxilio, & ope de manibus Longobardorum liberaretur. Quare Carolus ſuperatis alpibus, & Longobardis in agro Vercellenſe victis, & in fugam poſitis: Deſiderius cum paucis militibus Papiam petijt; Carolus eum proſequitur, & in agrum Caianum exercitum ducit, vbi Deſiderius cum vxore, ac liberis capitur, & anno ſalutis 774. ducitur in Gallias, ac ibi moritur, ſub Conſtantino V. Romanorum Imperatore.

Quam deinde hæreſim tutatus eſt Gulielmus de S. Amando, de quo titulo Labor, hæreſi ſecunda dictum eſt; qui, vti diximus tractatum edidit contra mendicantes, præcipuè contra Minores, & Prædicatores, in quo tractatu conatus eſt perſuadere paupertatem habitualem eſſe licitam, non autem actualem; ideſt cum neceſſitas vrget, ſufficit habere promptitudinem aliquam ad relinquendum omnia, & ſecluſa neceſſitate docet paupertatem eſſe illicitam.

Matth. 19. HAnc hæreſim ſatis ſupra titulo Mendicitas cõfutauimus ad quem locum recurrat Lector; additur tamen hic, quod legitur Matt. 19. Chriſtum extuliſſe paupertatem, dicentem: *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & ſequere me.* Quid ad hæc dicet inobediens Deſiderius, qui merito regnum amiſit? quia & ipſe Regem Cœli, & Terræ, ac eius in terris Vicarium contempſit; quid autem de hac re Eccleſia ſenſerit proferamus.

Conc. Viẽnen. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Viẽnenſi ſub Clemente V. Papa, & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1311. celebrato 800. & amplius Patrum, hanc aſſertionem vti hæreticam damnauit.

Hæreſis Quarta.

DOcet hæc hæreſis viros eccleſiaſticos debere eſſe pauperes, & ſola contentos eleemoſyna.

HAnc confutauimus titulo Eccleſia, hæreſi quarta quo Lector recurrat.

Conc. Cõſtantien. Additur tamen hic quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1415. celebrato mille, & amplius Patrũ damnans ſeſſ. 8. errores Ioannis Vuicleph, hunc etiam in ordine 44. ſub anathemate damnauit.

TITV-

TITVLVS PECCATVM.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen duodecim præcipuè ortas hæreſes inueni. Prima negat peccatum originale.

Hvius erroris primus Magiſter fuit Pelagius de quo titulo Adam hæreſi 4. dictum eſt docens paruulos baptizari, non quia habeant originale peccatum, quod per baptiſmum remitti debet, ſed ideo paruuli baptizantur; quia nondum ſunt recepti in gratiam adoptionis filiorum Dei, ad quam per baptiſmum recipiuntur: docet enim paruulos, qui ſine baptiſmo decedunt, habere vitam quandam beatam, & æternam extra tamen regnum cœlorum.

Albanenſes, de quibus dictum eſt titulo Anima hæreſi 8. & ipſi huic errori adhærent.

Armeni autem docent nullum eſſe peccatum originale; fatentur tamen baptiſmum eſſe neceſſarium ad vitam æternam conſequendam, & dicunt paruulos fidelium, qui decedunt ſine baptiſmo, proficiſci ad Paradiſum Terreſtrem, non ad vitam æternam, infidelium verò deſcendere in infernum cum parentibus ſuis, de quibus ſatis diximus titulo Adam hæreſi 3.

Conuincitur, nam legitur 3. Reg. 8. *Non eſt homo qui non peccet*, & clarius Pſal. 5. *& in peccatis concepit me mater mea*, & ad Rom. 3. *ſicut per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: ita & in omnes homines mors pertranſiit:* quare Saluator Baptiſmum ordinauit, vti legitur Matth. vlt. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit*, & Ioan. 3. *niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spirituſancto non intrabit in Regnum Cœlorum*, denique legitur ad Rom. 3. *omnes peccauerunt, & egent gratia Dei*, ſi omnes ergo & paruuli, qui non peccauerunt peccato actuali; cum nondum peruenerint ad vſum liberi arbitrij.

3. Reg. 8. Pſal. 5. Rom. 3. Matth. vlt. Ioan. 3. Rom. 3.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in I. Concilio Mileuitano generali totius Aphricæ, anno ſalutis 402. celebrato ſub Innocentio I. huius nominis Papa, & Arcadio, & Honorio Romanorum Imperatoribus, in quo omnes Epiſcopi Aphricani conuenere, vel per ſe, vel per ſuos Vicarios, cui præfuit Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis I. Aphricæ Primas c. 2. ſuorum decretorum ſub anathemate damnat negantes paruulos recenſentes ab vtero matris baptizandos eſſe, ex eo quia nihil ex Adā traxere peccati Originalis. Et in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanotum Imperatore ſeſſ. 5. anno ſalutis 1546. celebrata 7. Iunij definiuit Eccleſia in decreto de peccato Originali, quod

Conc. Mil. Conc. Tri.

Digitized by Google

quod *ſi quis paruulos recentes ab vtero matris negat baptizandos, vel nil ex Adam trahere peccati Originalis anathema ſit.*

D.Aug. CONtra hanc hæreſim ſcripſit D.Auguſtinus in illo opere, quod dicitur Hippognoſticon lib. 5. ſimiliter libro de Baptiſmo paruulorũ.

Hæreſis Secunda.

DOcet hæc hæreſis omnes homines ante Chriſti paſſionem fuiſſe damnatos ob primorum parentum peccatum.

Gui. Car. *AVctores fuerunt Armeni, de quibus dictum eſt titulo Adam hæreſi tertia, vti Guido Carmelita teſtatur libro ſuo de hæreſibus.*

Matth. 8. COnuincitur hæc Armenorum inſania, nam legitur 1. Matth. 8. *Multi venient ab Oriente, & Occidente, & recumbent cum Iſaac,*
Luc. 16. *& Iacob in Regno Cælorum,* & Luc. 16. habetur exemplum Lazari in ſinu Abrahæ poſiti, & in multis locis Sacra pagina teſtatur Abel, Enoch, Moyſen, Abraham, Iſaac, Iacob, Dauid, &c. fuiſſe iuſtos, vti præcipuè
Hebr. 11. patet ex cap. 11. ad Hebr. Quare primos Parentes ante Chriſti aduentum fuiſſe non in inferno damnatos, vbi nulla eſt redemptio, at in loco tuto detentos pro ſalute recipienda in aduentu Saluatoris.

Conc. Flo. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Florentino ſub Eugenio IV. huius nominis Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore mille, & amplius Patrum, cui etiam interfuit Ioannes Paleologus Græcorum Imperator anno ſalutis 1439. celebrato hunc errorem Armenorum correxit.

Hæreſis Tertia.

DOcet hæc hæreſis peccatum non eſſe à libero hominis arbitrio, ſed à malo dæmone.

AVctor fuit Valentinus, de quo titulo Chriſtus hæreſi 2. dictum eſt. Valentino adhærent Manichæi, de quorum Duce Mane dictum eſt titulo Anima hæreſi 4.

Albanenſes verò docent, nullum fuiſſe futurum peccatum, ſi Dæmones non fuiſſent, qui homines tentatione ſua ad peccandum non impellerent; quare peccatum eſſe ſimpliciter à Dæmone docent nullo vero modo à libero hominis arbitrio: de his Albanenſibus diximus titulo Anima hæreſi 8.

Gui. Car. *Hanc denique tutati ſunt impij Armeni, vti Guido Carmelita refert in ſua ſumma de hæreſibus, de quibus dictum eſt titulo Adam hæreſi 3.*

COnuincitur, nam primo legitur Eccleſ. 15. Deus ab initio conſtituit hominem rectum, *Et reliquit eum in manu conſilij ſui*, & legitur in

Epiſtola

Epiſtola canonica Iacob.cap.1. *vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus*, non eſt ergo opus tentatione dæmonis, vt peccatum committi poſſit: demum ſi peccatum eſſet à Dæmone, non à libero hominis arbitrio fruſtra admoneremur à Ioanne cap.5. & à D.Paulo 1. ad Cor.15.vt peccatum relinquamus. 1.Cor.15.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc.IV. generali Chalcedonenſi anno ſalutis 452. celebrato ſub Leone I. Papa, & Martiano Romanorum Imperatore 630. Patrum, damnans omnes errores Manichæorum hunc etiam ſub anathemate damnauit, ac eorum libros comburi mandauit. Cōc.Chalced.

SCripſit contra hanc hæreſim ex profeſſo D.Auguſtinus in libris de libero arbitrio, & in libro 2.de moribus Eccleſiæ. D.Auguſt.

Hæreſis Quarta.

D*Ocet hæc hæreſis omne opus bonum quoquomodo recte factum, eſſe peccatum.*

Auctor eſt Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1.dictum eſt.

COnfutata remanet hæc hæreſis ex probatis titulo Opera, quo recurrat Lector.

Additur, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa,& Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.6. anno ſalutis 1547. 7.Ianuarij celebrata poſt datam de tali re definitionem in cap.16. hanc deinde Can.25. ſub anathemate damnat. Conc.Tri.

Hæreſis Quinta.

D*Ocet hæc hæreſis nullum peccatum, licet grauiſſimum imputari homini habenti fidem.*

P*Rimus Auctor huius fuit Aetius, de quo titulo Deus hæreſi ſexta dictum eſt.*

Quem errorem per annos 1250. ſepultum ab inferis reuocauit Lutherus docens ſolam fidem ſine operibus ſatis eſſe ad vitam æternam conſequendam, de quo Luthero diximus titulo Abſolutio hereſi 1.

QVam hæreſim ſatis confutauimus titulo Fides hæreſi ſecunda,quo recurrat Lector.

Additur, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa,& Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.6.anno ſalutis 1547. 7.Ianuarij poſt datam de tali re in cap.7.& 8. definitionem, hanc deinde Can.9. ſub anathemate damnat. Conc.Tri.

Digitized by Google

Hæreſis Sexta.

DOcet hęc hęreſis aliqua eſſe peccata irremiſſibilia, quę à nullo Sacerdote prorſus abſolui poſſunt.

Gui. Car. *AVctores (vti refert Guido Carmelita in ſua ſumma de hęreſibus) fuerunt Armeni, de quibus dictum eſt titulo Adam hęreſi 3.*

Matth. 16. COnfutatur hæc dementia primo, per id quod legitur Matth. 16. nam Chriſtus loquens Petro dixit: *Quodcunque ligaueris ſuper Terram, erit ligatum & in Cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper Terram, erit*
Matth. 18. *ſolutum & in Cœlis:* idipſum dixit Ieſus omnibus diſcipulis Matth. 18.
Ioan. 26. & Ioan. 26. dixit enim Ieſus: quodcunque non hoc, vel illud: & quando Armeni obijciunt, quod peccatum in Spiritumſanctum non remittitur, neque in hoc ſæculo, neque in futuro; hoc ideo eſt intelligendum de duritia cordis, quam homo tenet vſque in finem vitæ: ità Chriſtus
Matth. 12. docet Matth. 12. *Spiritus blaſphemia non remittitur neque in hoc ſæculo, neque in futurum,* non quod ſit ex natura ſua irremiſſibile, ſed quia peccator nunquam voluit ſe de illo pœnitere; ideo nunquam in hac vita remittetur; poſt mortem verò, etiamſi pœniteat non remittetur, quoniam in mortuo nil prodeſt confeſſio; quandiu enim viuit peccator, ex-
Rom. 2. pectatur à Deo ad pœnitentiam, vti legitur Rom. 2. ſi autem de peccatis pœnituerit quantumlibet grauibus, ſine dubio à Sacerdote *abſoluetur*, & ſic in hoc ſæculo peccata omnia licet enormia remittuntur; ſin vero pertinax perſeuerauerit in peccatis, theſaurizat ſibi iram in die iuſti iudicij Dei; huicque tali, non remittitur ei in hoc ſæculo, neque in futuro.

Conc. Flo. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concil. Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore mille, & amplius Patrum, anno ſalutis 1439. celebrato hunc Armenorum errorem cum omnibus alijs correxit, eoſque Eccleſiæ Romanæ vniuit.

Hæreſis Septima.

DOcet hęc hęreſis nullum peccatum capitale eſſe tolerandum, etiamſi permittatur gratia euitandi maius malum.

Aen. Sylu. *AVctores fuerunt Vualdenſes, de quibus dictum eſt titulo Baptiſmus hęreſi octaua, vti refert Aeneas Syluius libro de origine Bohęmorum cap. 35.*

Matth. 19. COnuincitur, nam legitur Matth. 19. quod Chriſtus loquens Iudæis dixit, quod Moyſes ad duritiam cordis eorum permiſit illis dimittere vxores ſuas, & tamen ab initio dixit Ieſus, *non fuit ſic, nam quod Deus coniunxit homo non ſeparet,* hoc autem fecit Moyſes vt maius malum vitaret;

Digitized by Google

taret; ſcilicet vxoricidium: & Matth. 13. legitur, quod paterfamilias præcepit ſeruis volentibus tollere zizania de medio tritici, vt ſinerent ea vſque ad meſſem, ne forte ſimul eradicarent & triticum; quæ parabola ſignificat, vti omnes ſanę mentis docent quandoque minus malum permittendum eſſe, vt maius euitetur. Matth. 13.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Toletano VIII. cui interfuerunt 52. Epiſcopi, 12. Abbates, ac alij abſentium Vicarij eique præfuit Orontius Emeritenſis Metropolitanus cæteris ſenior, anno ſalutis 633. ſub Martino I. Papa, à quo confirmatur, & ab Eccleſia recipitur, & ſub Conſtante Romanorum Imperatore cap. 2. ſuorum decretorum definiuit minus malum eſſe tolerandum quandoque vt maius euitetur; Quod autem ſit maius, vel minus malum, diſcreto intellectui relinquitur. Cōc. Tol.

Hæreſis Octaua.

Docet hęc hęreſis omnia peccata eſſe paria.

AVctor fuit Iouinianus, vti refert D. Auguſtinus libro de hęreſibus ad quod vult Deum cap. 82. de quo dictum eſt titulo Beatitudo hęreſi 7. D. Aug.

COnuincitur, nam legitur Matth. 5. *Qui iraſcitur fratrį ſuo, reus erit iudicio: qui dixerit fratri ſuo racha, reus erit conſilio: qui verò fatuã gehennæ ignis:* quare ex pœnarum differentia patet etiam differētia peccatorum; inſuper ex ſupra dictis peccatum in Spiritumſanctum grauius eſt quam peccatum in Patrem, & Filium; quod patet ex eo quia; peccatum blaſphemiæ non remittitur neque in hoc ſæculo, neque in futuro; denique veritatis magiſter Pilato loquens Ioan. 19. dixit ei, *qui me tibi tradidit maius habet peccatum*, quid igitur latrat carnalis, & garrulus Iouinianus? Matth. 5. Ioan. 19.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Mediolanenſi ſub S. Ambroſio, anno ſalutis 390. ex præcepto Syricij Papæ, qui eò tres Legatos Presbyteros Romanæ Eccleſiæ hac de cauſa, vt præſiderent, miſit, celebrato tempore Valentiniani Romanorum Imperatoris, 150. Patrum, inter quos erant ferè omnes Epiſcopi Galli, Iouinianum cum omnibus ſuis erroribus damnauit, eumque à Mediolano eiecit. Cōc. Med.

Hæreſis Nona.

DOcet hęc hęreſis ſemel per gratiam iuſtificatum, non poſſe amplius peccare.

AVctor fuit Iouinianus, de quo titulo Beatitudo hęreſi 7. dictum eſt, vti teſtatur D. Hieronymus lib. 2. aduerſus eundem. D. Hier.

Huic adhęret Pelagius, de quo titulo Adam hęreſi 4. dictum eſt, vti refert D. Auguſtinus libro ſuo de hęreſibus. D. Aug.

Digitized by Google

Hanc diu ſepultam in luto exhumarunt mendaces Begardi, & libidinoſę Beguinę, de quibus dictum eſt titulo Beatitudo, hęreſi 4. dicentes poſſe hominem in hac vita tantam perfectionem acquirere, vt omnino impotens reddatur ad peccandum.

1. Cor. 10. Matth. 6. COnuincitur, nam omni homini in hac vita dicitur 1. Cor. 10. *Qui ſtat videat, ne cadat*, & Chriſtus Matth. 6. docens nos orare dicit, *& dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, Ioan. 1. & Ioan. 1. ſua Epiſtola Canonica cap. 1. dicit, *ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt*. Mendaces igitur ſunt, & maligni ſupra nominati hæretici dicentes hominem eſſe talem in hac vita, qui peccare non poſſit. Hunc etiam errorem confutauimus titulo Gratia hæreſi ſecunda.

Conc. Viēnen. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Viēnenſi ſub Clemente V. Papa, & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore 800. & amplius Patrum, anno ſalutis 1311. celebrato, damnans Begardorum, ac Beguinarum errores, hunc etiam in ordine primū ſub anathemate damnauit.

Hæreſis Decima.

DOcet hęc hęreſis, nullum eſſe peccatum mortale pręter incredulitatem.

AVctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hęreſi 1. dictum eſt, cui adhęrent quotquot ſunt ex Lutherana ſecta.

QVæ hæreſis ſatis fuit confutata titulo Fides hæreſi ſecunda, quò Lector recurrat.

Conc. Tri. Additur, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. celebrata, poſt datam de tali re definitionem in cap. 15. hanc deinde Can. 27. ſub anathemate damnat.

Hæreſis Vndecima.

DOcet hęc hęreſis nullam eſſe differentiam inter peccatum mortale, & veniale.

AVctor fuit perfidus Caluinus, impij Lutheri diſcipulus, de quo titulo Gratia hęreſi 3. dictum eſt, in hoc tamen à ſuo Magiſtro Luthero diſcrepat; nam Lutherus docet, omne peccatum eſſe mortale.

ANtequam hanc aſſertionem locis Sacræ paginæ conuincamus, eſt ſciendum, quod peccatum mortale eſt illud, quod dat mortem,

nam

Digitized by Google

nam aufert gratiam, vti legitur Gen.3. de Adam, *In quacunque die comederis morte morieris:* & Hier.35. *Vnuſquiſque in iniquitate ſua morietur.* Gen.3. Hier.35.
Veniale verò, eſt quid leue commiſſum, & meretur leuem pœnam, ideſt temporalem, & dicitur veniale, quia aliquam veniam meretur. His ſuppoſitis conuincitur hæreſis: legitur enim Pſal.31. *Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam, & tu remiſiſti impietatem peccati mei:* & Prou. 24. *Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit; impÿ autem corruunt in malum,* & ad Heb.5. *Omnis namque Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in ÿs, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona pro peccatis, & ideo debet, vt quemadmodum pro populo ita, & pro ſemetipſo offerre pro peccatis, quoniam, & ipſe circundatus eſt infirmitate:* ex quibus conſtat eſſe aliqua peccata, quæ ſimul ſtant cum iuſtitia, quoniam non eſt tanta illorum malitia, vt illis aduenientibus ſtatim iuſtitia pereat: quare cum Sacerdos non poſſit offerre in peccato mortali, reſtat ò diabolice Caluinæ, vt pro quibus orat ſint tantum in veniali peccato, cum quibus concordat Iacobus in ſua Canonica Epiſtola cap.1. vbi docet aliqua eſſe peccata; quæ non ſunt mortalia, dicens: *Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus, deinde concupiſcentia cum conceperit parit peccatum, peccatum verò generat mortem:* ex quibus duo genera peccatorum habentur; primum, quod non eſt conſummatum, ſic nec mortem generat; quia fit ſine illa aduertentia, quæ eſt neceſſaria ad conſummationem peccati: alterum, quod eſt conſummatum, & generat mortem, & euenit, cum intellectus rectè aduertit, nec reprimere vult motus, immo conſentit. Hic etiam adnotandum eſt, quod tribus modis fit in nobis tentatio ſuggeſtione hoſtis, delectatione ſenſus, & conſenſu denique noſtrę fragilitatis: ſi ſuggerente hoſte delectari, aut conſentire peccato nolumus, tentatio hæc nobis eſt ad victoriam; ſi verò hoſtis ſuggeſtione à noſtra intentione recta paulatim abſtrahimur, delectando quidem offendimus, at nondum mortem ſumus aſſequuti; ſi denique tali delectatione intellectum rectè ſentientem applicamus iam mortem incurrimus. Igitur confiteatur carnalis Caluinus in ſterquilinio inuolutus, fœx incontinentiæ, & Lutheri fœda propago, peccata venialia longe differre à mortalibus, & temerarius deſinat arguere Patres ſacroſancti Concilij Tridentini.

Pſal.31. Prou.24. Hebr.5. Iac.1.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Iulio III. & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.4. anno ſalutis 1551. 15. Nouembris celebrata, poſt datam de tali re definitionem in cap.5. eam deinde in Can.7. de Sacramento Pœnitentiæ ſub anathemate damnat. Conc. Tri.

Hæreſis Duodecima.

COncedit hæc hæreſis diſcrimen inter peccatum mortale, & veniale; negat tamen poſſe tale diſcrimen cognoſci ex Sacra pagina.

AVctor fuit Ioannes Vuicleph, de quo titulo Adoratio hæreſi prima dictum eſt, docet enim ingratus Vuicleph primus huius hæreſis auctor,

ctor, quod omne peccatum hominis prædeſtinati eſt veniale, & hominis reprobi mortale.

Gen. 3. COnuincitur, primo de peccato Adam; nam legitur Gen. 3. *In quacumque die comederis morte morieris*, cuius præcepti per tranſgreſſionem commiſit Adam peccatum mortale, & tamen Adam peracta
Sap. 10. pœnitentia, ad vitam æternam prædeſtinatum fuit; vti legitur Sap. 10. *Qui primus formatus eſt à Deo, pater orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo*, ergo non omne peccatum hominis prædeſtinati eſt veniale: idem dicitur de Dauid, nam legitur 2.
2. Reg. 12. Reg. 12. quod Dauid ob peccatum adulterij cum Vria dictus fuit filius mortis à Nathan Propheta, & tamen Dauid fuit prędeſtinatus ad vitam æternam: erubeſcat igitur iniquus Vuicleph negare Sacram Scriptu-
Luc. 15. ram: inſuper legitur Luc. 15. de filio prodigo, qui *mortuus erat, & tamen reuixit:* ſcilicet vt omnes ſanæ mentis intelligunt, erat in mortali peccato inuolutus, & per pœnitentiam reuixit, ideſt ad Patrem, & Deum reuerſus eſt: itaque cum veniale peccatum non det mortem, vti hæreſi ſuperiori probauimus, remanet vt ex Sacra pagina optimè noſcatur differentia peccati mortalis, & venialis, quod præcipuè ex Epiſtola Cano-
Iac. 1. nica Iacobi cap. 1. cognoſcitur, vti hæreſi ſuperiori ſatis probauimus.

Conc. Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata Can. 17. hanc ſub anathemate damnat.

Tho. Vual. COntra hanc aſſertionem doctiſſime ſcripſit Thomas Vualdenſis libro de Sacramentis cap. 155.

TITVLVS PEREGRINVS.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis non eſſe impendendam Peregrinis humanitatem.

Acta Diotrephis.

AVctor fuit Diotrephes Aſiaticus in Epheſi Græciæ ciuitate ortus, & à D. Ioanne Euangeliſta ad fidem conuerſus, & baptizatus ac anno ſalutis 70. ſub Lino Papa, & Martyre, & Nerone Romanorum Imperatore in fide ab eodemmet Ioanne Euangeliſta inſtructus
Fr. Bern. *fuit; quare fit eius diſcipulus, & auditor, vt ipſemet Ioannes teſtatur, ac etiam frater Bernardus de Lutzemburgo in ſuo catalogo hæreticorum: anno verò ſalutis 75. ſub Lino Papa, & Martyre, & Veſpaſiano Romanorum Imperatore propria malitia, & iniquitate detegitur hereſiarca à condiſci-*

diſcipulis: itaque inſolens, ac ſuperbus de Eccleſia à B. Ioanne Euangeliſta eÿcitur, & excommunicatur: Quod ita venerabilis Beda teſtatur in expoſitione tertiæ Epiſtolæ Canonicæ B. Ioannis Euangeliſtæ: ipſe verò Diotrephes indignatione, & odio motus contra Ioannem Euangeliſtam publicè contraria mandatis Sacroſancti Euangelij: quare omnes verè Chriſti fideles cum illo partem non habebant, iuxta præcepta eis data à D. Ioanne; vti legitur in 3. eius Epiſtolà Canonica, immo eum in omnibus vitabant, & tanquam Eccleſiæ Dei accerrimum hoſtem fugiebant; quare miſerè moritur Diotrephes adhuc viuente D. Ioanne Euangeliſta, & in inferno ſepelitur. Beda. Ioan. 3.

CONUINCITUR, nam legitur Leuit. 23. *Poſtquam meſſueritis ſegetes veſtras, remanentes ſpicas ne colligeritis, ſed pauperibus, & peregrinis relinquite illas:* & Deut. 14. *peregrino, qui intra tuas portas eſt, dà vt comedat:* & legitur Iob 21. *foris non manſit peregrinus; oſtium meum viatori patuit*, denique legitur Matth. 25. vbi Saluator promittit ſe exprobraturum in die iudicij aliquibus hoc peccatum dicens, *hoſpes fui, & non recepiſtis me.* Leuit. 23. Deut. 14. Iob 21. Matth. 25.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Antiocheno ſub Dionyſio Papa, & Martyre, & Gallieno Romanorum Imperatore anno ſalutis *266.* infinitorum Patrum, vti narrat Euſebius lib. 7. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 22. non ordinaſſet, quod Peregrini non ſuſcipiantur ſine litteris commendatitijs ſuorum Epiſcoporum, ſi humanitas illis non eſſet impendenda. Conc. Antioch. Euſeb.

TITVLVS POENITENTIA.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen tres præcipuè ortas hæreſes inueni. Prima docet tres non eſſe partes Pænitentiæ, & dicit pænitentiam eſſe ſolum nouam vitam.

Auctor fuit Lutherus; de quo titulo Abſolutio hæreſi 1, dictum eſt.

CONUINCITUR, & iam de contritione, & confeſſione dictum eſt titulis proprijs, quos videat Lector nunc verò ſatisfactionem eſſe neceſſariam ex ſacris litteris probatur: legitur enim 2. Reg. 13. quod poſtquã Dauid pœnituerat de peccato adulterij Nathan Propheta ei dixit; *Dominus tranſtulit peccatum tuum*, adiunxit ſe ob peccatum commiſſum paſſurum multas calamitates, quas deinde paſſus eſt: & Dan. 4. legitur, quod Propheta Daniel adhortatus ſit Regem Babylonis, vt pœnitentiam pro peccatis faceret, ſic dicens, *peccata tua eleemoſynis redime:* peccata verò iuxta reatum culpæ non redimuntur eleemoſynis; quoniam quis poteſt facere eleemoſynam, & eſſe in peccato: itaque pœna peccato 2. Reg. 13. Dan. 4.

debita

Digitized by Google

debita eſt, valeat itaque Lutherus, qui audet abhominari ſatisfactionem: denique eleemoſynam ſatisfacere pro peccato teſtatus Saluator Luc. 11. Luc. 11. nam repræhendens Phariſæos de rapina, dicebat, *quod ſupereſt date eleemoſynam, & ecce omnia nuda ſunt vobis*, loquitur itaque Sacra pagina de pena non de culpa; nam exiſtens in peccato mortali, ſola eleemoſyna non facit pro expurgatione conſcientiæ.

Conc. Flo. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1439. celebrato, mille, & amplius Patrum pœnitentiam neceſſario diuidit, Conc. Tri. in contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem. Et in Conc. Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata, poſt datam in cap. 4. huius rei definitionem, hanc denique ſub anathemate in Can. 30. damnat.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis pœnitentiam, quæ oritur ex timore gehennæ eſſe noxiam, & inanem.

Auctor eſt Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt. Quam hæreſim titulo Contritio confutauimus, ad quem locum Lector recurrat.

Conc. Tri. Additur hic, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata Can. 8. hanc aſſertionem ſub anathemate damnat.

Hæreſis Tertia.

Docet hæc hæreſis ſemel lapſos in peccatum quantumlibet pœnituerint nunquam veniam conſequuturos.

D. Hier. *Primus Auctor fuit Montanus, de quo titulo Baptiſmus hæreſi 2. dictum eſt, vti teſtatur D. Hieronymus lib. 2. aduerſus Iouinianum.*

Hanc etiam diu ſepultam renouauit, ac auxit Nouatus Catharorum magiſter, de quo titulo Nuptiæ hæreſi 2. dictum eſt, vti refert Euſebius Cæſarienſis lib. 6. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 38.

Conuincitur, nam fruſtra rogaret Deum peccatore de remiſſione, Iob 41. vti legitur Iob 41. *Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parce pec-* Pſal. 50. *catis meis*, & Pſal. 50. *Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam* Sap. 11. *tuam*: & Sap. 11. *Diſſimulat Deus peccata hominum propter pœnitentiam*, Eccl. 21. & Eccleſ. 21. *Fili peccaſti, ne adijcias iterum, ſed deprecare, vt tibi dimittantur,*

Digitized by Google

tantur, & Matth. 9. *euntes diſcite, quid eſt miſericordiam volo, & non ſacrificium, non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam*, & Pſal. 102. *qui ſanat omnes infirmitates tuas*, & denique Luc. 15. habemus exemplum filij prodigi, qui à Patre receptus fuit in eodem honore. Quid igitur latrat Montanus, & Nouatus immundus? audiamus modo, quid Eccleſia de hac re definierit. Pſal. 102. Luc. 15.

Poſtremo Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Romæ celebrato ſub Cornelio Papa, & Martyre, & Gallo, & Voluſiano Romanorum Imperatoribus anno ſalutis 255. omnes errores Schiſmatici Nouati damnauit, eumque maledixit. Et in Conc. I. generali Nicæno ſub Syluestro I. Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore 318. Patrum anno ſalutis 325. celebrato prohibet Eccleſia recipi ad communionem Nouatianos, niſi prius abiurent hanc hæreſim. Denique in Conc. Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata, poſt datam de tali re in c. 14. definitionem; hanc denique ſub anathemate in Can. 29. damnat. Conc. Ro. Cōc. Nic. Conc. Tri.

TITVLVS POTESTAS.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis omnem poteſtatem tam Eccleſiaſticam, quàm Laicalem amitti per peccatum mortale.

AVctores fuerunt Apoſtolici, de quibus titulo Iuramentum hæreſi ſecunda dictum eſt; vti teſtatur D. Bernardus ſermone 66. ſuper Cantica. D. Bern.

His adhærent Vualdenſes, docentes non eſſe illis parendum, qui mortalis culpæ rei ſunt, de quibus dictum eſt titulo Baptiſmus hæreſi octaua, vti refert Aeneas Syluius libro de origine Bohæmorum cap. 35. Aen. Sylu.

Vualdenſes ſequuntur Vuiclephiſtæ, de quorum Duce dictum eſt titulo Adoratio hæreſi 1. ac etiam Huſſitæ, de quorum Magiſtro dictum eſt titulo Eccleſia hæreſi prima.

COnuincitur, nam legitur Hier. 27. quod Deus vocat Regem Nabuchodonoſor, & tamen erat homo peſſimus: *Et ego Deus dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor Regis, & ſeruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius*, & Matth. 23. *ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, quæcunque dixerint vobis, facite, ſecundum opera autem eorum nolite facere*, & legitur Ioan. 11. quod Caiphas Pontifex ſententiat aduerſus Chriſtum; quare poſſibile eſt vt ſit Papa, Imperator, Rex, Cardinalis, Epiſcopus, &c. & ſit homo peccator, huc ſpectat quod legitur Matth. 5. *Qui Solem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos*, etiam *donat regna iuſtis, & peccatoribus.* Hier. 27. Matth. 23. Matth. 5.

Conc. Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 7. anno ſalutis 1547. 3. Martij celebrata Can. 12. ſub anathemate errorem hunc damnat, dicens: *Si quis dixerit miniſtrum in peccato mortali exiſtentem non conficere anathema ſit.* Et in Conc. Conſtantienſi ſub Ioanne XXIV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore mille, & amplius Patrum, anno ſalutis 1415. celebrato, damnans ſeſſ. 8. errores Vuiclephi, hunc etiam in ordine 4. ſub anathemate damnauit.

Conc. Cōſtantien.

Tho. Vual. Contra hunc errorem ſcripſit Thomas Vualdenſis in 1. Tomo doctrinalis fidei antiquæ lib. 3. cap. 81. 82. & 83.

TITVLVS PRÆCEPTVM.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen quattuor præcipuè ortas hæreſes inueni. Prima docet, in lege Euangelica, nullum eſſe præceptum.

Auctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt, quem tota eius ſchola ſequitur, quamque aſſertionem hanc præcipuè ſcriptis amplexati ſunt eius primarij diſcipuli.

Matth. 18. Conuincitur, nam quàm ſit à fide aliena hæc aſſertio legitur Matth. 18. *Euntes docete omnes gentes*, per quæ verba eſt ſignum, quod Chriſtus dedit ſuis diſcipulis præcepta gentibus docenda, quod confirmatur Matth. 19. nam cum Chriſtus interrogaretur, quæ eſſent mandata reſpondit *non occides, non mœchaberis, non furtum facies*, &c.

Matth. 19.

Conc. Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata, poſt datam definitionem in cap. 11. de tali re; hanc deinde in Can. 19. & 20. ſub anathemate damnat.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis nullum eſſe diſcrimen inter conſilium, & præceptum, neque in Euangelio nullum eſſe conſilium, at omnia eſſe præcepta.

Auctores vnanimiter ſunt omnes Lutherani, prorſus autem ignoro, an hanc doctrinam à ſuo Magiſtro Luthero acceperint, necne, cum Lutherus doceat oppoſitum; nec tamen miror, nam hæretici ſemper

Digitized by Google

ſemper inter ſe ſunt pugnaces: immo idem hæreticus ferè ſemper oppoſitum protulit, & docet.

COnuincitur, & primo ſciendum quod præceptum eſt lex obligans ad obſeruationem eos, quibus datur. Conſilium vero eſt ad bonum adhortatio. His ſic poſitis legitur 1. Cor. 7. *De virginibus præceptum non habeo conſilium autem do*, ecce ò perfidi Lutherani diſtinctionem inter conſilium, & pręceptum, & Matth. 19. poſtquam Saluator præcepit ne quis ſub pœna peccati committat adulterium, &c. demum conſilium dat, vt *ſi quis vult eſſe perfectus, vendat omnia, & eroget pauperibus*, vbi adnotandum eſt verbum, *ſi vis eſſe perfectus*, eſſe verbum voluntarium. 1. Cor. 7. Matth. 19.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. huius nominis Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1439. celebrato, mille, & amplius Patrum; hanc aſſertionem damnauit. Cóc. Flor.

Hæreſis Tertia.

DOcet hæc hæreſis, nihil eſſe Deo gratum, niſi quod eſt ab eo præceptum.

Auctores ſunt Lutherani omnes.

Acta Ioannis Spangebergi.

HAnc præcipue eſt tutatus Ioannes Spangebergus in ſua Margarita Theologica titulo de conſilijs. Hic Ioannes Spangebergus fuit Germanus, & fidiſſimus Lutheri diſcipulus, nam anno ſalutis 1536. à Catholica fide deficiens conuertitur ad Lutheri luem ſub Paulo III. Papa, et Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore. Hic peſſimus Ioannes Spangebergus erat non ſolum verſatus in ſcholaſticis diſciplinis, verum etiam in vtroque iure, & ita doctrinam Lutheranam amplexatus eſt, vt pro eius defenſione multa volumina erroribus plena in lucem dederit, & præcipuè diabolicum librum inſcriptum Margarita Theologica (quę propriori vocabulo dicenda videtur Margarita Diabolica) fuit ad Concilium Tridentinum cum ſaluo conductu, multas habuit cum Patribus diſputationes, & confuſus, nec per hoc caſum ſuum ingemuit; immo pertinax, ac magis induratus diſceſſit, quem autem finem habuerit, aut quo tempore, vel loco cum Diabolo dormierit apud neminem vidi; hoc ſolum certum ſcio, eum in pertinacia defeciſſe.

COnuincitur, nam Patres veteris legis multa bona opera fecerunt; quæ à Deo minime præcepta erant, & tamen erant illi grata, nam 1. Noe Gen. 8. exſiccato diluuio, voluntariè ædificauit altare, & obtulit Gen. 8.

Dan.10. ſuper illud holocauſta Domino, & Dan.10. legitur, quod cum Daniel nullum haberet præceptum ieiunandi, tamen corpus ſuum ieiunijs caſtigabat, & in lege noua multa millia hominum pro Chriſto ſuſtinuerunt afflictiones, opprobria, perſequutiones, & martyria; quæ Deo erant grata, non tamen ab eo præcepta: lector Acta Apoſtolorum præcipue perluſtret, & clarè videbit, quæ diximus.

Conc.Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata cap.16. oppoſitum definit, ac docet.

Hæreſis Quarta.

Docet hæc hæreſis, Deum nobis impoſſibilia præcepiſſe, vt amare Deum, & proximum, &c.

Auctor eſt Lutherus, de quo titulo Abſolutio, hæreſi 1. dictũ eſt, quem ſequuntur quotquot ſunt ex eius ſchola, nam non poſſumus, dicit Lutherus, in hac vita perfectè amare Deum; ratio dicit Lutherus, quia alia etiam, exiſtentes in hac vita, neceſſe eſt vt amemus præter Deum.

Matth.11. Ioan.3. Conuincitur hęc maligna inſania faciliter, nam Saluator Matth.11. ait, *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue*, & Ioan.3. *ſi quis diligit me ſermonem meum ſeruabit*, & in 1. Ioan. Epiſtola cap.5. habemus mandata Dei minime eſſe grauia, cum amore fiant, & ſeruentur.

Conc.Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata, poſt datam de tali re definitionem in cap.11. hanc deinde Can.18. ſub anathemate damnat.

Ioan.Roſ. Contra hanc hæreſim doctiſſimè ſcripſerunt Ioannes Roffenſis Epiſcopus, & Iacobus Latomus.

TITVLVS PRÆDESTINATIO.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen duas præcipue ortas hæreſes inueni. Prima docet piè viuentibus non prodeſſe bonorum operum laborem, ſi à Deo ad mortem ordinati ſunt, & impijs non obeſſe ſcelera ab eis commiſſa, ſi Deus eos ad vitam æternam prædeſtinauit.

Hæc hæreſis recitatur à Sigiberto in ſuis Cronicis nullo nominato auctore, & pariter à fratre Bernardo de Lutzemburgo in ſuo hæreticorum catalogo:

Digitized by Google

logo: creditur tamen hunc errorem fuiſſe Iouiniani, ac Pelagij, vti ex eorum ſupra narratis dogmatibus colligi poteſt.

Quam etiam renouauit poſt mille annos Ioannes Huſſ, de quo titulo Eccleſia hæreſi 1. dictum eſt, & huius peſtiferæ doctrinæ defenſores vocantur ab opere hæretici prædeſtinati. Quæ maligna doctrina bonos auertit ab exercitio bono, & impellit malos ad ſcelera committenda.

COnuincitur, primo exemplo Cain Gen.4. nam primo illum fuiſſe damnatum nullus dubitat, nam deſperatus de diuina miſericordia dixit, *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear*, & cum Deus non reſpexiſſet ad eius munera iratus eſt Cain, & dixit ei Deus, *quare iratus es? nonne ſi bene egeris, bene recipies?* ſecundo eſt exemplum Dauid, vti legitur 2.Reg.12. qui Dauid licet fuiſſet à Deo ad vitam æternam prædeſtinatus, tamen ob peccatum homicidij, & adulterij dictus fuit à Nathan filius mortis, denique eſt exemplum D. Petri, & D. Pauli, nam vnus negauit Chriſtum ore, alter fuit blaſphemus, & per conſequens, ambo peccatores, & filij mortis; vti ipſimet confitentur, tamen peracta pœnitentia, vnus fit Princeps Apoſtolorum, alter verò vas electionis. Gen.4. 2.Reg.12.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1415. celebrato, mille, & amplius Patrum damnans errores Ioannis Huſſ, hunc etiam in ordine quintum ſub anathemate damnauit. Conc. Cõſtantien.

Hæreſis Secunda.

DOcet hæc hæreſis, hominem ſine ſpeciali Dei adiutorio ſcire ſe eſſe in gratia, & eſſe ad vitam æternam prædeſtinatum.

Auctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt.

SAtis conuincta remanet hæc hæreſis titulo Gratia, hæreſi 3. quo recurrat Lector, nam ſi homo non eſt certus de ſua iuſtificatione, nec conſequenter etiam de ſua prædeſtinatione.

Additur hic, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata, poſt datam de tali re definitionem in cap.12. & 13. hanc deinde Can.16. ſub anathemate damnat. Conc.Tri.

TITVLVS PRÆDICATIO.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hæreſis poſſe omnes homines pro libito ſine ſuperiorum ſuorum licentia prædicare.

Auctores

AVctores ſunt Vualdenſes, de quorum perfido, & idiota Duce dictum eſt titulo Baptiſmus hæreſi 8. vti refert Aeneas Syluius libro de origine Bohæmorum.

His adhærent Vuiclephiſtæ, de quorum iniquo magiſtro dictum eſt titulo Adoratio hæreſi 1. & Huſſitæ, de quorum infami præceptore dictum eſt titulo Eccleſia hæreſi 1. addentes, quod deſinentes prædicare ob ſuperioris prohibitionem eo ipſo ſunt excommunicati.

Rom. 10. COnuincitur, nam legitur ad Rom. 10. *Quomodo prædicabunt niſi*
Ioan. 1. *mittantur*, & Ioan. 1. *fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioan-*
Hier. 13. *nes:* ecce à Deo Ioannes miſſus prædicat, & Hier. 13. *non mittebam Prophetas, & ipſi currebant, non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant*, & deni-
2. Cor. 11. que D. Paulus ad Cor. 2. cap. 11. & alibi etiam, dicit ſe eſſe Apoſtolum à Deo miſſum. Hic ſciendum eſt quattuor eſſe genera Apoſtolorum: primum eorum, qui mittuntur à Deo, vt Eſaias, & duodecim Apoſtoli; ſecundum eorum, qui à Deo quidem, ſed per hominem mittuntur, vti Ioſue Deo annuente per Moyſen mittitur; tertium eorum, qui ab homine ſolum mittuntur, non à Deo, vt ſunt illi, qui fauoribus Regum, & Ducum Abbates, vel Epiſcopi fiunt: quartum denique eorum, qui à ſe ipſis, vti hæretici: dico prima genera bona ſunt; tertium toleratur: quartum vero genus eſt peſſimum: ſecundo eſt ſciendum, quod ob multas cauſas poteſt prohiberi prædicatio: primo ſi paſtor dimiſſis proprijs ouibus, voluerit in aliena diœceſi prædicare: ſecundo ſi adeſt contemptus, qui contemptus, vel cauſatur à malitia auditorum, vel prædicatoris, cum verbi gratia, alicuius vita publicè mala eſt, tunc ſuperior non ſolum poteſt, verum debet ei ob ſcandalum prædicationem prohibere: debet etiam ex officio Epiſcopus prohibere prædicationem adoleſcentibus ob grauitatem; nam Chriſtus vti etiam eius præcurſor ante trigeſimum annum non cępit prædicare, quæ ætas maxime eſt perfecta, & Eccleſia, à Spiritu ſancto edocta, ordinauit (& optimè) nullum ante trigeſimum annum poſſe prædicare, nec poſſe in Epiſcopum ordinari. Denique illis debet prohiberi prædicatio, qui Eccleſiam Dei perturbant: vti nos adhor-
Gal. 1. tatur D. Paulus ad Gal. 1. ibi *ſunt aliqui, qui vos perturbant, & volunt peruertere Euangelium Chriſti.*

Conc. Cō- Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi ſub Ioanne
ſtantien. XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore anno ſalutis 1415. celebrato, mille, & amplius Patrum ſeſſ. 8. damnans Vuiclephi errores, hunc etiam in ordine 13. ſub anathemate damnat.

TITVLVS PRÆSCIENTIA.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hæreſis, Deum ex ſe non præſcire aliquod malum, ſed per aduerſarium ſuum Dæmonem.

Auctores

A*Vctores fuerunt Albanenſes, de quibus titulo Anima hęreſi 8. dictum eſt, vti refert Guido Carmelita in ſua ſumma de hęreſibus.* Gui. Car.

COnuincitur, nam legitur de vtroque malo Exod. 6. exemplum Pharaonis, vbi Moyſes primo prædixit peccatum Regis, quod eſt malum culpæ, ſecundo plagas, quod eſt malum pœnæ: & Ioan. 6. *Sciebat enim Ieſus quis eſſet eum traditurus:* & Luc. 19 videns Ieſus ciuitatem Hieruſalem fleuit ſuper eam: ecce quod Ieſus plagas, & multas calamitates præſcit; Quid igitur latrant Albanenſes ſileant, & cum eorum Duce Mane in inferno ſepeliantur. Exod. 6. Luc. 19.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. Papa, & Federico I. Romanorum Imperatore anno ſalutis 1179. 5. Martij celebrato, 300. Epiſcoporum diuerſarum prouinciarum hos, & alios etiam Albanenſium errores damnauit. Conc. Lat.

TITVLVS PROPHETA.

Hæreſis Prima.

C*Irca hoc nomen duas pręcipuè ortas hęreſes inueni. Prima docet prophetias eſſe falſas, quia Prophetę contrario ſpiritu prophetauerunt.*

A*Vctor fuit Apelles, de quo titulo Chriſtus hęreſi ſecunda dictum eſt, vti refert Euſebius Cæſarienſis lib. 5. hiſtorię Eccleſiaſticę cap. 12. & in hunc errorem Apelles cecidit, quia neſciebat conciliare dicta prophetarum.* Euſeb.

COnuincitur, nam legitur Luc. 1. *Loquutus eſt Deus per os ſanctorum, qua à ſaculo ſunt prophetarum eius:* & ad Heb. 1. *multifariam, multiſque modis olim Deus loquens in patribus, nouiſſimè vero loquutus eſt in filio,* & D. Petrus 1. ſua Epiſtola cap. 1. ait, *non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia; ſed Spirituſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines.* Luc. 1. Hebr. 1. 1. Pet. 1.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio I. generali Nicæno 318. Patrum anno ſalutis 325. celebrato ſub Syluestro I. Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore hanc cum Apelle auctore damnauit. Cóc. Nic.

Hæreſis Secunda.

D*Ocet hęc hęreſis Prophetas fuiſſe arreptitios, nec ea, quę dicebant intellexiſſe.*

Auctor fuit Montanus, de quo titulo Baptiſmus hęreſi 2. dictum eſt.

Montano

Montano adhęret Priſcillianus hæreſum omnium ſentina, ex teſtimonio fratris Bernardi de Lutzemburgo in catalogo hęreticorum, de quo Priſcilliano diximus titulo Anima, hęreſi 9.

Fr.Bern.

1.Reg.11. Conuincitur, nam legitur 1.Reg.9. quod qui nunc dicitur Propheta, olim dicebatur videns: ergo & intelligens, nam etiam eorum Eſai.1. prophetiæ vocabantur viſiones, vti legitur Eſai.1. *Viſio Eſaiæ Prophetæ*, & 1.ad Cor.14. D. Paulus clarè docet Prophetas eſſe intelligentes: quare concluditur huius hæreſis auctores fuiſſe hæreticos arreptitios, & à Dæmone agitatos, prophetas verò à Deo inſpiratos fuiſſe, & intelligentes.

Cōc.Brac. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio I. Bracarenſi ſub Ioanne III. Papa, & Iuſtiniano Romanorum Imperatore octo tantum Epiſcoporum Prouincię anno ſalutis 563. celebrato auctoritate eiuſdem Ioannis III. quare ab Eccleſia receptus fuit, hunc cum omnibus Priſcilliani erroribus damnauit: auctoremque excommunicauit, ac ab Eccleſia eiecit.

TITVLVS PVRGATORIVM.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen quattuor ortas hęreſes pręcipuè inueni. Prima negat purgatorium.

Gui. Car. *Auctores ſunt Gręci de quibus dictum eſt titulo Confirmatio, & Armeni, de quibus dictum eſt titulo Adam hæreſi 3. vti Guido Carmelita in ſua ſumma de hęreſibus refert.*

Gręcis, & Armenis adhęrent pauperes de Lugduno, de quibus dictum eſt titulo Baptiſmus hęreſi octaua, vti refert Aeneas Syluius libro de origine Bohęmorum.

Lutherus denique magnam de Purgatorio profert inſaniam, nam concedit quidem Purgatorium; illud tamen eſſe ex Sacris litteris probari minimè poſſe dicit: memento inique Luthere illius, quod iam dixiſti; nempe nil credendum, quod non oſtendant Sacrę litterę: ſi Sacrę litterę Purgatorium non docent, quare illud credis? non miror, nam mos eſt hęreticorum, vt nunquam ſibi conſtent, & corde leues ſint, ſicuti nunc Lutherus, de quo diximus titulo Abſolutio hęreſi prima.

Eſai.35. Conuincitur itaque hæreſis, primo enim in illa futura beatitudine nullam maculam futuram eſſe teſtatur Eſai.35. *Via ſanctorum vo-* Apoc.21. *cabitur non tranſibit per eam pollutus*, cui etiam conſentit Apoc.21. *non intrabit* (inquit) *aliquid in ea coinquinatum, ciuitas enim ſancta eſt:* quam Epheſ.5. vti legitur Eph.5. *Chriſtus ſanguine ſuo ſanctificauit, mundans illam lauacro*

tro aquæ in verbo vitæ, debent igitur animæ purgari, antequam intrent in gloriam Dei, quæ purgatio fit in Purgatorio: inſuper Eccleſia, edocta à Spirituſancto, orat ſolum pro illis, qui ſunt in Purgatorio, non pro illis, qui ſunt in inferno, vbi nulla eſt redemptio, & Eccleſiæ definitiones ſunt tanti valoris, quanti eſt Sacra pagina, vt libro Prohemiali cap. 9. probauimus: præterea legitur Matth. 12. quod *quicunque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei, qui autem dixerit contra Spiritumſanctum, non remittetur ei, neque in hoc neque in futuro ſæculo*, ex quibus clarè patet eſſe aliquas culpas, quæ in futuro ſæculo remittuntur; nam ſi hoc non eſt verum fuit ſuperfluum dicere in futuro ſæculo, & tamen quis erit tam temerarius, vt audeat dicere, Chriſtum dixiſſe ſuperflua? nullus certè verè Chriſtianus, immo nec hæreticus. Matth. 12.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Florentino ſub Eugenio IV. huius nominis Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1439. celebrato mille, & amplius Patrum definiuit, quod pœnitentes in charitate decedentes, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de cōmiſſis, & omiſſis ſatisfecerint, eorum animas pœnis Purgatorij purgari: ad quod Concilium Græci cum ſuo Imperatore, & Patriarcha conuenerunt, & hanc, & alias inſuper Eccleſiæ definitiones libenter tunc ſuſceperunt. Cōc. Flor.

Contra hanc hæreſim ſcripſit Ioannes Echius opus diffuſum quattuor libris partitum. Ioā. Ecch.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis animas in Purgatorio mereri, & demereri.

Auctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt.

Conuincitur, nam legitur Eccleſ. 6. *Quodcunque poteſt facere manus tua inſtanter operare; quia nec opus, nec ſapientia, nec ſcientia apud inferos, quo tu properas praualebunt*; & Ioan. 6. *venit nox in qua nemo poteſt operari*, & ad Gal. vlt. legitur *dum tempus habemus operemur bonum*, nam legitur ad Cor. 2. c. 5. *omnes nos manifeſtari oportet ante Chriſti tribunal, ut vnuſquiſque referat propria corporis prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.* Eccl. 6. Ioan. 6. Gal. vlt. 2. Cor. 5.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Conc. Tridentino ſub Pio IV. & Ferdinando Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 9. anno ſalutis 1563. 3. Decemb. celebrata, decreto de Purgatorio, hanc aſſertionem dānauit. Conc. Tri.

Contra hanc ſcripſit Ioannes Roffenſis Epiſcopus, in libro edito contra Lutheri articulos articulo 37. Ioan. Rof.

Hæreſis Tertia.

Docet hæc hæreſis animas in Purgatorio non eſſe ſecuras de ſua ſalute.

Digitized by Google

AVctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt, quæ hæreſis à ſuperiori deducitur, itaque ſuperiori proſtrata, hæc etiam ſuperata remanet.

COnuincitur tamen, & primo ab ingrato Luthero peto: Animæ, quæ purgantur, vel ſunt extra periculum, vel non: ſi ſunt in periculo, tunc purgatorium erit ſicut vita præſens, quod falſum eſt, nam legitur
Iob 7. Iob 7. *Quod militia eſt vita hominis ſuper terram*, ſi ſunt extra periculum, ergo debes fateri eas eſſe certas de ſua ſalute, forſan addere vis perfidiam perfidiæ dicendo, ſi animæ eſſent certæ de ſua ſalute Eccleſia orando pro eis non diceret, *à porta inferi erue Domine animas eorum*, & *libera Domine animas defunctorum de pœnis inferni:* ad hoc reſpondetur, quod ſæpe in Sacris litteris ob loci vicinitatem, & pęnarum ſimilitudinem purgatorium vocatur infernus, & quod ſit verum locus ſanctorum Patrum: qui locus in Sacra pagina vocatur ſinus Abrahæ; ſæpe vocatur nomine inferni, & nomine lacus, cum tamen mitius in illo animę tracta-
Pſal. 48. tæ fuerint quam in inferno, & purgatorio, vnde legitur Pſal. 48. *Deus redimet animam meam de inferno inferiori, de tenebris, & vmbra mortis:* &
Zach. 6. Zachar. 6. *tu in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos, qui erant in lacu, in quo non eſt aqua*, quibus verbis habemus liberationem animarum per Chriſtum factam, multo melius poteſt vocari locus purgatorij infernus, & lacus, in quo acerbiſſimas pęnas animæ tolerant.

Conc. Flo. Hanc denique aſſertionem damnauit Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. huius nominis Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1439. celebrato, mille, & amplius Patrum, ad quod Græci cum ſuo Imperatore, & Patriarcha Conſtantinopolitano conuenerunt, eidemque ſubſcripſerunt.

COntra hanc aſſertionem ſcripſit Ioannes Roffenſis Epiſcopus in libro edito contra Lutheri articulos, articulo 37.

Hæreſis Quarta.

Docet hæc hæreſis animas in purgatorio ſine intermiſſione peccare.

AVctor eſt Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt, ex qua inſania colligitur, quod animæ ſemper, & ſine fine manebunt in illa purgatione.

QVæ hæreſis ſuperata remanet ex confutatione ſecundæ hæreſis huius tituli, quo recurrat Lector.

Conc. Flo. Additur hic, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Romanorum Imperatore mille, & amplius Patrum hanc aſſertionem damnauit.

TITV-

TITVLVS REGNVM DEI.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis, regnum Dei poſt reſurrectionem futurum terrenum.

Auctor fuit Cerinthus, de quo titulo Beatitudo hæreſi 1. dictum eſt; vbi etiam hanc hæreſim confutauimus, quo Lector recurrat.

Hic tamen additur, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Hieruſalem celebrato anno ſalutis 41. ſub Petro Apoſtolo, & Caio Cæſare Romanorum Imperatore, cuius Concilij acta Lucas deſcribit in actibus Apoſtolorum, Cerinthum, cum omnibus ſuis erroribus damnauit: Et in Symbolo I. Concilij generalis Nicæni ſub Syluestro I. Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore anno ſalutis 325. celebrati, 318. Patrum, confitetur vitam æternam, vti etiam in Symbolo II. Concilij generalis Conſtantinopolitani ſub Damaſo Papa, & Theodoſio Magno Romanorum Imperatore 150. Patrum, anno ſalutis 381. celebrati: idem pariter confitetur. Conc. Hieruſal. Cõc. Nic. Conc. Cõſtantin.

TITVLVS RELIQVIÆ SANCTORVM.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis, ſanctorum reliquias non eſſe venerandas.

Primus huius peſtis auctor fuit, ex teſtimonio D.Hieronymi in libello aduerſus Vigilantium, Eunomius, de quo titulo Deus, hæreſi 6. dictum eſt: inquit enim ibi D.Hieronymus, Rides Vigilanti de reliquijs Martyrum, & cum auctore huius hæreſis Eunomio Eccleſijs Chriſti calumniam ſtruis?

Acta Vigilantij.

Eunomio ſucceſſit Vigilantius Gallus patria Calaguritanus (vti refert D.Hieronymus libro aduerſus eundem) at tamen Barcinonæ in regno Cataloniæ in quadam Eccleſia parochiali archipresbyter, & præpoſitus, qui antequam detegeretur hæreſiarca habebatur à viris ſanctis in veneratione, vti pater pius; nam anno ſalutis 406. ſub Innocentio I.

Papa, & Arcadio, & Honorio Imperatoribus Romanis, Hieroſolymam petijt: ibique à Diuo Hieronymo honorificè ſuſceptus eſt, at non multo poſt dum in Paleſtinam, & in Aegyptum peragrabat, detectus fuit peſſimus hæreſiarca: quare ab ipſo D. Hieronymo adhortatus fuit, vt hæreſes relinqueret, & Eccleſiæ obediret; tamen magis oblatrare cœpit, & impias blaſphemias in Deum, & ſanctos euomere fuit auſus, quare contra huiuſmodi blaſphemias ſtatim ſcripſit D. Hieronymus, ne ſimplices homines ſeducerentur. Vigilantius verò reuerſus in Occidentem; rubore dæmoniaco non bono motus, non audebat accedere ad Hiſpanias, Galliaſque venit, vbi ſua diſſeminabat venena: ac ſimplices ſeducebat, eoſque ad ſe attrahebat. Qui tandem auctor, & quæ hæreſes, Dei auxilio, & confutatione D. Hieronymi extinctæ penitus remanſerunt, nam anno ſalutis 409. ſub Innocentio I. Papa, & Honorio, & Theodoſio Imperatoribus Romanis, cum ciuitas Toloſa, ac vniuerſa Aquitania Narbonenſis, ac Lugdunenſis à Barbaris capta fuiſſet; Vigilantius cum ſequacibus extinctus penitus remanſit, quem autem finem habuerit, non legitur.

Vuiclephiſtæ verò, de quorum peſſimo Patre dictum eſt titulo Adoratio hæreſi 1. hanc blaſphemiam augent, dicentes, reliquias Sanctorum eſſe oſſa corporis mortui, & ſic non debere extrahi è monumento fœtido, nec à populo venerari, & in Techis argenteis reponi, nam ſic facientes, non Deum honorant, at idolatriam committunt.

Lolardi verò Vuiclephi diſcipuli, ac ſequaces, de quibus dictum eſt titulo Aqua hæreſi 2. publicè, & in iudicio tribunali in Anglia hæc, & alia venena diſſeminare non timebant, ac magna cum audacia ſimplices ſeducere, & ad ſe attrahere quotidie non erubeſcebant.

CONuincitur itaque hæreſis; nam primo eſt Eccleſiæ vſus antiquiſſimus de tumulandis, & in capſis, & techis argenteis reponendis corporibus, & reliquijs Sanctorum, & ab Apoſtolis ad nos venit hæc conſuetudo, vti teſtatur D. Dionyſius libro de Eccleſiaſtica hierarchia cap. 7. ibi enim docet D. Dionyſius debere corpora Sanctorum reponi in pretioſa domo, ſicque debere venerari, vſus autem Eccleſiæ eſt tanti valoris, quanti eſt ſacra pagina, vti probauimus libro prohemiali cap. 5. inſuper præter hæc ſunt multa exempla Sanctorum Patrum; nam corpus Iacob, vti legitur Geneſ. 50. ab Aegypto in terram Canaam tranſlatum eſt, & ibi cum magna veneratione ſepultũ, quod etiam legitur de alijs, vti de Iſaac, & Iacob, & Abraham, de quibus legitur Matth. 22. *Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium*: viuent ergo Sancti Dei, quia famem, ſitim, & alias ærumnas, & cruciatus pro Chriſti nomine tolerauerunt: demum extant etiam multa miracula Sanctorum noui teſtaméti, quorum corpora in loco humili fuerunt repoſita, & Deo volente, ſicque monente reportata ſunt in digniorem locum, & venerabiliorem, vti patet exemplo Sanctorum Geruaſij, & Prothaſij referente D. Ambroſio, & de corporibus Sanctorum

[Margin: D. Diony. — Gen. 50. — Matth. 22.]

Stephani

Stephani Protomartyris, Gamalielis, Nicodemi, & Abibonis, quæ diu in obſcuro, & ſordido loco iacuerant; tamen diuinitus Luciano Presbytero, & Curato illius loci, in quo corpora Sanctorum iacebant in ſomnis admonito, honorificè Hieruſalem à Ioanne Hieroſolymitano Epiſcopo transferuntur, ac in loco digniori reponuntur, vti refert eius canonica hiſtoria.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Lateranenſi maximo ſub Innocentio III. Papa, & Othone IV. Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1215. celebrato 1300. Patrum inter quos erāt duo Patriarchæ, ſcilicet Hieruſalem, & Conſtantinopolis 70. Archiepiſcopi, 400. Epiſcopi, 800. Priores Conuentuales, Legati Romani Imperij, & denique Oratores Regum Hieruſalem, Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, & Cypri, definiuit, vt nullus non ſolum ex vno loco extraheret corpora, & Sanctorum reliquias Sanctorum reponeret in alio loco, verum ea non veneraretur ſine ſummi Pontificis approbatione, & in Concilio Tridentino ſub Pio IV. Papa, & Ferdinando Auſtriaco Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1563. 3. Decembris mandauit reliquias Sanctorum Martyrum, ac aliorum debere venerari, & in ſacris monumentis debere reponi, vti habetur ſeſſ. 9. Conc. Lat. Conc. Tri.

Contra hanc hæreſim ſcripſit Thomas Vualdenſis in libro de Sacramentalibus. Tho. Vual.

TITVLVS RESTITVTIO.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis non debere fieri reſtitutionem de re furto ablata.

Auctores ſunt Græci, de quibus titulo Confirmatio dictum eſt, vti Guido Carmelita refert, dicens Sacerdotes Græcos furem vngere, & illum deinde aſtringere, vt portionem aliquam pecuniæ furto ablatæ pro eleemoſyna Sacerdoti relinquat, & hoc antequam illum Sacerdos abſoluat. Gui. Car.

Conuincitur, legitur enim ad Rom. 13. *Omnibus reddite, cui debitum, debitum, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui honorem, honorem*, & Thob. 2. legitur quod Thobias, vt audiuit vocem balantis hædi, quem vxor illius domum detulerat, dixit, *videte ne forte ſit furtiuus, quia non licet nobis, aut edere ex furto aliquid, aut contingere, ſic reddite dominis ſuis*: & Ezec. 35. iubet Dominus rapinam reſtitui, vt quis impetret veniam omnium peccatorum dicens: *ſi impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, & fecerit iudicium, & iuſtitiam, rapinamque reddiderit, & pignus reſtituerit, vita viuet, & non morietur*. Vereantur Rom. 13. Iob 2. Ezech. 55.

igitur

igitur Sacerdotes Græcorum talia ſacrilegia committere, ſcilicet abſoluere fures à furto, & raptores, à rapina, quos Deus ſine reſtitutione abſoluere non vult.

Cōc. Flor. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concil. Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore mille Patrum anno ſalutis 1439. celebrato, omnes Græcorum errores correxit, eoſque Eccleſiæ Latinæ vniuit.

TITVLVS RESVRRECTIO.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen quinque ortas hæreſes inueni. Prima docet nullam futuram reſurrectionem.

D. Auguſt. *Primus Auctor fuit Simon Magus, de quo dictum eſt titulo Coitus hæreſi prima, vti teſtatur D. Auguſtinus libro de hæreſibus.*

Simoni adhæret Baſilides, de quo titulo Chriſtus, hæreſi 7. dictum eſt.

Acta Hymenæi, & Philæti.

Quam aſſertionem etiam tutati ſunt Alexander Hymenæus, & Phylætus docentes reſurrectionem eſſe iam factam: qui fuerunt Aſiatici apud Epheſum ciuitatem Græciæ orti, vbi Timotheus D. Pauli diſcipulus Epiſcopus erat. Hi anno ſalutis 43. ſub Petro Apoſtolo, & Caio Cæſare Romanorum Imperatore à D. Paulo conuertuntur, & ita efficiuntur eius diſcipuli, at elapſis aliquot annis facti ſunt fidei inimici, & Simonis Magi ſectatores, quos D. Paulus Sathanæ tradidit, vt, ſi poſſet, eorum ſpiritus ſaluus fieret in die Domini, vti habetur ex Epi- 1. Tim. 1. *ſtola 1. ad Tim. cap. 1. at nihil per hoc fecit D. Paulus, nam anno ſalutis 57. ſub Petro Apoſtolo, & Nerone Romanorum Imperatore multas enomebant blaſphemias in Chriſtum, & Eccleſiam ſuam, ſuaque venena magis, ac magis diſſeminabant; quare factum eſt, vt finem ſecundum mala opera ſua habere meruerint; nam maledicti vitam cum morte commutauerunt, & ita Dæmonibus perpetuo cruciandi traduntur, quo autem anno, vel quo loco penitus ignoro.*

Hanc autem ſequuti ſunt etiam Valentinus, Apelles, & Cerdon, de qui- D. Aug. *bus dictum eſt titulo Chriſtus hæreſi 2. vti illis tribuit D. Auguſtinus libro de hæreſibus. Marcion, & Marcus de quibus titulo Baptiſmus hæreſi 2. di-* Tertull. *ctum eſt, vti refert Tertullianus libello ſuo de hæreſibus, & Galatæ, de qui-* Philaſt. *bus titulo Anima, hæreſi 3. dictum eſt, vti Philaſter illis tribuit libro ſuo de hæreſi, & Origenes de quo titulo Adam, hæreſi 2. dictum eſt, & Seuerus,*

de quo

de quo titulo Chriſtus hæreſi 4. dictum eſt, vti teſtatur D. Auguſtinus libro ſuo de hæreſibus. D.Aug.

Hanc denique referente fratre Bernardo de Lutzemburgo in ſuo Catalogo hæreticorum, amplexati ſunt hæretici moderniores, vt Albanenſes, & Albigenſes, de quibus titulo Anima, hæreſi 8. dictum eſt, & Almericus, de quo titulo Adam hęreſi 3. dictum eſt.

ADuerſus tam manifeſtam dementiam non eſt laborioſum diſputare, cum clara ac manifeſta ſint Sacræ paginæ teſtimonia: nam 1. Matth. 22. Chriſtus, & veritas ipſa affirmat reſurrectionem mortuorum, & D. Paulus 1. Cor. 15. acriter repræhendit negantes mortuorum reſurrectionem, vti etiam facit 2. ad Tim. 2. vbi præcipuè repræhenduntur Alexander Philætus, & Hymenæus. Matth 22. 1. Cor. 15. 2. Tim. 2.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Symbolo I. Concilij generalis Nicæni anno ſalutis 325. celebrati 318. Patrum ſub Syluestro I. Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore: & pariter etiam in Symbolo II. Concilij generalis Conſtantinopolitani 150. Patrum ſub Damaſo Papa, & Theodoſio ſeniore Catholico Romanorum Imperatore, anno ſalutis 381. celebrati; confitetur, & docet mortuorum reſurrectionem. Cōc. Nic.

COntra hanc hæreſim doctiſſime ſcripſit D. Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis librum inſcriptum de reſurrectione mortuorum. D.Ambr.

Hæreſis Secunda.

D*Ocet hæc hęreſis corpus noſtrum in illa reſurrectionis gloria futurum impalpabile, & inuiſibile.*

Acta Eutichij.

A*Vctor fuit Eutichius Capadox, qui ab adoleſcentia fuit Monachus cœnobialis ex inſtituto Sancti Baſilij in ciuitate Amaſeæ in Ponto multumque profuit doctrina, et ſanctitate, quare anno ſalutis 552. ſub Vigilio Papa, & Iuſtiniano Romanorum Imperatore miſſus fuit Amaſea in Ponto ab Epiſcopo Conſtantinopolitano, vt nomine ſuo futuro Oecumenico Concilio intereſſet, & factum eſt dum ibi eſſet, vt mortuus ſit Epiſcopus Conſtantinopolitanus, quare omnium conſenſu, (diuina inſpiratione) conſecratus fuit Epiſcopus Conſtantinopolitanus, & ſtatim ordinatus (more maiorum) emiſit fidei profeſſionem, eamque Vigilio Papę anno ſalutis 553. obtulit, quare à Vigilio ad communionem receptus fuit, & cum anno ſalutis 564. ſub Ioanne III. Papa Eutichius vehementer reſiſteret hereticis, eos confutando; odio, & inuidia accuſatus fuit ab hęreticis de aliquibus rebus leuioribus apud Imperatorem: Quare Imperator tunc temporis*

Digitized by Google

poris Iuſtinianus eum relegauit in exilium, deinde pluribus mutatis locis, tandem relegatur. Amaſeę in Ponto in eo monaſterio, in quo prius conuerſus, & effectus eſt Monachus, in quo Monaſterio inſignia miracula edidit ad ſtabiliendam fidem Catholicam, & confutandam hęreticam prauitatem: & elapſo duodecimo anno exilij, ac defuncto Ioanne Pſeudoepiſcopo Conſtantinopolitano, Eutichius à Iuſtino Imperatore reſtituitur, magnoque cum honore ab eo & cuncto populo anno ſalutis 578. recipitur, & quia pauper Eutichius librum ediderat de reſurrectione carnis erroribus Origenis plenum, in quo pręcipuè aſſerebat corpus noſtrum futurum impalpabile poſt reſurrectionem, ideo admonitus, & in ſe reuerſus, errorem ſuum cognoſcens; anno ſalutis 582. ſub Pelagio Papa, & Tiberio Romanorum Imperatore librum illum comburi iuſſit; quodque factum eſt præſente Tiberio, ac Summi Pontificis Romani legato, huius rei cauſa eo principaliter miſſo: nec multò poſt; anno ſcilicet ſalutis 583. ſub Pelagio Papa, & Mauritio Romanorum Imperatore 1. die Aprilis octaua die Paſchæ ſancto fine quieuit in Domino.

Iob 19. CONuincitur legitur enim Tob. 19. *Scio quod Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum:* inſuper ſi corpus poſt reſurrectionem non foret palpabile, ergo alius erit homo, qui poſtea reſurget, & alius, qui modo viuit, quod non eſt dicendum, nam
Ioan. 11. per verba Ioan. 11. patęt, eundem hominem reſurgere, qui & moritur, dicit enim ibi veritas *reſurget frater tuus*, & Chriſtus poſt reſurrectio-
Luc. 24. nem apparens diſcipulis, vti legitur Luc. 24. dixit eis; *palpate, & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.*

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Quinta Synodo generali Oecumenica Conſtantinopoli celebrata anno ſalutis 553. ſub Vigilio Papa, & Iuſtiniano Romanorum Imperatore 165. Epiſcoporum; quorum præcipuus erat Eutichius qui Concilio præfuit, omnes Origenis errores Can. 11. damnauit, & pariter in Sexta Synodo generali in Trullo celebrata, anno ſalutis 680. ſub Agathone Papa, & Conſtantino IV. Pogonato dicto Romanorũ Imperatore 290. Epiſcoporum diuerſarum Prouinciarum; quare Patres Concilij in loco Sacri Palatij; qui Trullus dicebatur congregati hanc aſſertionem cum Auctoribus damnarunt.

COntra hanc hæreſim ſcripſit doctiſſime D. Gregorius in moralibus ſuper cap. 19. Iob.

Hæreſis Tertia.

DOcet hęc hęreſis corpora poſt reſurrectionem, iterum futura mortalia.

Auctor

AVctor fuit Origenes, de quo dictum eſt titulo Adam hęreſi ſecunda, vti refert Theophilus Alexandrinus Epiſcopus in ſuo libro ſecundo Paſchali.

COnuincitur nam legitur Rom. 6. quod *Chriſtus reſurrexit, & amplius non moritur*, ſic nec conſequenter corpora noſtra, nam Chriſti reſurrectio fuit quoddam exemplar noſtræ futurę reſurrectionis, hoc idem legitur 1. Cor. 15. & clarè hoc etiam docet Apoc. 21. nam de iuſtis poſt reſurrectionem Ioannes dixit: *Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum, & iam non erit vltra mors, neque luctus, neque clamor, quoniam priora abierunt*. Hic notatur quod Origenes, vti ſupra diximus, negauit futuram reſurrectionē, & tamen hic referente Theophilo Alexandrino illam concedit: dicimus Origenem quidem concedere primam reſurrectionem, at deinde poſt primam reſurrectionem docet iterum corpora futura mortalia, & ad nihilum redactura.

Rom 6.
1. Cor. 15.
Apoc. 21.

Quare Eccleſia Vniuerſalis in Quinta generali Synodo Conſtantinopoli celebrata anno ſalutis 553. ſub Vigilio Papa, & Iuſtiniano Romanorum Imperatore 165. Epiſcoporum, quorum præcipuus erat Eutichius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, hanc Origenis aſſertionem cum omnibus alijs ſuis erroribus damnauit.

Hæreſis Quarta.

Docet hæc hæreſis Chriſtum hora ſexta Sabbati reſurrexiſſe.

AVctores ſunt Armeni, de quibus titulo Adam hæreſi tertia dictum eſt, vti refert Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus.

Gui. Car.

COnuincitur ex ipſomet ore Saluatoris Luc. 18. vbi dicit quod *filius hominis tradetur ad occidendum, & die tertia reſurget*, eademque fere verba habentur Matth. 12. *De ſigno Ionæ, qui fuit in ventre Cœti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic filius hominis erit in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus*, cum igitur Chriſtus mortuus ſit feria 6. Paraſceues, non potuit iuxta hanc Sacram litteram reſurgere die Sabbati.

Luc. 18.
Matth. 12.

Et Eccleſia denique Vniuerſalis in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1439. celebrato, mille, & amplius Patrum; hunc, & alios Armenorum errores correxit, eoſque Eccleſiæ Latinæ vniuit.

Conc. Flo.

Hæreſis Quinta.

DOcet hæc hæreſis omnes homines in ſexu virili eſſe reſurrecturos, nullumque poſt reſurrectionem futurum eſſe ſexum fœmineum.

Digitized by Google

Gui. Car. *HVius inſaniæ Auctores ſunt Armeni, de quibus dictum eſt titulo Adam, hæreſi tertia, vti refert Guido Carmelita in ſua ſumma de hæreſibus; qui hunc ponit vigeſimo loco inter errores Armenorum;* D.Aug. *licet D. Auguſtinus mentionem faciat huius erroris lib. 22. de ciuitate Dei cap. 17. nullum tamen huius nominat auctorem.*

Gen. 1. COnuincitur, legitur enim Gen. 1. quod Deus ante peccatum fecit maſculum, & fœminam, at fœmina non eſt naturæ peccatum; conſequens eſt igitur, vt qui fecit eos: etiam eos reſtauret, quæ hæreſis cla-
Gal. 3. rius conuincitur Gal. 3. & Matth. 22. vbi Dominus à Seducæis interro-
Matth. 22. gatus, negantibus reſurrectionem, de muliere, quæ ſeptem fratribus nupſerat, vt quiſque illorum defuncti fratris ſemen ſuſcitaret, cuius illorum futura eſſet poſt reſurrectionem, reſpondit *in reſurrectione neque nubent, neque nubentur, ſed omnes erunt ſicut Angeli Dei*, ex quibus verbis clarè colligitur, omnes reſurrecturos vti formati ſunt: denique dogma Eccleſiaſticum eſt, omnes ita reſurrecturos quod ſexus forma non mutabitur.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concil. Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore mille, & amplius Patrum, anno ſalutis 1439. celebrato, errores omnes Armenorum correxit, eoſque Eccleſiæ Latinæ vniuit.

D. Auguſt. COntra hanc hæreſim aliqua ſcripſit D. Auguſtinus lib. 22. de ciuitate Dei cap. 17.

TITVLVS SACERDOTIVM.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen quinque ortas hæreſes inueni. Prima docet omnes homines Chriſtianos eſſe ſacerdotes nulla poſita differentia inter ſexum; addit tamen, quod nemini licet vti hac poteſtate ſine licentia, & voluntate communitatis.

Auctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt.

COnuincitur; nam ſi Sacerdotium Euangelicum eſt, vti affirmat dignius legali, & legale, non tam abiectum fuit, vt omnibus ſine vlla
Exod. 28. differentia conceſſum fuerit, vti legitur Exod. 28. & Num. 4. legitur tri-
Num. 4. bum Leuiticam ſpecialiter electam fuiſſe ad miniſterium, & Num. 16.
Num. 16. Chore, & Abiron abſorti ſunt viui à terra, quia functi ſunt officio ſacer-
2. Reg. 6. dotis, & 2. Reg. 6. Ozias Rex à lepra percutitur, quia vſurpauit ſibi munus ſacerdotis offerentis incenſum ſuper altare; multo magis eſt dicendum

dum de ſacerdotibus nouæ legis, cum ſint digniores, qui non in baptiſmo, vti latrat carnalis Lutherus, ſed in Cœna à Chriſto ſunt inſtituti, vti legitur Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem*, nec tunc nulla fœmina erat præſens; habetur denique ex 1. Epiſtola ad Tim. 4. Timotheum ordinatum fuiſſe à D. Paulo per manuum impoſitionem, non auctoritate plebis, & ad Tit. 1. legitur, *Reliquo te Cretæ, vt corrigas, & conſtituas presbyteros*. Luc. 22. 1. Tim. 4. Tit. 1.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Laodiceo percelebri in ciuitate Laodiceæ, quæ eſt in Phrygia ad Licium ſita, dicta à Strabone Hierapolis, non in ea, quæ eſt in Syria dicta Seleucia, anno ſalutis 364. celebrato ſub Damaſo Papa, & Valentiniano, & Valente Romanorum Imperatoribus, in quo præſentes fuerunt 22. Epiſcopi, quod deinde Concil. receptum fuit ab Eccleſia in Sexta Synodo Vniuerſali in Trullo celebrata hanc aſſertionem tanquam hæreticam damnat; nam præcipuè cap. 44. præcipit, mulieres non debere ingredi ad altare. Et in Concilio Carthaginenſi IV. ſub Anaſtaſio Papa, & Archadio, & Honorio Romanorum Imperatoribus, anno ſalutis 398. celebrato 214. Epiſcoporum, cap. 3. 4. & 5. ſuorum decretorum ordinauit Presbyteros, Diaconos, ac Subdiaconos ordinari debere per benedictionem, & manuum impoſitionem Epiſcopi. Et in Concilio Rhemenſi Prouinciali in Galliâ, anno ſalutis 813. celebrato auctoritate Leonis III. Papæ, à quo & confirmatur, & ab Eccleſia recipitur ſub Carolo Magno Romanorum Imperatore cap. 2. ſuorum decretorum idem definiuit. Et in Concilio Lateranenſi ſub Innocētio III. huius nominis Papa, & Othone IV. Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1215. celebrato, definiuit illos ſolos eſſe Sacerdotes, qui ritè ab Epiſcopis, iuxta ſanctiones Eccleſiaſticas ordinati ſunt; denique in Conc. Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo Quinto Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 7. anno ſalutis 1547. 3. Martij celebrata Can. 10. definiuit, quod *ſi quis dixerit Chriſtianos omnes in verbo, & in omnibus Sacramentis adminiſtrandis habere poteſtatem anathema ſit*. Cōc. Lao. Conc. Carthag. Conc. Remenſe. Conc. Lat. Conc. Tri.

SCripſit contra hanc hæreſim Ioannes Echius in libro de Miſſæ ſacrificio, & Iodocus Clithouæus in ſuo Antiluthero. Ioan. Ech.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis, omnes Sacerdotes æqualem habere poteſtatem.

HVius primus *Auctor fuit Aerius, de quo titulo Epiſcopus hæreſi prima dictum eſt.*

QVæ deinde fuit ſuſcitata ab Vualdenſibus, de quorum Duce dictum eſt titulo Baptiſmus hæreſi octaua, & conſequenter etiam ab Vuiclephiſtis, qui in omnibus profitentur Vualdenſium dogmata ſequi, de quorum magiſtro dictum eſt titulo Adoratio, hæreſi 1. vt Aeneas Aen Sylu.

Digitized by Google

Syluius refert libro de origine Bohæmorum, quæ ſatis confutata remanet ex probatis titulo Epiſcopus, hæreſi 1. ibi enim probauimus Epiſcopum eſſe ſuperiorem dignitate, & poteſtate ſimplici Sacerdote, quo recurrat Lector.

Conc. Hiſ. Additur tamen hic, quod in Concilio Hiſpalenſi II. cui præfuit S. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus anno ſalutis 619. Idibus Nouembris ſub Bonifacio V. Papa, & Heraclio Romanorum Imperatore cap. 5. ſuorum decretorum inhibet presbyteris officium ordinandi.

Hæreſis Tertia.

Docet hæc hæreſis Sacerdotem per peccatum mortale amitti poteſtatem conſecrandi.

Auctores fuerunt Vualdenſes, de quorum paupere Duce, ac carnali magiſtro dictum eſt titulo Baptiſmus hæreſi 8. quæ confutata remanet ex probatis titulo Poteſtas, quo Lector recurrat.

Additur hic quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 7. anno ſalutis 1547. 3. Martij celebrata Can. 12. definiuit, quod *ſi quis miniſtrum in mortali peccato exiſtentem, modo omnia eſſentialia, quæ ad ſacramentum conficiendum, vel conferendum pertinent, ſeruauerit, non conficere, aut non conferre ſacramentum anathema ſit.*

Hæreſis Quarta.

Irridet hæc hæreſis Eccleſiam Romanam prohibentem Sacerdotibus vſum vxorum.

Auctor fuit blaſphemus Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt, qui opere compleuit id, quod docuit; vti etiam ferè omnes primarij eius diſcipuli, veluti Ioannes Oecolampadius, Martinus Butzerus, Ioannes Volfangus, &c. qui omnes vxores duxerunt moniales.

Acta Ioannis Volfangi.

Qvam doctrinam præcipue inter Lutheri diſcipulos docuit Ioannes Volfangus Germanus, & ex Patria Argentinenſi. Qui ab adoleſcentia factus eſt Monachus ex inſtituto S. Dominici Argentinæ, in qua congregatione multum doctrina, & ſanctitate profecit: at à Diabolo arreptus anno ſalutis 1524. vt audiuit Lutherum in Saxonia nouam legem prædicantem, eius ſenſui valde accommodatam

tam: habitum, regulam, ac D. Patrem Dominicum poſt habuit deſpexit, ac reliquit, ad Lutherumque acceſſit, vnde hæreſiarca detectus cœpit infames blaſphemias iuxta Magiſtri doctrinam in Eccleſiam Catholicam, & Eccleſiaſticos ordines euomere, & inter alios Lutheri diſcipulos; iſte, à viris ſanctis, & pijs vocabatur diabolus incarnatus: qui exemplum magiſtri ſequens anno ſalutis 1530. duxit vxorem monialem, à ſeipſo ſeductam, tandem breui elapſo tempore lucis vſuram perdidit, & in infernum æternis crucianda flammis anima deſcendit, eius vxorem duxit deinde Martinus Butzerus ipſius condiſcipulus, de quo diximus titulo Euchariſtia hæreſi duodecima.

CONuincitur hæc itaque hæreſis, & primo ſciendum, quod in primitiua Eccleſia obſeruabatur, vt qui vnam tantum vxorem duxerat poſſet promoueri ad ſacerdotium; non tamen poſt promotionem poterat vxorem ducere, licet nullam vnquam habuiſſet, quæ conſuetudo præualuit vſque ad Concilium Nicęnum, in quo generali decreto fuit Cõc. Nic.
ſtatutum, quod habens vxorem in poſterum, non conſecraretur. Et Syricius Papa, qui non poſt multos annos Eccleſiæ præfuit in quadam epiſtola ad Cumerium Epiſcopum Tarraconenſem cap. 7. eiuſdem epiſtolæ repræhendit non obſeruantes tale decretum Sacroſancti Oecumenici Concilij, qui igitur volunt ad ordines ſacros promoueri debent continentiam iuxta ſanctiones eccleſiaſticas vouere, & Canon. Apoſt. 27. ait, Apoſt. 27.
in nuptijs autem, qui ad clerum prouecti ſunt, præcipimus, vt ſi voluerint, vxores accipiant, ſed lectores, cantoreſque tantummodo, & legitur Exod. 12. quod nullus in lege veteri permittebatur comedere carnes Exod. 12.
agni, qui in figura corporis, & ſanguinis Chriſti immolatus eſt, niſi renes accinctos haberet, per quam renum cincturam deſignabatur refręnatio libidinis, quam caſtitatem Chriſtus in Euangelio commendans, ait Luc. 12. *ſint lumbi veſtri præcincti*, & 1. Reg. 21. legitur, quod cum Luc. 12.
veniſſet Dauid ad Achimelech Sacerdotem, non prius panes ſanctificatos, etiam fame vrgente, recepit, quam ſe ſuoſque mundos à mulieribus 1. Reg. 21.
teſtaretur; ex quo facto D. Hieronymus ſuper Epiſtolam ad Titum, ait D. Hier.
oportere magis, qui corpus Domini ſuſcepturus eſt, eſſe debere caſtum, & pudicum; nam tantum intereſt inter corpus Chriſti, & panes propoſitionis, quantum intereſt inter vmbram, & veritatem, & Chriſtum imitari debent Sacerdotes, qui venit legem adimplere non ſoluere, nam Eccleſiam ſuam, cuius ipſe eſt ſponſus ſpecioſus forma, voluit ſplendore caſtitatis illuminare, vt in die iudicij cum aduenerit, ſine ruga eam poſſit reperire. Valeant itaque carnales Lutherani, & in ſterquilinio cum ſuis meretricibus ſepeliantur, nos verò Sacerdotes Chriſti continentiam ſeruemus, vt quemadmodum Chriſtus fecit ita & nos faciamus, vti ipſa veritas nos docet Ioan. 13. De hac materia multa alia di- Ioan. 13.
cemus infra titulo Vota, & titulo Virginitas.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio I. generali Nicæno 318. Pa- Cõc. Nic.
trum diuerſarum prouinciarum anno ſalutis 325. celebrato ſub Syluestro I. Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore definiuit

Can. 3.

Digitized by Google

Can. 3. non licere omnino Epiſcopo, Sacerdoti, Diacono, neque vlli clericorum apud ſe tenere mulierem; Et in Concilio Neocæſarienſi in Ponto anno ſalutis 314. celebrato auctoritate Sylueſtri Papæ, à quo & confirmatur, & ſic ab Eccleſia recipitur, tempore Conſtantini Magni Romanorum Imperatoris, cui interfuerunt Epiſcopi 17. cap. 1. ſuorum decretorum definiuit, quod ſi presbyter vxorem ducat deponatur. Et denique in Concilio Gangrenſi in Paphlagonia anno ſalutis 319. celebrato ſub eodem Pontifice, & Imperatore, ſub anathemate damnat preſbyteros coniugatos, quod Concilium deinde receptum fuit ab Eccleſia in Sexta Synodo generali in Trullo celebrata.

Concilio Neoceſ.

Cõc. Gangrenſe.

Hæreſis Quinta.

Docet hæc hæreſis inferiorem Sacerdotem poſſe in abſentia Epiſcopi exercere munus Epiſcopale.

Acta Richardi Archamani.

Auctor fuit Richardus quidam Archamanus ex Hibernia oriundus Vualdenſium morbo infectus; nam anno ſalutis 1360. ſub Innocentio VI. huius nominis Papa, & Carolo IV. Romanorum Imperatore, cœpit multas euomere blaſphemias in Eccleſiam Catholicam Romanam, in eius leges, ac denique in Conciliorum, & Summorum Pontificum decreta: quare in libro ab eo edito de quæſtionibus Armenorum docet inter alios errores Sacerdotes minores poſſe in abſentia Epiſcopi altaria conſecrare, oleum, & ſanctum Chriſma benedicere, & alia facere, quæ ad Epiſcopum pertinent. Is Richardus poſt multas diſſeminatas ore, & ſcriptis zizanias animam (vti credo) Diabolo tradidit, quomodo autem, aut quo loco penitus ignoro, nam nullibi legi, hoc tantum ſcio, illum fuiſſe ab Innocentio VI. huius nominis Pontifice excommunicatum.

Richardo adhærent Vuiclephiſtæ, de quorum vitioſo Duce dictum eſt titulo Adoratio hæreſi prima.

QVi error confutatus remanet ex dictis titulo Confirmatio, nam ibi probauimus Confirmationem à ſolis Epiſcopis conferri poſſe, non ab alio minori Sacerdote, & titulo Epiſcopus probauimus ex Sacra pagina Epiſcopum dignitate, & auctoritate eſſe alijs ſacerdotibus ſuperiorem, quo recurrat Lector.

Conc Hiſ. Additur, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Hiſpalenſi II. anno ſalutis 619. celebrato Idibus Nouembris ſub Bonifacio V. Papa, & Heraclio Romanorum Imperatore octo Epiſcoporum, cui præfuit S. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, & à Bonifacio Papa confirmatum fuit, & ab Eccleſia receptum, nam cap. 5. ſuorum decretorum damnat temeritatem

tem cuiuſdam presbyteri, qui auſus eſt poſt impoſitionem manuũ Epiſcopi benedicere presbytero vno, & duobus Diaconibus, cum Epiſcopus non potuerit hoc facere impeditus dolore oculorum.

COntra hanc hæreſim doctiſſimè ſcripſit Thomas Vualdenſis libro de Sacramentalibus titulo 7. vbi contra Archamanum diſputat, ac etiam aduerſus Vuiclephum.

TITVLVS SACRAMENTA.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen duas hæreſes præcipuè ortas inueni. Prima negat omnia Sacramenta.

AVctores fuerunt Cathariſtæ, de quibus titulo Cibus, hæreſi prima dictum eſt.

Armeni tamen (referente Guidone Carmelita in ſua ſumma de hereſibus) aliqua negant Sacramenta, aliqua admittunt, de quibus diximus titulo Adam hereſi tertia.

Lutherus verò diabolicus talia de Sacramentis habet verba: ſacramenta ſcilicet omnia nullam conferre gratiam.

ADuerſus tam peſtiferam hæreſim iam diſputauimus quando de vnoquoque ſacramento diximus: additur tamen hic quod ſicut Eccleſia non poteſt errare in ſuſcipiendis ſcripturis Sacris, ita nec in ſuſcipiendis ſacramentis fidei; quæ ſancta Mater Eccleſia vti talia recipit, & tuetur; Eccleſia enim (cui Spiritusſanctus aſſiſtit) talem facultatem habet, vt traditiones Dei à traditionibus hominum diſcernat. Chriſtus enim ei aſſiſtit vſque ad conſummationem ſæculi, quare non poteſt errare in ſuſcipiendis ſacramentis fidei, itaque merito decretum eſt, vt quiſquis aliter ſenſerit de ſacramentis Eccleſiæ, quam ſancta Romana Eccleſia ſentit hæreticus reputetur, & quia ſingulis locis de vnoquoque ſacramento diximus, & de extrema vnctione infra dicemus; ideo ſolum Eccleſiæ definitionem adducemus.

Eccleſia ergo Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ.7. anno ſalutis 1547. 3. Martij celebrata decem facit Canones ſub anathemate damnat eos, qui aliter de ſacramentis ſentiunt, quam ſentit Sancta Mater Eccleſia Catholica Romana. Conc. Tri.

Hæreſis

Digitized by Google

Hæreſis Secunda.

DOcet hæc hæreſis, nullum imprimi characterem in aliquo Sacramento.

AVctor fuit Lutherus, de quo dictum eſt titulo Abſolutio, hæreſi prima.

QVi error ſatis confutatus remanet ex dictis titulo Character.

Cōc. Car. Additur hic, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio IV. Carthaginenſi, anno ſalutis 398. celebrato ſub Anaſtaſio Papa, qui legatos ſuos miſit pro Concilio confirmando tempore Theodoſij iunioris Romanorum Imperatoris cui interfuerunt 214. Epiſcopi, definiuit non licere fieri rebaptizationes, neque reordinationes, quæ verba ponuntur in volumine decretorum de conſecratione diſtinctione 4. cap. non licet.

Cōc. Tar. Pariter in Concilio Taraconenſi decem Epiſcoporum anno ſalutis 484. celebrato ſub Gelaſio Papa, & Anaſtaſio Romanorum Imperatore receptum ab Eccleſia in Sexta Synodo generali in Trullo celebrata Can. 10. definiuit non licere bis, vel ter confirmari, ſicuti etiam nec confirmari, nec ordinari bis, vel ter licet.

TITVLVS SANCTI.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis Sanctos non eſſe orandos.

AVctor fuit Euſtachius, de quo dictum eſt titulo Ieiunium hæreſi ſecunda.

D.Hier. *Euſtachio adhæſit Vigilantius, de quo titulo Regnum Dei dictum eſt, vti teſtatur D. Hieronymus.*

Vualdenſes verò, de quorum Duce dictum eſt titulo Baptiſmus, hæreſi octaua. Et Vuiclephiſtæ, de quorum magiſtro dictum eſt titulo Adoratio hæreſi 1. & denique Huſſitæ de quorum præceptore dictum eſt titulo Eccleſia hæreſi 1. conati ſunt ab Eccleſia auferre omnes feſtiuitates, vti refert Aeneas Syluius libro de origine Bohæmorum. Aen. Sylu.

Hanc denique ampliauit perfidus Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt, inducens Principes Germaniæ vt non permittant tales feſtiuitates ſanctorum celebrari, quod factum eſt in multis caſtris, ac ciuitatibus Germaniæ, cum magno animarum detrimento.

Conuin-

COnuincitur breuiter, ac faciliter talis malignitas; nam legitur pri-
mo Pſ. 138. *Mihi autem nimis*, ideſt multum *honorati ſunt amici tui* Pſal. 138.
Deus, & Eccleſ. 44. *Laudemus viros glorioſos & parentes noſtros, in gene-* Eccl. 44.
ratione ſua, & Gen. 20. Abraham orat pro Abimelech, & Iac. 1. Ange- Gen. 20.
lum Dei orat Zacharias: quod ſi Angeli orandi ſunt: ergo, & Sancti, qui Iac. 1.
ſunt Angelis æquales, vti legitur Luc. 20. *Eritis enim ſicuti Angeli Dei*, Luc. 20.
& Apoc. 5. B. Ioannes vidit *quattuor animalia, & vigintiquattuor ſenio-* Apoc. 5.
res, qui ceciderunt coram Agno habentes ſinguli Citharas, & Phialas au-
reas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum, & Apocal. 7. Apoc. 7.
Ionnes vidit *Angelum ſtantem ante altare habentem Thuribulum aureũ,*
& data ſunt ei incenſa multa, vt daret de orationibus Sanctorum omnium
ſuper altare aureum, quod eſt ante Thronum Dei, itaque cum ex doctrina
Saluatoris Luc. 20. Sancti ſint æquales Angelis Dei, conuincitur, quod Luc. 20.
ſi Angeli pro nobis orant in patria, etiam Sancti pro nobis orare poſſint,
& exaudiri.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Gangrenſi in Paphlagonia Conc. Gã-
anno ſalutis 319. celebrato ſub Syluestro Papa, & Magno Conſtantino grenſe.
Romanorum Imperatore, quod Concil. deinde ab Eccleſia receptum
fuit in primo Concilio generali Niceno, definiuit, quod contemnentes Cõc. Nic.
Sanctorum baſilicas, ac repræhendentes illos, qui orandi cauſa illuc
conueniunt, ab Eccleſia eijciantur. Et pariter in Concilio primo Aure- Cõc. Aur.
lianenſi in Gallia celebrato anno ſalutis 507. ſub Symmacho Papa, &
Anaſtaſio Romanorum Imperatore, 35. Epiſcoporum, cap. 23. ſuorum
decretorum definiuit Litanias Sanctorum ante Aſcenſionem debere ce-
lebrati. Quaſque Litanias etiam fieri mandauit Concilium Gerunden- Cõc. Ger.
ſe, 7. Epiſcoporum anno ſalutis 517. celebrato in Hiſpania in Prouincia
Taraconenſi ſub Hormiſda Papa, & Anaſtaſio Romanorum Impera-
tore, quod Concilium deinde ab Eccleſia receptum fuit in Sexta Syno-
do generali in Trullo celebrata. Et idem pariter in V. Concilio Tole- Cõc. Tol.
tano anno ſalutis 636. nonis Decembris celebrato ſub Honorio I. Papa,
& Heraclio Romanorum Imperatore, 20. Epiſcoporum, cap. 1. ſuorum
decretorum definiuit, vt à Die Iduum Decembrium Litania triduo vbi-
que annua ſucceſſione celebretur; idemque ſimiliter mandauit fieri in
Concilio VI. Toletano, cap. 2. ſuorum decretorum, celebrato anno ſa-
lutis 638. ſub prædictis Pontifice, & Imperatore, cui interfuerunt 52.
Epiſcopi, denique in Concilio Bracarenſi II. cap. 9. ſuorum decretorum Cõc. Brac.
hoc idem præcipit Eccleſia, quod Concil. celebratum fuit anno ſalutis
672. ſub Ioanne III. Papa, & Iuſtino iuniore Romanorum Imperatore.
Quæ omnia Concilia licet prouincialia tamen recepta fuerunt ab Eccle-
ſia in Sexta Synodo generali in Trullo celebrata.

COntra hanc hæreſim ſcripſit, doctiſſime Thomas de Vio Cardina-
lis Gaetanus, & Iodocus Clithouæus ſcripſit librum de veneratio-
ne Sanctorum.

Digitized by Google

TITVLVS SATISFACTIO.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis ſatisfactionem non eſſe peccatori neceſſariam.

Auctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt.

QVi error ſatis confutatus remanet ex dictis titulo Pœnitentia; ibi enim probauimus ex Sacris litteris poſt dimiſſam culpam oportere peccatorem aut in hoc mundo, aut in futuro pro illa aliquam pęnam pati quo recurrat Lector.

Conc. Tri. Additur hic, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata cap. 14. docet, ſatisfactionem neceſſariam, & in ſeſſ. 4. ſub Iulio III. anno ſalutis 1551. 25. Nouembris celebrata: poſt datam definitionem de tali re in cap. 8. & 9. de pœnitentia, hanc deinde Can. 13. ſub anathemate damnat.

TITVLVS SCRIPTVRA SACRA.

Hæreſis Prima.

CIrca hoc nomen octo præcipuè ortas hæreſes inueni; quæ omnes ferè ſimul ſuperabuntur. Prima negat totum teſtamentum vetus.

AVctores primi fuerunt Carpocrates, de quo titulo Chriſtus, hæreſi prima dictum eſt, & Cerdon de quo titulo Chriſtus hæreſi 2. dictum eſt, & Seuerus, de quo titulo Chriſtus, hæreſi 4. dictum eſt, & denique Manes, de quo titulo Anima hæreſi 4. dictum eſt; vti refert D. D. Aug. *Auguſtinus cap. 21. & cap. 24.*

Gui. Car. *Hanc deinde (ex teſtimonio Guidonis Carmelitæ in ſua ſumma de hæreſibus) renouarunt Albanenſes, de quibus dictum eſt titulo Anima hæreſi octaua.*

QVam ſatis confutatam fuiſſe titulo Lex dicimus, ibi enim probauimus hæreſi 2. vnum tantum Deum eſſe omnium rerum principium, auctorem nouæ, & veteris legis, quo Lector recurrat, & legat.

Cõci. Lao. Additur quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Laodiceo percelebri in Phrygia anno ſalutis 364. celebrato ſub Damaſo Papa, & Valentiniano,

niano, & Valente Romanorum Imperatoribus 22. Epiſcoporum c. 59. ſuorum decretorum totum Teſtamẽtum Vetus approbat. Et ſimiliter in Concilio Carthaginenſi III. anno ſalutis 397. 6. Calen. Iunij celebrato, ſub Syricio Papa, & Arcadio, & Honorio Romanorum Imperatoribus 73. Epiſcoporum idem cap. 47. ſuorum decretorum idem definiuit Eccleſia. Denique in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. Papa, & Alberto II. Auſtriaco Romanorum Imperatore mille, & amplius Epiſcoporum, anno ſalutis 1439. Eccleſia recipit vtrunque teſtamentum, nouæ ſcilicet, & veteris legis. Conc. Carthag. Cõc. Flor.

Hæreſis Secunda.

Negat hæc hæreſis libros Machabæorum.

Auctor eſt Lutherus, de quo titulo Abſolutio hęreſi 1. dictum eſt.

Hæreſis Tertia.

Reijcit omnia Euangelia hęc hęreſis, pręter Lucę Euangelium.

AVctores ſunt Cerdon, de quo titulo Chriſtus, hęreſi 2. dictum eſt, vti refert Tertullianus libello ſuo de hęreſibus, & Marcioni, de quo titulo Baptiſmus, hęreſi tertia dictum eſt, vti refert Irenęus libro primo aduerſus hęreſes.

Hæreſis Quarta.

Negat hęc hęreſis omnia Euangelia, pręter Euangelium Matthęi.

AVctor fuit Ebion, de quo titulo Chriſtus hęreſi prima dictum eſt, vti refert Irenęus lib. 1. aduerſus hęreſes cap. 26. Irenęus.

Hæreſis Quinta.

Aufert hęc hęreſis à Catalogo Sacrorum Librorum Acta Apoſtolorum.

AVctores fuerunt Cerinthus, de quo titulo Beatitudo, hęreſi 2. dictum eſt, vti teſtatur Philaſter libro ſuo de hęreſibus, & Seuerus, de quo titulo Chriſtus, hęreſi 4. dictum eſt, ex teſtimonio Euſebij Cęſarienſis lib. 4. ſuæ hiſtorię Eccleſiaſticę. Philaſter. Euſeb.

Hæreſis Sexta.

Docet hęc hęreſis Epiſtolas D. Pauli nullius eſſe valoris.

Digitized by Google

Irenæus. AVctores fuerunt Ebion; de quo titulo Chriſtus, hæreſi prima dictum eſt, vti refert Ireneus lib. 1. aduerſus hæreſes cap. 26. hoc ideo docuit Ebion; quia docebat, legem nouam ſimul cum veteri lege eſſe obſeruandam; cui peſtiferæ doctrinæ pluribus in locis ſuarum epiſtolarum repugnat D. Paulus. Et Seuerus, de quo titulo Chriſtus, hæreſi quarta dictum eſt; ex teſtimonio Euſebij Ceſarienſis lib. 4. ſuæ hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 26. Euſeb.

Euſeb. Ebionem, & Seuerum ſequuti ſunt hæretici Elceſaitæ; ſiue Elceſei, vti refert Euſebius Ceſarienſis lib. 6. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 27. Qui Elceſei ſequaces & diſcipuli fuerunt impij Ebionis.

Hæreſis Septima.

Contemnit hæc hæreſis Epiſtolam D. Iacobi.

AVctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio, hæreſi 1. dictum eſt, nec miror, quod Lutherus tam effrons ſit, vt auſus ſit negare Epiſtolam D. Iacobi à tot viris Sanctis, et illuſtribus approbatam, & ab Eccleſia in tot Concilijs pro Canonica, & Sacra littera confirmatã; nam ibi clarè D. Iacobus docet fidem ſine operibus eſſe mortuam, quia igitur vidit fraudulentus Lutherus hanc epiſtolam clarè repugnare ſuæ venenoſæ doctrinæ, ideo eam negauit.

Hæreſis Octaua.

Abijcit hæc hæreſis Euangelium Ioannis, ac eius Apocalypſim.

Euſeb. *AVctores dicuntur ab opere Alogiani, eo quod filium Dei negabant eſſe Verbum; nam Logos Grecè, Latinè ſonat Sermo, vel Verbum; hanc hæreſim refert Euſebius Ceſarienſis lib. 7. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ nullo nominato Auctore: addens huius auctores dixiſſe Ioannis Apocalypſim factam fuiſſe à Cerintho; at Cerinthus millenarium diabolicum compoſuit, vti diximus titulo Beatitudo hæreſi 2. loquendo de eo; non autem Ioannis Apocalypſim conſcripſit, quo recurrat Lector, & videbit eius acta, & quid, & vbi, & quomodo ſcripſerit.*

ADuerſus omnes has hæreſes ſufficiant dicta in cap. 2. libri Prohæmialis quo recurrat Lector, ibi adduximus aliqua Concilia videlicet Laodicenum, Carthaginenſe III. Florentinum ſub Eugenio IV. & Tridentinum ſub Paulo III. itaque cum Eccleſia nos docuerit omnes libros, quos cap. 2. libri Prohæmialis enumerauimus eſſe ſacros, & Canonicos, non eſt quod amplius contra has inuentatas malignitates diſputemus. Eccleſiæ enim definitio eſt tanti valoris, quanti eſt Sacra pagina, vti pariter libro Prohæmiali cap. 5. probauimus.

Additur

Additur tamen hic pro Euangelio, & Ioannis Apocalypſi, quod Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Toletano IV. anno ſalutis 633. 9. Decembris celebrato ſub Honorio I. Papa, & Heraclio Romanorum Imperatore 70. Epiſcoporum, tam ex Hiſpania, quàm ex illa parte Galliæ Narbonenſis, quæ tunc Regibus Hiſpaniarum parebat definiuit Euangelium inſcriptum Ioannis, & Apocalypſim eſſe Ioannis. Côc. Tol.

TITVLVS SCIENTIA.

Hæreſis Vna.

Damnat hæc hæreſis omnes ſcientias ſpeculatiuas, dicens eas eſſe errores.

AVctor eſt effrons Lutherus, de quo titulo Abſolutio, hæreſi prima dictum eſt, qui non ſolum ea, quæ ſunt fidei negat, verum etiam ea, quæ ſunt euidenti veritate manifeſta.

COnuincitur, & eſt ſciendum, quod ſcientia, & error inter ſe pugnant: ita vt ſi ſcientia eſt, error eſſe non poſſit, & è contra, non ergo ſcientia error dicenda eſt, etiam ſi ab homine peccatore procedat? Quomodo ergo effrons Luthere, cum plures ſcientiæ ſpeculatiuæ doceant multas euidentiſſimas veritates, vt ſunt illæ, quæ habentur ex Arithmetica, & Geometria; dicentur errores? & vt mendacium ſuum aliqualiter protegat ſubdit iniquus Lutherus, & dicit ſcientias dici errores, quia procedunt ex corde malo, nondum per gratiam ſanato; quare etiam ex peſtifero Lutheri dicto etiam Lex, quę procedit ex cognitione ſcientiæ erit peccatum, quod negat D. Paulus ad Rom. 7. ibi *Lex peccatum eſt? abſit: ſed peccatum non cognoui niſi per legem:* quare non omnis ſcientia dicenda eſt error; etiamſi à peccatore procedat, nam ab eo procedit non ſecundum id, quod malus eſt, at ſecundum dona naturæ; quæ etiam in Dæmonibus integra manſerunt: contemnatur itaque ac deſpiciatur perfida, ac venenoſa doctrina Lutheri. Rom. 7.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Pio IV. Papa, & Ferdinando Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1562. 17. Ianuarij celebrata cap. 2. in decretis, docet promouendum ad Epiſcopatum debere eſſe ſcientificum, & in Theologia licentiatum. Conc. Tri.

TITVLVS SEPVLTVRA.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hæreſis nil prodeſſe corporibus humanis, quod in loco ſacro ſepeliantur.

Auctores

Aen Sylu. *AVctores fuerunt Vualdenſes, de quibus titulo Baptiſmus hæreſi* 8. *dictum eſt, vti refert Aeneas Syluius, qui poſtea fuit Papa, & dictus eſt Pius II. libro ſuo de Origine Bohemorum cap.* 35.

COnuincitur hæc aperta malignitas; nam licet locus non proſit ad gloriam animæ augendam, in hoc tamen prodeſt, quod viui, vel ſint parentes, vel amici quotieſcunque locum ſacrum ingrediuntur, in quo corpora humana ſepulta ſunt, recordantur eorum, & orant Sanctum vel Sanctam, in cuius honore Eccleſia illa eſt dedicata, vt apud Deum intercedat pro illius animæ liberatione à pœnis purgatorij, ſi in purgatorio eſt: eſt enim mos Chriſtianorum ſepelire mortuos in loco ſacro, vt ab impijs fideles mortui; vti etiam viui, diſcernantur, quod etiam
4.Reg.27. à Iudæis obſeruatum fuit, vti legitur 4.Reg.27. & Geneſ. 22. legitur
Gen.22. Abraham fuiſſe anxium de ſepultura, nā emit agrum ab Ephron Etheo
Matth.27. quadringentis ſiclis argenti in ſepulturam Saræ vxoris ſuæ: & Matth. 27. ex triginta argenteis à Iuda proditore relatis Principibus Sacerdotum, *emerunt agrum figuli in ſepulturam peregrinorum*, ne aut inſepulti manerent, aut in loco prophano ſepelirentur.

Côc.Mag. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Magontiaco celebrato anno ſalutis 813. in Gallia 5. Idus Iunij ſub Leone III. Papa, & Carolo Magno Romanorum Imperatore: vbi multitudo Epiſcoporum, & Monachorum ex Gallia, & alijs partibus conuenerunt, pro Eccleſiaſtica diſciplina reformanda: nam cap. 52. ſuorum decretorum ordinauit omnes
Côc. Trib. verè Catholicos ſepeliri debere in loco ſacro. Et in Concilio Triburienſe in Germania, anno ſalutis 895. celebrato ſub Formoſo Papa, & Arnulpho Romanorum Imperatore: 22. Epiſcoporum cap. 15. ſuorum decretorum ordinauit ſepulturas Catholicorum debere eſſe ſitas, vel in Eccleſijs, vel ſi extra ſaltem in cœmiterijs apud Eccleſias.

TITVLVS SILENTIVM.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis ſiue dementia ſemper eſſe incumbendum ſilentio.

AVctores ab opere dicuntur Patalornichitæ Græcè, Latinè ſonat, quaſi ponentes palum, vel digitum naribus, vel labijs, qua mihi potius videtur dementia Pythagorica, quam ſapientia, et pietas,
Pſal.144. *& Auctores mouentur verbis Pſal.*144. Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labijs meis. *Quis autem fuerit primus auctor, uel quo loco, uel tempore orta ſit non legitur, tantum recitatur à Phi-*
Philaſter. D.Aug. *laſtro, & à Diuo Auguſtino libris ſuis de hereſibus nullo nominato auctore.*

Conuin-

COnuincitur, nam primo Dauid loco citato non petijt à Domino, vt poneret ori ſuo murum, ſic nec perpetuum ſilentium, at vt tantum illi concederet moderatam loquutionem: inſuper ſi taciturnitas ſemper eſſet ſeruanda. Eſaias cap. 6. non deploraſſet à ſe obſeruatum ſilentium, dicens, *væh mihi quia tacui*, & denique legitur Ezech. 3. *tempus loquendi, tempus tacendi, omnia tempus habent*. Eſai. 6. Ezech. 3.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Toletano XI. anno ſalutis 665. celebrato 7. idus Nouembris ſub Adeodato Papa, & Conſtantino IV. Romanorum Imperatore, cui interfuerunt 18. Epiſcopi, & ſex Abbates, cap. enim 1. ſuorum decretorum, ſi ſemper in ſilentio permanendum eſſet, non dixiſſet, ac docuiſſet in proferendis ſuis Patres Concilij, debere eas proferre cum omni modeſtia, & ſine ſtrepitu. Cōc. Tol.

TITVLVS SIMONIA.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hęreſis dona Dei eſſe pecunia comparanda, quę blaſphemia fere ſtatim poſt Chriſti aſcenſionem diſſeminata fuit.

AVctor fuit ſceleſtiſſimus Simon Magus, de quo titulo Coitus hęreſi prima dictum eſt, & à quo dicitur Simonia.

In eundem errorem (ex teſtimonio Guidonis Carmelitę in ſumma de hęreſibus) lapſi ſunt Gręci, de quibus titulo Confirmatio dictum eſt, & Armeni, de quibus titulo Adam hęreſi 3. dictum eſt.

COnuincitur, nam legitur Matth. 10. vbi Chriſtus dans auctoritatem curandi infirmos, & eijciendi Dæmones eis dixit, *gratis accepiſtis, gratis date*; inſuper, vti legitur 4. Reg. 5. Giezi famulus Prophetæ Heliſei fuit à Deo lepra percuſſus, quia pecuniam recepit pro beneficio ſanitatis: denique in omni emptione, & venditione ſeruanda eſt æqualitas in pretio, quare qui credit (vti docet iniquus Simon Magus) dona Dei eſſe pretio comparanda, debet etiam tenere pecuniam eſſe æque pretioſam, vti ſunt dona Dei: attamen Sapiens contrarium ſentit Prouer. 8. dicens, *accipite doctrinam meam, & non pecuniam, diſciplinam magis quam aurum eligite*: valeat itaque diabolicus Simon. Matth. 10. 4. Reg. 5. Prouer. 8.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Elibertino in Bætica prouincia Hiſpanię in ciuitate Eliberis celebrato 19. Epiſcoporum anno ſalutis 306. auctoritate Marcelli I. Papæ, ſub Conſtantino Magno Romanorum Imperatore cap. 48. ſuorum decretorum Simoniacos damnauit. Vti etiam fecit in Concilio Toletano XI. anno ſalutis 665. celebrato 7. Idus Nouembris ſub Adeodato Papa, à quo & confirmatur, & ab Eccleſia recipitur, & Conſtantino IV. Romanorum Imperatore, cui interfuerunt 18. Epiſcopi, & ſex Abbates cap. 8. ſuorum decretorum. Quos Cōc. Elib. Cōc. Tol.

pariter

Digitized by Google

Cónc.Lat. pariter etiam Simoniacos damnauit Eccleſia in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro II. Papa, & Henrico III. Romanorum Imperatore centum, & amplius Epiſcoporum, anno ſalutis 1063. celebrato, ac denique
Cóc.Brac. eoſdem damnat Eccleſia in Concilio Bracarenſi II. ſub Ioanne III. Papa, & Iuſtino iuniore Romanorum Imperatore anno ſalutis 572. celebrato, nam cap. 3. docet, non eſſe ab Epiſcopo accipienda munera: gratis enim Sacerdotes Dei acceperunt, & gratis dare debent.

CONtra hanc hæreſim ſcripſit Petrus Damianus Monachus S. Benedicti Cardinalis, & Epiſcopus Hoſtienſis librum vnum, vti refert Ioannes Thritemius Monachus, & Abbas ex inſtituto S. Benedicti libro de Eccleſiaſticis ſcriptoribus.

TITVLVS SPES.

Hæreſis Vna.

Docet hęc hęreſis, ſpem non procedere ex meritis.

Auctor eſt Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. dictum eſt.

COnuincitur, nam ò Luthere, quid ſperat Matth. 10. mercenarius, qui in alieno agro ſudat, certè mercedem ſui laboris? ſic homo Chriſtianus opera bona faciens ſperat non ſolum in Dei bonitate, & promiſſis, verum etiam in laboribus ſuis: hinc legitur Iob 7. *Militia eſt vita hominis ſuper terram, & ſicut mercenarij dies eius*, & 2. Tim. 4. *bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex*, & Pſal. 4. *ſacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Domino.*

Iob 7.
2. Tim. 4.
Pſal. 4.
Conc. Tri.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata, poſt datam definitionem de tali re in cap. 16. hanc deinde in Can. 26. & 32. ſub anathemate damnat.

TITVLVS STVDIA GENERALIA.

Hæreſis Vna.

DOcet hęc hęreſis ſtudia generalia eſſe vana Gentilitate in Eccleſiam introducta.

AVctor fuit Ioannes Vuicleph, de quo titulo Adoratio, hęreſi 1. dictum eſt, hoc ideo Vuicleph docuit, ne plebs ad ſe attracta ſuis falſis dogmatibus reſiſtere poſſet per litterarum notitiam.

Conuin-

COnuincitur, nam fides noſtra eſt defendenda illis armis, quæ ex ſacris litteris depromi poſſunt; nam dicit D. Paulus ad Eph. 6. *aſſummite galeam ſalutis, & gladium Spiritus, quod eſt verbum Dei*. Hoc verbum Dei, & gladium habuerunt omnes Sancti Doctores; nam homines à vitijs ſeparauerunt, & eos ad virtutes conuerterunt, eorum mala acta increpando: nam legitur ad Heb. 4. *Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti*: debent enim Catholici exercere ſe per ſtudia generalia, in ſtudijs ſacræ paginæ, vt poſſint cum fidei inimicis pugnare: apud Hebræos etiam Doctores erant, qui Scribæ, & Præceptores vocabantur; quare Chriſtus à Diſcipulis, vti legitur Ioan. 7. dictus eſt Rabbi, & in huius etiam confirmatione legitur 2. Timot. 3. *perſiſte in illis, in quibus didiciſtis*: & Act. 14. *erant in eccleſia Doctores, & Prophetæ, in quibus erat Barnabas, & Simon, qui dicebatur niger*. Ephеſ. 6. Hebr. 4. Ioan. 7. 2. Tim. 3. Act. 14.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi ſub Ioanne XXIIII. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore, anno ſalutis 1415. celebrato ſeſſ. 8. damnans Vuiclephi errores hunc etiam in ordine 29. damnauit. Conc. Cõſtantien.

TITVLVS SVBDITVS.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hæreſis poſſe ſubditos ſuos ſuperiores delinquentes pro libito corrigere.

AVctor fuit Vuicleph, de quo titulo Adoratio hæreſi prima dictum eſt.

QVam hæreſim iam ſuperauimus titulo poteſtas, vbi probauimus, poteſtatem non ammitti per peccatum mortale: additur, quod ſi hoc ita eſſet, nulla vnquam pax in Republica eſſet, immo omnia in ea eſſent confuſa, puer contra ſenem, ignobilis contra nobilem, idiota contra ſapientem inſurgeret. O miſeranda talis Reſpublica, qualis quæſo eſſe poteſt ordo, vbi is qui corrigendus eſt, corrigere vult. Quid non faceret populus tali licentia donatus? Saul malus erat, & iam occiderat, vti legitur 1. Reg. 22. Achimelec Sacerdotem; & tamen conſulentibus viris Dauid, vt occideret Saul, dixit Dauid, vti legitur 1. Reg. 24. *propitius ſit mihi Dominus ne faciam hanc rem Domino meo Chriſto Domini, vt mittam manum meam in eum quia Chriſtus Domini eſt*. 1. Reg. 22. 1. Reg. 24.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi ſub Ioanne XXIIII. Papa & Sigiſmundo Romanorum Imperatore 1000. & amplius Patrum anno ſalutis 1415. celebrato damnans ſeſſ. 8. errores Vuicleph, hunc etiam in ordine 17. ſub anathemate damnauit. Conc. Cõſtantien.

Digitized by Google

TITVLVS SVFFRAGIA DEFVNCTORVM.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis ſuffragia nil prodeſſe defunctis.

D.Aug. *AVctor primus huius malignitatis fuit Aerius de quo titulo Epiſcopus hæreſi prima dictum eſt, vti refert D. Auguſtinus libro de hæreſibus cap. 55.*

Quam deinde ſuſcitarunt Græci, de quibus titulo Confirmatio, & Armeni, de quibus titulo Adam hæreſi tertia dictum eſt, & denique Albigenſes, de quibus titulo Anima hæreſi octaua dictum eſt, vti his omnibus Gui. Car. *tribuit Guido Carmelita.*

Hanc denique in ſterquilinio ſepultam exhumauit, ac ab inferis reuocauit iniquus Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi prima dictum eſt.

Tob.4. 2.Mac. 12. COnuincitur, nam legitur Tob. 4. *panem tuum, & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue*, & 2. lib. Mach. 12. *Iudas facta collatione, duodecim millia drachmas argenti miſit Hieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum in ſacrificium:* quare ſi ſuffragia defunctorum eſſent fruſtratoria, hunc nec Tobias filium ſuum in his inſtruxiſſet, nec Iudas actionem prædictam feciſſet: denique quod detur Purgatorium iam oſtendimus titulo Purgatorium hæreſi prima.

Cõc. Tol. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio III. Toletano anno ſalutis 593. ſub Gregorio I. Papa, à quo & confirmatur, & ita ab eccleſia recipitur, & Mauritio Romanorum Imperatore 75. Epiſcoporum, & aliorum Vicariorum, damnat, & anathematizat negantes ſuffragia de-Cõc. Val. functorum; Et in Concilio Valenſi in Gallia Narbonenſi celebrato anno ſalutis 442. ſub Leone I. Papa, à quo & confirmatur, & ita ab eccleſia recipitur, & Theodoſio, & Valentiniano Romanorum Imperatoribus 18. Epiſcoporum, hanc pariter aſſertionem cap. 2. ſuorum decre-Cõc. Agh. torum damnat, & denique in Concilio Agathenſi in Gallia ſimiliter Narbonenſi celebrato anno ſalutis 506. ſub Symmacho Papa, & Anaſtaſio Romanorum Imperatore 35. Epiſcoporum, cui præfuit Sanctus Cesarius Arelatenſis Epiſcopus cap. 4. ſuorum decretorum iiſdem ſub iiſdem fere verbis definiuit.

TITVLVS TEMPLVM.

Hæreſis Vna.

COntemnit hæc hæreſis omnes baſilicas in honorem ſanctorum dicatas.

Huius

HVius iniquitatis primus auctor fuit Euſtachius de quo titulo Ieiunium, hæreſi ſecunda dictum eſt vti teſtatur Conc. Gangrenſe. Cōc.Gāg.
Hanc auxerunt Vualdenſes, de quibus titulo Baptiſmus hæreſi octaua dictum eſt, addentes, etiam baſilicas in honorem Dei dicatas eſſe contemnendas, vti teſtantur Aeneas Syluius libro de origine Bohamorum cap. 35. Aen. Sylu.

Poſt Vualdenſes ſurrexerunt libidinoſi Pſeudoapoſtoli, de quorum carnali Duce Gerardo dictum eſt, titulo Apoſtoli, hæreſi ſecunda, qui adhuc maiori cum iniuria de Dei templis loquebantur dicentes, eccleſiam conſecratam non plus valere ad orandum, quàm porcorum ſtabulum.

Acta Ziſchæ Bohæmi.

QVam etiam malignitatem tutatus eſt Ziſcha quidam nobilis Bohemus Pragenſis a pueritia in aula Regis educatus, altero in pugna orbatus oculo; at Vualdenſium lepra infectus, impius, ac nimis crudelis in eccleſiam ſuam matrem: nam anno ſalutis 1450. ſub Caliſto III. Papa, & Federico III. Auſtriaco Romanorum Imperatore hanc impietatem magis armis, quàm verbis defendebat: pariterque doctrinam Ioannis Huß iſte impius Ziſcha amplexatus eſt, qui copiam perditorum hominum congregauit, & eccleſias innadebat, ſpoliabat, monaſteria deſtruebat, monachos fugabat, aliaque ſimilia facinora perpetrabat, & vt facilius hoc falſum dogma ſuſtentaret, ac ne à nemine offenderetur locum munitum elegit quem mœnibus vinxit, & Thabor vocauit, fratres ſuos Thaboritas vocans (vti Chriſtus cum tribus diſcipulis in medio Moyſi, & Heliæ transfiguratus) & concluſiones ſuas vocabat fidei veritates, tandem hic impius poſt multa perpetrata ſcelera, ac venena diſſeminata, Dei auxilio, & ope inuictiſſimi Federici Auſtriaci Imperatoris diſſipatus fuit, ac locus Thabor deſtructus, itaque miſerè mortuus eſt & in ſterquilinio ſepultus anno ſalutis 1475. ſub Siſto IV. Papa & Federico ſupra nominato, & eius anima diabolo fuit tradita, perpetuo igne, & ſulphure cruciandus, vti refert Aeneas Syluius Aen. Sylu.
libro ſuo de origine Bohæmorum cap. 35.

COnuincitur, nam ſi templa nullius valoris eſſent, nunquam tantum elaboraſſet Salomon pro templo ex Domini præcepto ædificando, vti legitur 1. Par. 28. inſuper ſi templum non plus ad orandum valeret, 1. Par. 28.
quàm porcorum ſtabulum, vti perfidi Pſeudoapoſtoli docent & Saluator Matth. 21. non eieciſſet ementes, & vendentes de templo dicens *domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Matth. 21.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Gangrenſi in Paphlagonia anno ſalutis 319. celebrato ſub Syluestro I. Papa, & magno Conſtanti- Cōc. Gāg.

no Romanorum Imperatore quod Concil. celebratum fuit per Ozium Sedis Apoſtolicę legatum cap. 5. ſuorum decretorum docet, quod *ſi quis dicat domum Dei, & conuentus, qui in ea celebrantur contempſibiles eſſe anathema ſit*.

TITVLVS TENTATIO.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis tentationes factas in nobis à Dæmone eſſe factas contactu lapidum, vel herbarum.

Auctor fuit Petrus Abailardus, de quo titulo Beatitudo, hæreſi prima dictum eſt, vti refert D. Bernardus in Epiſtola ſua 190. ad Innocentium II. Papam.

D.Bern.

Conuincitur, nam legitur Gen. 3. quod prima hominis tentatio facta fuit medio ſerpente, & tentatio Adæ facta fuit mediante Eua, & tentatio Iob; vti legitur Iob. 1. facta fuit per ablationem omnis eius ſubſtantiæ, & denique Matth. 10. Dæmon in Chriſti tentatione non herbas, ſed loquutiones adhibuit: valeat itaque infernalis Abailardus.

Gen. 3. Iob 1. Matth. 10.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Rhemenſi in Gallia anno ſalutis 1148. Calendis Aprilis ex mandato Eugenij III. Papæ celebrato ſub Conrado II. Romanorum Imperatore, errores omnes Abailardi ſub anathemate damnauit Abailardumque auctorem ab Eccleſia ſeparauit.

Conc. Rhemenſe.

TITVLVS TERRA.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis terram eſſe Deo coæternam.

Auctor fuit Fœlix Manichæus, de quo titulo Anima, hæreſi quinta, dictum eſt.

Conuincitur, nec eſt difficile contra hanc manifeſtam dementiam diſputare; nam legitur Gen. 1. *In principio creauit Deus cælum, & terram*, & Pſal. 101. *Initio tu Domine terram fundaſti*, & Eſai. 45. *Ego feci cælum, & terram, & hominem ſuper eam creaui*; quæ verba ab Apoſtolo Heb. 3. repetuntur; non ergo terra eſt Deo coæterna, vti latrat Fœlix Ma-

Gen. 1. Pſal. 101. Eſai. 45. Hebr. 3.

lix Manichæus, ex teſtimonio D. Auguſtini in 1. libro de hæreſi aduerſus eundem Fœlicem.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Romę celebrato à Leone I. Papa tempore Theodoſij, & Valentiniani Imperatorum anno ſalutis 444. menſe Ianuarij errores omnes huius Fœlicis, ac Fauſti Manicheorum damnauit, cui Concilio interfuerunt non ſolum Epiſcopi, & Sacerdotes numero infiniti, verum etiā Senatores, & alij viri illuſtres, cui Leo Sanctiſſimus Papa præfuit: & denique in Conc. Lateranenſi maximo ſub Innocentio III. Papa, & Othone IV. Romanorum Imperatore 1300. Patrum diuerſarum nationum anno ſalutis 1215. celebrato, Eccleſia confitetur Deum omnium conditorem viſibilium, & inuiſibilium. Conc. Ro. Conc. Lat.

TITVLVS TIMOR DEI.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen duas præcipuè ortas hæreſes inueni. Prima docet timorem Dei ſeruilem eſſe inutilem.

Auctor fuit Lutherus, de quo titulo Abſolutio hæreſi 1. *dictum eſt.*

Hanc hæreſim confutauimus titulo Contritio, quo recurrat lector, additur tamen hic timorem Dei duas habere origines in ipſo peccatore. Prima amor ſui, & ſui commodi, vnde euenit, vt peccator incommoda fugiat. Secunda eſt conſideratio omnipotentiæ Dei; & eius ſapientię, & iuſtitiæ: ex quibus conſiderationibus oritur quædam fuga in peccatore ad euitandum peccatum, & dicitur timor ſeruilis, quem dicimus eſſe bonum, & vtilem, niſi voluntas peccandi ſit illi adiuncta, & admixta; quod etiam manifeſtat parabola de Rege volente ponere rationem cum ſeruis ſuis, vti legitur Matt. 18. denique legitur Pſal. 118. *bonum mihi quod humiliaſti me, vt diſcam iuſtificationes ſuas.* Matth. 18.

Poſtremo Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Paulo III. Papa, & Carolo Quinto Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 6. anno ſalutis 1547. 7. Ianuarij celebrata hanc Can. 8. aſſertionem ſub anathemate damnat. Conc. Tri.

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis timorem Domini non eſſe in futuro ſæculo.

Auctor fuit Petrus Abailardus, de quo titulo Beatitudo hæreſi 1. *dictum eſt, vti refert D. Bernardus in Epiſtola* 190. *ad Innocentium II. Papam.* D. Bern.

Con-

Digitized by Google

Pſal. 18. COnuincitur hæc inſania, & breuiter, nam legitur Pſal. 18. *Timor Domini manet in ſæculum ſæculi*, quare aliquis erit timor ſine pœna, & reuerentialis; nam legitur Luc. 7. (Luc. 7.) quod poſtquam filium viduæ ſuſcitauit Chriſtus *accepit omnes timor, & magnificabant Deum*, huinc ſpectat illud, quod legitur Pſal. 33. (Pſal. 33.) *nil deeſt timentibus eum*.

Conc. Remenſe. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Rhemenſi in Gallia, Calendis Aprilis anno ſalutis 1148. ex mandato Eugenij III. Papæ celebrato tempore Conradi II. Romanorum Imperatoribus hanc & alias omnes Abailardi, & iniqui Arnaldi eius diſcipuli hæreſes anathematizauit, eoſque ab Eccleſia ſeparauit.

TITVLVS TYRANNVS.

Hæreſis Vna.

D*Ocet hæc hæreſis Tyrannum poſſe occidi etiam per clancularias inſidias.*

Acta Ioannis Parui.

A*Vctor, vti refert Ioannes Gerſon, fuit quidam Ioannes Paruus Gallus Pariſienſis Clericus ſæcularis, erroribus Abailardi infectus, qui fuit vir impius, & carnalis, & in Eccleſiam, & Eccleſiaſticos viros multas euomuit blaſphemias, multos ſeducens, & ad ſuam falſam, peruerſamque, & iniquam doctrinam attrahens. Vixit autem anno ſalutis 1400. ſub Gregorio XII. Papa, & Roberto Romanorum Imperatore; Quem autem finem habuerit, an hæreſes abiurauerit, vel an vſque in finem vitæ ſuæ in illis perſeuerauerit, vel quo tempore, vel quo in loco, & quomodo è vita diſceſſerit penitus apud aliquem ſcriptum non vidi.*

COnuincitur, & primò ſciendum quod Tyrannus ille dicitur, qui vel iure non dominatur, vel ſi dominatur iure, exercet ſuam poteſtatem vltra ſui dominij leges iuſtas: ſic Dux, Rex, Pontifex, & Epiſcopus dicuntur Tyranni, ſi violenter tenent dominium, vel ſi gubernant extra id, quod leges decernunt: itidem maritus dicitur Tyrannus vxoris, ſi eam non tractat iuxta id, quod leges decernunt, & ſacramentum matrimonij expoſtulat: ſi igitur ſubditi poſſent occidere ſuperiorem ſuum Tyrannum, magna eſſet in republica confuſio iuſtitiæ, & pax tolleretur, ac etiam obedientia, & eſſet in cauſa, vt omnes tam ſuperiores, quàm inferiores Tyrannicè ſe haberent: additur quod hæreſis eſt peior Tyrannia, & tamen nullo licet occidere hæreticum; præterea legitur Exod. 21. (Exod. 21.) *Si quis per inſidias proximum ſuum occiderit eum ab altari meo euelles, ita vt moriatur*, & legitur Gen. 4. (Gen. 4.) de Cain, qui primus omnium

commiſit

commiſit homicidium in fratrem,& cum timeret,ne alius eum occideret dixit ei Deus, *nequaquam fiet, ſed omnis, qui occiderit Cain ſeptuplum punietur*, denique ex regulis iuris lata ſententia à iudice non competente nulla eſt: & Rex, Gubernator, ſiue Iudex nunquam mandabit occidere aliquem non monitum,non vocatum, non conuinctum, multo ergo minus hoc facere poterit ſubditus in ſuum ſuperiorem, in quem nullum ius habet.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Conſtantienſi anno ſalutis 1415. ſub Ioanne XXIV. Papa, & Sigiſmundo Romanorum Imperatore, mille, & amplius Patrum ſeſſ. 15. hanc aſſertionem in fine ſeſſionis ſub anathemate damnat. Conc. Cõſtantien.

TITVLVS VERECVNDIA.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hæreſis, de nulla re à natura nobis donata, eſſe erubeſcendum.

AVctores ſunt Adamitæ, de quorum infami Duce Carpocrate dictum eſt titulo Christus hæreſi prima. Hi Adamitæ ſemper pudenda nudata geſtabant, & vt iumenta coibant.

COnuincitur, nam natura hoc abhorret, & partes genitales à verecundia nomen acceperunt, & dicuntur verenda, legitur enim Gen. 3. quod vt primum primi Parentes cognouerunt ſe eſſe nudos ex Dei præcepto cooperuerunt ſe, & præcipue genitalia, & Gen. 9. Cham repræhenditur, quia videns patris ſui genitalia nuda, ea non cooperuit, at fratribus nuntiauit,inter quos Sem,& Iaphet laudantur,quia ea cooperuerunt,& à Patre benedicuntur, & Cham maledicitur; valeant itaque effrontes Adamitani. Gen. 3. Gen. 9.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio generali Hieruſalem celebrato anno ſalutis 41. ſub Petro Apoſtolo, & Caio Cæſare Romanorum Imperatore hanc hæreſim cum omnibus alijs Carpocratis hæreſibus damnauit, auctoremque ab Eccleſia eiecit. Cõc.Hier.

TITVLVS VINVM.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis non licere bibere uinum.

Huius

Digitized by Google

D.Aug. *HVius inſaniæ Auctor fuit Seuerus, de quo titulo Chriſtus hereſi quarta dictum eſt, uti refert D.Auguſtinus libro de hereſibus.*

Seuero adheret Tatianus, de quo titulo Adam hereſi prima D.Hier. *dictum eſt, uti refert D.Hieronymus in Commentarijs ſuper Amos, & hoc dixit Tatianus motus quadam fabula ab eo inuentata, ſcilicet uitem eſſe germinatam ex Sathana, & terra.*

COnuincitur, & dico primo hanc hæreſim nocere non ſolum corpori, ſed etiam animæ; nam vinum moderate ſumptum plurimas Eccl.31. præſtat corpori, & animæ vtilitates, legitur enim Eccleſ.31. ***Exultatio animæ, & cordis vinum moderate potatum***, inſuper Saluator non conuertiſſet aquam in vinum initio ſuorum ſignorum in Cana Galilææ, vti le- Ioan.2. gitur Ioan.2. ſi vinum non eſſet licitum; præterea cœnans cum diſcipu- Matth 26. lis, vti legitur Matth. 26. Mar.14. & Luc.22. bibit vinum, immo illud Marc.14. commutauit in ſanguinem ſuum, & D.Paulus ſcribens Timotheo, vti Luc.22. legitur 1.Tim.5. conſulit, vt aquam non bibat, ſed modico vtatur vino 1.Tim.3. ob frequentes ſtomaci infirmitates, cæterum quid Tatianus latrat, vinum non eſſe bibendum, quia eſt à malo dæmone: iam titulo Creatura hæreſi 2. probauimus creaturas omnes eſſe bonas, & à bono principio, quo confugiat Lector.

Conc.Ro. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Romæ, anno ſalutis 444. celebrato ſub Leone I. Papa, & Theodoſio, & Valentiniano Romanorum Imperatore hunc errorem ſub anathemate damnauit. Qui etiam Cōc.Brac. error damnatur in Concilio Bracarenſi I. anno ſalutis 563. celebrato ſub Ioanne III. Papa, & Iuſtiniano Romanorum Imperatore cuius damnationis verba habentur Can.8.

TITVLVS VIRGINITAS.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hæreſis Virginitatem eſſe æqualem nuptijs, & etiam cuilibet coitui.

D.Hier. *PRimus Auctor (ex teſtimonio D.Hieronymi lib.2. aduerſus Iouinianum, vbi uocat Baſilidem patrem Luxuriæ) fuit Baſilides, de quo titulo Chriſtus hæreſi prima dictum eſt.*

Hanc etiam tutatus eſt Iouinianus, de quo titulo Beatitudo hæreſi ſeptima dictum eſt.

Quam dementiam diu ſepultam carnalis Lutherus exhumauit, ac ampliauit, nec fuit contentus uerbo, & ſcriptura eam docere; quod opere etiã compleuit id, quod docebat; uxorem etenim monialem à ſe seductam duxit, cuius exemplo multi alij idem fecerunt, ut etiam ſupra oſtendimus, quæ

carnalis

carnalis libertas fuit una ex præcipuis cauſis, cur ſecta Lutherana adeo floruerit.

COnuincitur, nam Apoſtolus 1.Cor.7. præfert viduitatem nuptijs, & Virginitatem ambobus: *Qui enim ſine vxore eſt, ſollicitus eſt qua Domini ſunt, quomodo placeat Deo, qui autem cum vxore ſollicitus eſt, quæ mundi ſunt, quomodo placeat vxori*, & dicat mihi Iouinianus, nonne melius eſt placere Deo, quam hominibus? legitur denique Matth.22. quod *Virgines ſunt ſicut Angeli Dei*. 1.Cor.7. Matth.22.

Poſtremo Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Romæ celebrato in Baſilica S.Petri, anno ſalutis 386. ſub Syricio Papa, & Valentiniano, & Theodoſio Imperatoribus Romanis, vti extat epiſtola Synodalis Syricij Papę ad Epiſcopos Aphricanos, & inter alia dicit Syricius, nos nuptiarum vota non aſpernanter accipimus, ſed virgines Deo deuotas maiori honorificentia muneramus, & Iouinianum cum ſequacibus diuina ſententia damnamus, & manere extra Eccleſiam volumus, quam damnationem Epiſcopi Aphricani ſuſceperunt. Conc.Ro.

TITVLVS VNCTIONIS EXTREM. SACR.

Hæreſis Vna.

DOcet hæc hæreſis unctionem extremam non eſſe Sacramentum, nec infirmis prodeſſe.

PRimi Auctores fuerunt Gręci, de quibus dictum eſt titulo Confirmatio, uti refert Guido Carmelita in ſua Summa de hęreſibus. Gui. Car.

His adhęrent Vualdenſes, de quibus titulo Baptiſmus hęreſi 8. dictum eſt, uti refert Aeneas Syluius libro de Origine Bohęmorum, & conſequenter etiam Ioannes Vuicleph, de quo titulo Adoratio hæreſi prima dictum eſt, uti teſtatur Thomas Vualdenſis, qui fuit diligentiſſimus in referendis erroribus Vuiclephi. Aen Sylu. Tho.Vual.

Quam deinde diu ſepultam exhumauit iniquus Lutherus docens, unctionem extremam non eſſe ſacramentum nec conferre gratiam.

COnuincitur, nam ex Mar.6. habetur vnctionem extremam eſſe ſacramentum, & conferre gratiam; eamque eſſe à Chriſto inſtitutam, nam mittens diſcipulos ſuos binos ad prædicandum, dedit illis auctoritatem vngendi infirmos oleo, & quod hæc vnctio fuerit vnctio animę patet, nam primo Apoſtoli non erant Chyrurgi, ſecundo non omnes infirmi ſunt corporaliter vngendi, niſi vlcerati, vel gladio tranſuerberati, & tamen Chriſtus eis præcepit, vt infirmos vngerent, quare multos vngebant, & ſanabantur; ideſt à venialibus liberabantur, quod confir- Marc.6.

matur ex Epiſtola D. Iacobi cap. 5. ibi *infirmatur quis in vobis inducat*
Iac. 5. *presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei:* inſuper in vnctione extrema adſunt omnia requiſita ad ſacramentum conficiendum, nam oleum eſt materia: oratio ſacerdotis eſt forma, efficiens eſt Sacerdos; & denique exprimitur effectus cum dicitur, *ſi in peccatis ſit remittentur ei:* hac igitur de cauſa etiam temerarius Lutherus auſus eſt dicere hanc Epiſtolam, non eſſe D. Iacobi: immo addit, licet ſit D. Iacobi, non debebat ſua auctoritate D. Iacobus inſtituere ſacramentum: Primo quod hæc ſit Epiſtola Canonica Diui Iacobi probatum eſt libro prohemiali cap. 2. auctoritate Conciliorum, quo ad ſecundum dico D. Iacobum non inſtituiſſe ſacramentum; at tantummodo promulgaſſe, vti à Domino accepit, nec eſt mirum, quod Chriſtus voluerit per Iacobum tradere formam huius Sacramenti, non verò per Euangeliſtas, vti etiam multa traduntur à D. Paulo in ſuis Epiſtolis, quæ ab Euangeliſtis omittuntur.

Conc. Tri. Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Tridentino ſub Iulio III. Papa, & Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore ſeſſ. 4. anno ſalutis 1551. 25. Nouembris celebrata poſt datam de tali re definitionem in cap. 1. hanc deinde Can. 1. 2. 3. & 4. ſub anathemate damnat.

TITVLVS TOTVM.

Hæreſis Prima.

Circa hoc nomen duas ortas hereſes inueni. Prima vota contemnit, docens omnia libere debere fieri.

Auctores fuerunt Pſeudoapoſtoli, de quorum iniquo patre dictum eſt titulo Apoſtoli hæreſi 2. docentes ea opera, quæ fiunt ſine voto eſſe ad maius præmium deſtinata, quam illa quæ fiunt voti neceſſitate.

Hanc eandem tutati ſunt Vuiclephiſtæ, de quorum peſſimo magiſtro dictum eſt, titulo Adoratio hæreſi 1.

Denique carnalis Lutherus, de quo dictum eſt titulo Abſolutio hæreſi 1. hanc aliquantulum ſepultam in inferno reuocauit docens, & tales infames deprecationes emittens, ſcilicet; vtinam omnia monaſteria igne, & ſulphure conſummarentur, ſunt enim dicebat perfidus dæmoniorum inuentitia; mouentur autem huius peſtis auctores ex illis verbis peruerſe intellectis, quæ Pſal. 53. leguntur voluntarie ſacrificabo tibi.
Pſal. 53.

CONuincitur, & primo probatur, quod vota emiſſa debent opere compleri, legitur enim Num.30. & Deut.23. *Si quis virorum Domino vouerit, irritum non faciat verbum ſuum, ſed omne quod promiſit implebit*, & Eccleſ.5. *Si quid Deo vouiſti, ne moreris reddere*, & Pſal.25. *Vouete, & reddite*: videntes aduerſantia clarè Sacræ paginæ teſtimonia de votis ſeruandis, ad hoc refugium venerunt, quod ſcilicet vota non perpetuo, ſed ad tempus fieri debent; nam dicunt ipſi, vouentes perpetuo, perpetuo etiam fiunt ſerui, quos tamen Deus liberauit, vti legitur Rom.6. At miſeri ignorant, quod *Deo ſeruire, eſt regnare*, & quod Chriſtus nos liberauit à ſeruitute peccati, & de hac libertate intelligitur dictum ad Rom.6. Quod verò votorum perpetuitas à ſacra pagina probetur, legitur 1.Reg.1. quod Anna votum vouit Deo, dicens: *Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, dederiſque ſeruæ ſuæ ſexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius*, ecce vides votum matris de conſecrando perpetuo filio Domino, & Pſal.75. abſolute dicit *vouete, & reddite*, non enim dicit ò perfidi, & carnales Lutherani vouete, & reddite ad tempus.

Num.30. Deut.23. Pſal.25. Rom.6. 1.Reg.1. Pſal.75.

Denique Eccleſia Vniuerſalis in Concilio IV. Carthaginenſi 214. Epiſcoporum Aphricæ, & aliorum Vicariorum abſentium, cui præfuit Aurelius Epiſcopus Carthaginenſis, & Primus totius Aphricæ; cui etiam interfuit D.Auguſtinus, ac ſubſcripſit, anno ſalutis 398. ſub Anaſtaſio Papa, & Honorio, & Theodoſio Romanorum Imperatoribus cap. vltimo ſuorum decretorum damnat illas viduas, quæ caſtitatem vouerint ex conſenſu ſui Epiſcopi, deinde irritum faciunt votum iterum ad nuptias tranſeuntes, quod Conc. receptum fuit ab Eccleſia in Sexta Synodo generali in Trullo celebrata. Hoc idem confirmat Eccleſia in Concilio IV. Toletano, quod fuit generale totius Hiſpaniæ, cui etiam interfuerunt, vel per ſe, vel per ſuos Vicarios Epiſcopi illius partis Galliæ Narbonenſis, quæ tunc Regibus Hiſpaniarum parebat, cui præfuit S. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, anno ſalutis 633. 9. Decembris celebrato ſub Honorio I. Papa, & Heraclio Romanorum Imperatore. Idem pariter etiam definiuit Eccleſia in Concilio VI. Carthaginenſi anno ſalutis 419. ſub Bonifacio I. Papa, & Honorio, & Theodoſio Romanorum Imperatoribus, cui omnes Epiſcopi Aphricani interfuerunt. Et in Concilio Valentino in Gallia ſub Benedicto III. Papa, à quo confirmatur, & ita ab Eccleſia recipitur, tempore Lotharij Romanorum Imperatoris anno ſalutis 859. celebrato 14. Epiſcoporum, omnes vota aſpernantes damnauit: idemque facit in Concilio II. Aurelianenſi in Gallia celebrato anno ſalutis 536. ſub Agapito Papa, & Iuſtiniano Romanorum Imperatore, cui interfuerunt Epiſcopi 30. vel per ſe, vel per ſuos Vicarios eique præfuit S. Honoratus Epiſcopus Bituricenſis: tandem idem etiam docet Eccleſia in Conc. Elibertino anno ſalutis 306. celebrato ſub Marcello Papa, & Magno Conſtantino Romanorum Imperatore, nam c.13. ſuorum decretorum damnat vota aſpernantes.

Conc. Carthag. Cõc. Tol. Conc. Carthag. Cõc. Val. Cõc. Aur. Cõc. Elib.

Digitized by Google

Hæreſis Secunda.

Docet hæc hæreſis, vota quidem eſſe bona, negat tamen aliquid Deo poſſe voueri, quod non ſit à Deo præceptum; quare omnia vota monaſtica negat, quaſi Deus illa non præcipiat.

Auctores fuerunt Lutherani poſteriores, de quorum impio patre dictum eſt titulo Abſolutio hæreſi 1. videntes enim non poſſe omnia vota iuxta ſcripturam damnare ad hoc refugium venerunt.

Num.30. Conuincitur legitur enim Num.30. *Si vxor vouerit ieiunium erit in arbitrium viri ſui, vt faciat, vel ne,* ex quibus patet aliqua eſſe Deo
2.Cor.7. vota, non præcepta, 2.Cor.7. legitur Deum non præcepiſſe virginitatem, ibi *de virginibus præceptum non habeo*, & tamen Deo grata eſt, legitur
Matth.22. enim Matth.22. quod *Virgines ſunt ſicut Angeli Dei:* denique votum paupertatis Apoſtolorum non fuit præceptum, ſed conſilium, & tamen
Matth.19. Deo gratum, vti legitur Matth.19.

Cóc. Car. Poſtremo Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Carthaginenſi II. totius Aphricæ generalis, cui præfuit Gennadius Epiſcopus Carthaginenſis, & totius Aphricæ I. Aurelius autem Gennadij ſucceſſor erat tunc eiuſdem Gennadij ſuffraganeus, anno ſalutis 397. Calen. Settembris celebrato ſub Syricio Papa, & Arcadio, & Honorio Romanorum Imperatoribus, quod Concilium deinde ab Eccleſia receptum fuit in Sexta Synodo generali in Trullo celebrata, nam cap.2. ſuorum decretorum laudat & approbat caſtitatem, & continentiam in Sacerdotibus, & Leuitis, denique in Concilio Carthaginenſi V.73. Epiſcoporum, cui præfuit Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus, & totius Aphricæ I. anno ſalutis 399. ſub Anaſtaſio Papa, à quo confirmatur, & ita ab Eccleſia recipitur, temporibus Arcadij, & Honorij Romanorum Imperatoribus cap.3. ſuorum decretorum laudat continentiam in Sacerdotibus, & Leuitis, eamque approbat.

TITVLVS VSVRA.

Hæreſis Vna.

Docet hæc hæreſis quod dare ad vſuram non eſt peccatum.

Auctores fuerunt Græci, de quibus titulo Confirmatio dictum eſt, vti refert Guido Carmelita in ſua Summa de hæreſibus.

Conui-

COnuincitur legitur enim Exod.25. *Pecuniam mutuo dederis pupillo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum, quaſi exactor, nec vſuris opprimes*, & Leuit.25. *ſi attenuatus fuerit frater tuus, non acceperis ab eo vſuras*, & Pſal.14. *qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram*, denique legitur Luc.16. *mutuum date nihil inde ſperantes*. Exod.25. Leuit.25. Pſal.14. Luc.16.

Deniq; Eccleſia Vniuerſalis in Concilio Viennenſi ſub Clemente V. Papa, & Alberto I. Auſtriaco Romanorum Imperatore anno ſalutis 1311. celebrato 800. & amplius Patrum diuerſarum nationum definiuit, quod *ſi quis pertinaciter defenderit, quod dare ad vſuras non ſit peccatum, decernimus eſſe puniendum velut hæreticum*. Quæ verba habentur in libro Clementinarum decretalium in titulo de vſuris cap. Ex graui. Conc. Viē nen.

FINIS AD LAVDEM DEI.

Digitized by Google

AD PIVM LECTOREM
POSTERIOR ADMONITIO.

DVO deniquo tibi proponenda neceſſario conſideraui. Primum, ne mireris, ſi humili faciliq́; ſtylo vſus ſim; nam hoc totum ad artem factum eſt, vt ſcilicet omnes cuiuſcunque gradus, conditionis, & intelligentiæ, etiam inferioris capere poſſent malignitatem, eiuſque auctorem, ac medicinam. Secundo, ne notam mihi tribuas, rogo, ſi infinitas ſectas commemorare in hoc meo opuſculo prætermiſi; nam tantum primos, ac principales hæreſum inuentores, ſiue etiam reſtauratores illos, qui hæreſes ſuſcitando, impietatem impietati addiderunt, nominare à primo decreui, infraſcriptæ autem malignantium congregationes à me ordine Alphabetico collocatæ, quæ vel à loco vnde exortæ, vel à nomine hæretici, vel ſecundi motoris, vel ab hæreſi, vel ab opere, vel denique ab vtroque ſimul nomen ſumpſerunt: quia à mere ſequacibus, & ſimpliciter, ſine aliqua eſſentiali additione, à redintegratoribus ortæ fuerunt; ideo ſunt prætermiſſæ, Deus ſit omnibus verè Chriſti fidelibus propitius. Vale.

INDEX

INDEX ALPHABETICVS HÆRETICORVM,

Qui cum Principales non ſint, eorum Acta in hoc opere prætermiſſa ſunt.

A

ABelani, ſiue Abelonitæ, vel vt alijs placet Abelonij ab Abel dicti, ad ſectam Nicolai Diaconi pertinent, vti tradit D. Auguſtinus libro ſuo de hæreſibus: hi enim ſurrexerunt iterum in Aphrica in quodam agro Hipponenſi anno ſalutis 407. D.Aug.

Ablatius Epiſcopus Nicænus, qui fuit nobiliſſimus orator, & auditor Troili Sophiſtæ ad Nouatianos pertinet; vti notat Nicephorus Calliſtus libro 4. ſuæ hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 13. & floruit anno ſalutis 430. Nice. Cal.

Abſtinentes ita dicti ob quaſdam abſtinentias, & mundicias, quas faciebant ad Chathariſtas ſpectant, vti notat Philaſter libro ſuo de hæreſibus, qui in Gallia, Hiſpania, & Aquitania anno ſalutis 290 floruerunt; ac denique etiam in Germania iterum ſurrexerunt anno ſalutis 1170. Philaſter.

Aceſius Epiſcopus apud Conſtantinopolim; qui, vt docet Nicephorus Calliſtus lib. 14. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c. 13. ad Nouatianos pertinet. Nice. Cal.

Achillas Epiſcopus Alexandrinus, vti refert Nicephorus Calliſtus libro 6. ſuæ hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 35. ad Arrium ſpectat: nam Arrium carceri mancipatum à Petro Martyre eius prædeceſſore, poſt B. Petri Martyrium, non ſolum è carcere liberauit, verum etiam ordinauit, eique in omnibus adhæſit; qui floruit anno ſalutis 322. Nice. Cal.

Addas, ſiue Adimanthus fuit Manetis diſcipulus, vti Nicephorus Calliſtus refert libro 6. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 22. & à Manete ad Syros ad prædicandum miſſus fuit; vti refert Diuus Auguſtinus libro contra Adimanthum; qui floruit anno ſalutis 277. Nice. Cal. D.Aug.

Adelphius ad Meſſalianos pertinet, vti refert Hiſtoria Tripartita, lib. 7. cap. 11. qui floruit anno ſalutis 368. Hiſt. Trip.

Adiaphoriſtæ, ſiue Interemiſtæ, ita dicti ob interim, quod à Carolo V. Auſtriaco Romanorum Imperatore impetrarunt ad Lutheranos poſteriores; vti Lindanus tradit in ſua panolopia Euangelica, qui floruerunt anno ſalutis 1560. Lindanus.

Aginenſes à loco ita dicti ad Eucratitas pertinent, vti docet D. Auguſtinus

nus

nus libro de hæreſibus; qui iterum ſurrexerunt anno ſalutis 694.

Agrippiniani, qui veniunt à quodam Agrippino Carthaginenſi Epiſcopo ad Donatiſtas pertinent; vti notat D. Auguſtinus in opere contra Donatiſtas cap. 3. 6. & 7. floruit autem Agrippinus anno ſalutis 250. — D. Aug.

Airas in omnibus fuit ſimilis Arrio; vti docet Nicephorus Calliſtus lib. 11. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 30. & floruit anno ſalutis 377.

Alexander Baucalis (vti tradit Nicephorus Calliſtus lib. 6. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 5.) ad Arrium ſpectat, & floruit anno ſalutis 315. — Nice. Cal.

Algazel ad Græcos, & Armenos pertinet, vti narrat D. Thomas libro contra gentes cap. 145. & floruit anno ſalutis 465. — D. Thom.

Alaſcanus pertinet ad Carolſtadium magiſtrum Antilutheranorum; vti tradit Lindanus, & floruit anno ſalutis 1524.

Amantius in omnibus fuit Arrij ſectator, vti habetur ex teſtimonio Nicephori Calliſti lib. 11. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 30. qui floruit anno ſalutis 382. — Nice. Cal.

Ambroſiani ab Ambroſio quodam Lutherano dicti Balthaſſaris ſectatores fuerunt, vti tradit Vuilhelmus Lindanus in ſua panalopia Euangelica, qui floruerunt anno ſalutis 1546. — Lindanus.

Amſdorſſiani, ita à primo motore dicti, ad Melanctonem confeſſioniſtarum ducem pertinent; vti docet Lindanus, qui ſurrexerunt anno ſalutis 1535.

Anaſtaſius Imperator, qui anno ſalutis 493. ſumpſit regnum ad Eutichetem pertinet, vti teſtatur Nicephorus Calliſtus lib. 16. hiſtoriȩ Eccleſiaſticæ cap. 25. — Nice. Cal.

Angelitæ, ita dicti, quia naturam tantum ſpiritualem, & diuinam paſſam in Cruce dicebant, ad Acephalos referuntur, vti docet Nicephorus Calliſtus lib. 18. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 49. & ſurrexerunt anno ſalutis 494. — Nice. Cal.

Angelici ita dicti, quia Angelos mundi fabricatores aſſerebant, à Simone Mago emerſerunt ex teſtimonio D. Auguſtini libro ſuo de hæreſibus, & floruerunt anno ſalutis 199. — D. Aug.

Annianus Pſeudodiaconus Eccleſiæ Celidenſis ad Pelagium ſpectat, vti narrat Diuus Hieronymus in Epiſtola ad Alypium, & floruit anno ſalutis 412. — D. Hier.

Anomæi arrogantes ita ab opere dicti (referente Theophylacto ſuper tertium caput Epiſtolæ ad Epheſios ad Eunomium attinent, & floruerunt anno ſalutis 360. — Theoph.

Anthimus I. Epiſcopus Trapezuntianus poſt Conſtantinopolitanus ad Eutichetem pertinet, vti tradit Nicephorus Calliſtus lib. 17. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 7. qui floruit anno ſalutis 476. — Nice. Cal.

Antichriſtiani, ita dicti, quia docebant Antichriſtum iam veniſſe, & hoc fuiſſe ſtatim poſt aſcenſionem; vti Vuilhelmus Lindanus docet in ſua panolopia Euangelica, ad Carolſtadium omnes pertinent, & floruerunt anno ſalutis 1525.

Antimariani ita dicti, quia iniqui docebant B. Virginem Mariam poſt Chriſti natiuitatem carnaliter cognitam fuiſſe a Ioſeph, omnes ad Eluidium pertinent ex teſtimonio D. Hieronymi in libris contra Iouinianum. — D. Hier.

nianum, qui floruerunt anno ſalutis 358.

Antidæmoniaci, & Antidiaphoriſtæ ita ab opere dicti, ex teſtimonio Lindani in ſua Euangelica Penalopia ad Andream Oſſiandrum, & Philippum Melanctonem Duces Confeſſioniſtarum pertinent; qui floruerunt anno ſalutis 1530.

Antiſvencfeldiani ita a Schuencfeldio eorum primo motore dicti ad Melanctonem, ex Staphyli teſtimonio, pertinent, & floruerunt anno ſalutis 1532. Staphyl.

Anticaluiniani verò ad Caluinum eorum iniquum præceptorem ſpectant, & floruerunt anno ſalutis 1560. vti Lindanus notat.

Antinomi, ita ab opere dicti, diſcipuli fuerunt Lutheri, vti notat Lindanus in ſua Penolopia Euangelica, & Ioannes Iſlebius, a quo primo exorti ſunt, fuit conterraneus, & fidiſſimus Lutheri diſcipulus, & fuit ex primis huius ſectæ; floruit anno ſalutis 1536. Lindanus.

Aphtardocitæ ita ab hæreſi, & opere dicti, nam negabant naturam humanam in Chriſto; illamq. in cœlum ſine carne aſcendiſſe dicebant, ex teſtimonio Tertulliani libello ſuo de hæreſibus ad Apellenſ pertinent, & ſurrexerunt iterum anno ſalutis 536. Tertull.

Apocaritæ verò ita à loco dicti diſcipuli fuerunt Manetis, & cum Manete conuenerunt aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius, de quibus fit mentio cap. de hæreticis, & Manichæis, & floruerunt anno ſalutis 278. Manich.

Aquila genere Ponticus Ebionis fuit ſectator fidiſſimus, vti refert Nicephorus Calliſtus lib. 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 14. qui floruit anno ſalutis 132. Nice. Cal.

Arrabonarij ita à ſuo Vexillario dicti, ad Andream Oſſiandrum Sacramentariorum Ducem pertinent, vti Staphylus tradit, qui floruerunt anno ſalutis 1530. Staphyl.

Artotyritæ, ita ab oblatione dicti, panem enim, & caſeum offerebant, dicentes à primis parentibus fuiſſe ſeruatam hanc oblationem, ad Cataphryges ex teſtimonio Epiphanij Cyprij pertinent, & ſurrexerunt anno ſalutis 181. Epiph.

Aſterius Sophiſta fuit Arrij diſcipulus, vti refert Nicephorus Calliſtus, lib. 8. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 53. qui floruit anno ſalutis 339.

Auguſtiniani, a quodam Auguſtino Bohemo orti, ad Andream Oſſiandrum Sacramentariorum Ducem pertinent, vti tradit Lindanus, qui floruerunt anno ſalutis 1565.

Auxentius ſenior Pſeudoepiſcopus Mediolanẽſis Arrio in omnibus fuit ſimilis, vti D. Hilarius Pictauenſis Epiſcopus refert in libro contra eum edito, & floruit anno ſalutis 340. D. Hil.

B

Balatius, ex teſtimonio D. Athanaſij, ad Arrianorum ſectam pertinet, vtpote qui Arriana venena in Aegypto diſſeminabat anno ſalutis 360. D. Athan.

Barbara Imperatrix vxor Sigiſmundi Imperatoris in omnibus fuit ſi-

milis Hermano Riſuich, quæ floruit anno ſalutis 1411.

Lindanus. Batemburgici ita dicti a quodam Ioanne Batemburgo, qui in omnibus fuit imitator Balthaſaris Anabaptiſtarum tertiæ claſſis magiſtri, qui floruerunt anno ſalutis 1545. vti docet Lindanus.

Gui. Car. Bayras ad Iacobum Syrum, & Armenos, ex teſtimonio Guidonis Carmelitæ ſpectat, qui floruit anno ſalutis 624.

Euſe. Cęſ. Beryllus Epiſcopus Boſtrenſis ad Ebionitarum Scholam pertinet, vti tradit Euſebius Cęſarienſis, lib. 6. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 21. qui floruit anno ſalutis 220.

Lindanus. Bezanitæ, ita dicti a Theodoro Beza Burgundo, totam Antilutheranorum doctrinam amplexati ſunt, vti Lindanus docet in ſua Panolopia Euangelica, & floruerunt anno ſalutis 1550.

Staphyl. Bibliſtæ ab opere ſic dicti ad Philippum Melanctonem ducem confeſſioniſtarum pertinent, vti tradit Staphylus, & floruerunt anno ſalutis 1535.

Bonatus in Catalonia Begardorum Primicerius fuit, qui vnà cum multis alijs eiuſdem ſectæ Pariſijs anno ſalutis 1314. combuſtus fuit.

Manich. Brachitæ ex numeroſa colluuie Manichæorum, vti etiam Apocaritæ, Dicartitæ, Taſcodrogitæ, Teſalitæ, progreſſi ſunt, qui ab hæreſi ita vocantur, vti habetur ex cap. de hæreticis, & Manichæis, & floruerunt anno ſalutis 280.

Suidas. Budas fuit Manetis magiſter, diſcipulo tamen in omnibus fuit ſimilis, vti tradit Suidas, & floruit anno ſalutis 270.

C

D. Hier. CAmpates, ſiue Monterſes ad Circuncelliones pertinent, qui non ſolum per vrbes, verum etiam per montes vagabant, & ſe in montibus præcipitijs exponebant; vti docet D. Hieronymus in Epiſtola contra Luciferianos, qui floruerunt anno ſalutis 330.

D. Aug. Cœleſtius fuit Pelagij fidiſſimus diſcipulus, vti tradit D. Auguſtinus ſcribens Eutropio, & Paulo Epiſcopis, qui floruit anno ſalutis 405.

Nice. Cal. Canzinzarij ita ab effectu dicti ad Armenos ſpectant, vti notat Nicephorus Calliſtus libro 18. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 54. qui ſurrexerunt anno ſalutis 640.

Lindanus. Chriſtophorus Schaplerus ad Lutherum ſpectat, vti refert Lindanus in ſua Panolopia Euangelica, qui floruit anno ſalutis 1525.

Staphyl. Clancularij ita dicti quia non publicè in Eccleſijs (nunquam enim templa ingrediebantur) ſed clam in domibus priuatis, congregationes ſuas faciebant, teſte Staphylo ad Anabaptiſtas poſteriores pertinent; & quia quandoq; etiam in hortis conueniebant vulgo etiam dicuntur fratres Hortenſes, qui floruerunt anno ſalutis 1540.

Staphyl. Condormientes ita dicti, quia omnes cuiuſcunque ſtatus, & ſexus ſimul more irrationabilium dormiebant, ac ad libitum cum quacunque licet conſanguinea, etiam matre, filia, & ſorore coibant, vti Staphylus refert, ad Picardum pertinent, qui floruerunt anno ſalutis 1430.

Con-

Digitized by Google

Conſtantius, & Conſtans Imperatores Romani, ex teſtimonio D. Auguſtini, ad Acephalos, & Arrianos pertinent. D.Aug.

Conſtantinus Quintus, & Conſtantinus Sextus Irene filius Imperatores Romani ad Felicem Vrgelitanum pertinent, vti refert Platina in vita Adriani I. huius nominis Papæ. Platina.

Contobabditæ ita ab opere dicti, ad Seueritanorum ſectam pertinent, vti docet Nicephorus Calliſtus lib. 18. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 49. qui floruerunt anno ſalutis 584. Nice. Cal.

Chriſpinus Calamenſis Epiſcopus, ex teſtimonio Poſſidonij, in vita Diui Auguſtini, fuit Donatiſta, & floruit anno ſalutis 400. Poſſidon.

D

DAuidici à Franciſco Dauid eorum Vexillario dicti, ad Antilutheranos ſpectant, vti tradit Lindanus, qui floruerint anno ſalutis 1525. Lindanus.

Deiſtæ, qui omnino à Chriſto auferunt Deitatem, ad Arrium ſpectant ex teſtimonio Socratis, qui floruerunt anno ſalutis 320. Soc.

Deuterius filius fuit Arrij, teſte Nicephoro Calliſto lib. 6. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 35. qui floruit anno ſalutis 493. Nice. Cal.

Dimophilus ad ſectam Arrianorum ſpectat, vti notat Nicephorus Calliſtus libro 11. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 16. qui floruit anno ſalutis 366. Nice. Cal.

Doſithæus genere Iudæus, fuit vnus ex præcipuis diſcipulis Simonis Magi, ex teſtimonio D. Hieronymini contra Luciferianos, qui floruit anno ſalutis 52. D.Hier.

E

EIulantes, ita ab opere dicti, ad Anabaptiſtas poſteriores pertinent, vti notat Staphylus, qui floruerunt anno ſalutis 1540. Staphyl.

Eleuſius Cyzicenus Epiſcopus omnia Macedoniana dogmata amplexatus eſt, vti refert Socrates, qui floruit anno ſalutis 396. Soc.

Elymas fuit vnus ex præcipuis ſectatoribus Simonis Magi, & fuit genere Iudæus ex teſtimonio D. Hieronymi, qui floruit anno ſalutis 55. D.Hier.

Elpidius cum Agape eius vxore ad Pelagium ſpectant, vti notat D. Hieronymus, & floruerunt anno ſalutis 400. D.Hier.

Euangelici ita dicti, quia Euangelium omnino dilacerabant, illudque ſuo ſenſui aptabant, & ab eo eradebant quicquid non faciebat pro ſua viuendi libertate ad Lutherum ſpectant vti notat Lindanus, qui floruerunt anno ſalutis 1525. Lindanus.

Eudoxius in omnibus ſimilis fuit Arrio, vti refert Nicephorus Calliſtus lib. 9. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 36. qui floruit anno ſalutis 370. Nice. Cal.

Euſebius Nicomedienſis Epiſcopus totam amplexatus eſt doctrinam Arrij, vti docet Socrates lib. 1. cap. 6. qui floruit anno ſalutis 320. Soc.

Euxouis Eccleſiæ Alexandrinæ Diaconus ſocius fuit Arrij in doctrina, qui cum Arrio vna cum alijs ſeptem presbyteris, vndecim diaconi-

Digitized by Google

bus, & ſeptingentis Virginibus profeſſis, ex teſtimonio Epiphanij
Epi. Cyp. Cyprij hæreſi 69. ab Alexandro Epiſcopo eiectus fuit ab Eccleſia Ale-
Nice. Cal. xandrina anno ſalutis 315. vti etiam refert Nicephorus Calliſtus libro 8. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 47.

F

D. Aug. FElicianus totam Arrianorum doctrinam tutatus eſt ex teſtimonio D. Auguſtini, qui floruit anno ſalutis 396.

Nice. Cal. Flauitas Epiſcopus Conſtantinopolitanus ſubreptitius tamen ex Arrianorum Schola fuit, vti narrat Nicephorus Calliſtus libro 16. hiſtoriç Eccleſiaſticæ cap. 18. qui floruit anno ſalutis 476.

D. Aug. Fortunianus Manichæorum presbyter fuit ex teſtimonio D. Auguſtini, qui cum eo diſputauit, ac contra eum ſcripſit; floruit autem anno ſalutis 410.

D. Aug. Fulgentius factione Donatiſta fuit, vti refert D. Auguſtinus in lib. contra eum edito, qui floruit anno ſalutis 400.

G

D. Hier. GAlla non gente, at nomine ita vocata, ad Priſcillianum pertinet, fuit enim eius adiutrix; vti refert D. Hieronymus ad Creſipontem ſcribens, quæ floruit anno ſalutis 385.

D. Aug. Gaudientius fuit Donatiſta ex teſtimonio D. Auguſtini in libro contra eum edito, & floruit anno ſalutis 406.

Nice. Cal. Georgius alter Alexandrinus, alter Laodicenſis Epiſcopus, ad Arrianorum ſectam pertinent, ex teſtimonio Nicephori Calliſti lib. 9. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 49. & ambo floruerunt anno ſalutis 358.

H

Lindanus. HAmſtedij ita à primo eorum motore dicti ad Lutherum pertinent, vti notat Lindanus in ſua Penolopia Euangelica in Anglia anno ſalutis 1560.

Euſe. Cæſ. Hermogeniani, ab Hermogene eorum Vexillario ita dicti, aſeclæ fuerunt Sabellij, vti refert Euſebius Cęſarienſis lib. 7. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 4. & 5. & floruerunt anno ſalutis 260.

Lindanus. Heshutij, ita a ſuo Vexillario vocati ad ſectam Semilutheranorum attinent ſecundæ ſcilicet claſſis Euangelicorum; vti tradit Lindanus, & floruerunt anno ſalutis 1540.

Aen. Sylu. Hieronymus Pragenſis ad Huſſitas pertinet, vti docet Aeneas Syluius, libro ſuo de origine Bohæmorum, qui floruit anno ſalutis 1410.

Lindanus. Hugoniſtæ ab Hugone quodam Pariſienſi dicti, ad tertiam claſſem Semilutheranorum pertinent, vti notat Lindanus, qui floruerunt anno ſalutis 1540. & vtinam adhuc non vigerent cum magno Eccleſiæ, & animarum detrimento, vti etiam infinitæ aliæ malignantium ſectæ & congregationes.

I

Lindanus. IAcobus Præpoſitus, Antuerpiæ in Flandria ortus, Monachus ex inſtituto D. Auguſtini ordinis Eremitarum ad Lutherum pertinet, uti docet Lindanus in ſua Penolopia Euangelica; qui anno ſalutis 1523. ſe retractauit.

Iacobus Iuſti in Valentia Begardorum Primicerius, ſua uenena diſſeminaba-

minabat anno ſalutis 1309. uti refert frater Bernardus de Lutzemburgo in ſuo catalogo, qui deinde ſeptis murorum incluſus uitam finiuit anno ſalutis 1315. Fr.Bern.

Ibas Ediſenus Epiſcopus Neſtorij dogmata tutatus eſt, uti refert Nicephorus Calliſtus lib. 17. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 27. qui floruit anno ſalutis 476. Nice. Cal.

Iconoclaſtæ ita dicti, quia imaginum fractores, ac contemptores erant, ad hæreſim Fœlicianam ſpectant, quæ hereſis cœpit anno ſalutis 706.

Ioannes de Leiden Vexillarius fuit Balthaſſaris Anabaptiſtarum Ducis, uti Lindanus tradit, quæ horrenda malignitas creſcere cœpit ánno ſalutis 1534. in initio menſis Ianuarij. Lindanus.

Ioannes Roatius in omnibus fuit ſimilis Ioanni de Ziſcha; nam & eademmet dogmata diſſeminabat, & Dux perditorum hominum, uti Ziſcha erat, qui ex teſtimonio Aeneæ Syluij libro de origine Bohæmorum cap. 2. ædificauit intra Syluas, non longè à montibus Cuthnis, caſtellum, quod Sion appellauit, qui floruit anno ſalutis 1410. Aen. Sylu.

Iulianus Epiſcopus Capuanus ex teſtimonio D. Aug. voce, & ſcriptis doctrinam & Pelagij uenena tutatus eſt, qui floruit anno ſalutis 406. D.Aug.

L

LAmperiani, ita à ſuo Vexillario uocati in omnibus cum Vuiclephiſtis inueniunt, & floruerunt anno ſalutis 1352.

Leo III. & Leo IV. Romani Imperatores, uti notat Platina in uita Gregorij II. huius nominis Papæ, & Adriani I. ad hæreſim Fœlicianam pertinent, inter quos Leo III. abſtulit Imperium à Theodoſio III. anno ſalutis 619. Platina.

Liberi ita dicti, quia omnimodum uiuendi libertatem ſequuntur partim ſunt ſectæ Carolſtadij Antilutheranorum Ducis, partim ſunt ſectę Balthaſſaris Anabaptiſtarum magiſtri, uti Lindanus & Staphylus tradunt, & floruerunt anno ſalutis 1535. Lindanus. Staphyl.

Ludouicus Alemani ad Zuuinglium ſpectat, uti Staphylus tradit, qui floruit anno ſalutis 1566. Staphyl.

Lucilia, ex teſtimonio D. Hieronymi ad Creſiphontem, fuit adiutrix Donati, quæ floruit anno ſalutis 328. D.Hier.

Luthero Oſſiandriani, ſiue Brentiani, ſiue Lutero Zuuingliani omnes ſunt Semilutherani, teſte Lindano, qui floruerunt anno ſalutis 1556. Lindanus.

M

MAiorinus, vti diximus in vita Donati ex teſtimonio D. Auguſtini ad Donatum ſpectat, qui floruit anno ſalutis 313. D.Aug.

Marcellus Ancyranus Epiſcopus, ex teſtimonio Nicephori Calliſti libro 8. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 52. in omnibus conuenit cum Paulo Samoſateno, qui floruit anno ſalutis 340. Nice Cal.

Maronitæ ita à Maron hæretico dicti; vti docet Fr. Bernardus de Lutzemburgo in ſuo catalogo hæreticorum, in omnibus cōueniunt cum Eutichete, & Acephalis, qui floruerunt anno ſalutis 699. deinde Deo auxiliante ad vnitatem fidei venerunt anno ſalutis 1215. in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. quare ſecta illa extincta eſt. Fr.Bern.

Martyriani, ita à Petro Marty. dicti corū Vexillario, ad Antiluth. 3. claſ.

perti-

pertinent, vti tradit Lindanus, qui floruerunt anno ſalutis 1535.

Melchiorite, ita à Melchiore Hoſmano dicti ad tertiam pariter claſſem
Lindanus. Antilutheranorum pertinent, vti docet Lindanus in ſua Panolopia, qui floruerunt anno ſalutis 1534.

Menonitæ, à Menone Phriſio dicti, ad Anabaptiſtas tertiæ claſſis pertinent, vti docet Lindanus, qui floruerunt anno ſalutis 1560.

Muntzeriani, ita à Thoma Muntzero dicti, in omnibus ſunt ſimiles An-
Lindanus. tilutheranis tertiæ claſſis, vti notat Lindanus, qui floruerunt anno ſalutis 1535. & vtinam adhuc non vigerent pro beneficio, & vtilitate S. Matris Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, ac animarum ſalute.

Muſculani, ita ab Andrea Muſculo eorum Vexillario ad Andream Oſſiandrum ſpectant; & ſunt de prima ſecta Antilutheranorum, vti docet Lindanus in ſua Panolopia Euang. qui floruerunt anno ſal. 1524.

N

Euſeb. NEpos, Epiſcopus cuiuſdam vrbis Aegypti, vti teſtatur Euſebius libro 7. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 24. eaſdem docet fabulas indoctas, quas docet, & Cerinthus, qui floruit anno ſalutis 270.

Naturales hæretici, ita ab opere dicti, ad Lutherum pertinent, nam do-
Lindanus. cent ad vitam æternam ſolam fidem ſufficere, vti tradit Lindanus; qui floruerunt anno ſalutis 1524.

Nudi pedes, ita dicti, quia dimiſſis omnibus negotijs per agros vagabantur nudis pedibus, teſte Lindano ad tertiam Claſſem Antilutheranorum pertinent, hi enim in Morauia floruerũt anno ſalutis 1535.

O

Aen. Sylu. ORebitæ ita ab opere dicti, ad Taboritas reducuntur, quæ ſecta ex teſtimonio Aeneæ Syluij lib. de origine Bohæmorum cap. 43. orta eſt in Bohæmia in Territorio Græcenſi anno ſalutis 1450.

Orphani ita poſt mortem Ziſchæ dicti, quaſi ſine Patre, partim pertinẽt ad ſectam Huſſitarum, partim ad Thaboritas reducuntur; vti refert Aeneas Syluius lib. de orig. Bohæm. c. 48. qui floruerunt anno ſalutis 1420. nam Thaboritę mortuo Ziſcha eorum Duce inter ſe diuiſi ſunt, & alij nomen vetus retinuerunt, alij Morauiam inuadentes vocati
Aen. Sylu. ſunt Orphani, vti refert Aeneas Syluius lib. de orig. Bohæm. c. 55.

P

PAcifici, qui pacem falſam populo venditabant, vti tradit Lindanus, ad Antiluther. ſpectant, qui floruerunt anno ſalutis 1535. & vtinam adhuc inter Catholicos non florerent huius falſæ pacis venditores.

Patriciani, & Paterniani, ita à Patricio, & Paterniano, dicti, ex teſtimo-
D. Aug. nio D. Auguſtini libro de hæreſibus ad Manichæos pertinent, qui floruerunt anno ſalutis 395.

Philaſter. Praxeas, à quo, teſte Philaſtrio, venerunt Praxeani hæretici, ad Sabellianos reducuntur; ſunt enim, D. Aug. teſte lib. de hæreſibus, ſimiles in
D. Aug. omnibus Sabellianis; licet diuerſis nominentur nominibus, nec mirum, nã inconſtantiã ſemper amplexati ſunt hæretici omnes, & quot capita ſunt tot ſententiæ: qui Praxeani floruerunt anno ſalutis 260.

Præmonſtratenſis Apoſtata ad tertiam Claſſem Antiluther. pertinet, vti
Lindanus. tradit Lindanus in ſua Panolopia Euãg. qui floruit anno ſalutis 1536.

Procopius

Digitized by Google

Procopius fuit vnus ex principalioribus Thaboritis referente Aenea Syluio lib. de origine Bohæmor. c. 48. qui floruit anno ſalutis 1415.

Proculus fuit Montani fidiſſimus diſcipulus, vti docet Euſebius Cæſarienſis lib. 6. hiſtoriæ Eccleſiaſt. c. 18. qui floruit anno ſalutis 207.

Publicani hæretici ita dicti, quia profitebantur veſtigia ſequi illius publicani, de quo legitur Luc. 18. qui *ſtans à longe percutiebat pectus ſuum, nec nolebat ad cœlum oculos leuare*, qui deinde hæretici ſub hac ſpecie modeſtię in Gallia multa mala faciebant, ac venena diſſeminabant, ad Armenos ſpectant, vti docet Guido Carmelita; qui denique iterum in Gallia à Petrobruſianis renouati ſunt anno ſalutis 1274. Gui. Car.

Q

QVadriſacramentales, quattuor ſcilicet tantum ſacramenta recipientes, ad Melanctonem ſacramentariorum ducem reducuntur, vti Staphylus docet, & floruerunt anno ſalutis 1530.

Quintiliani ita dicti, quia, ex teſtimonio D. Auguſtini de hæreſibus, veniunt à Quintilla Montani propheciſſa; quare ad Montani ſectam pertinent, qui floruerunt anno ſalutis vnà cum Quintilla 176. D. Aug.

R

RVtheni populi, quos Strabo vocat Roſanos Armenorum dogmata in omnibus ſequuntur; qui adhuc in ſua manẽt erronea opinione.

Rogatiani, ita à Rogato Donati diſcipulo dicti, ex teſtimonio D. Aug. epiſt. 48. ad Donatiſtas pertinent floruerunt autem anno ſalutis 349.

S

SAbbatius ex Iudaiſmo ad Chriſtianiſmum conuerſus, & presbyter ordinatus, à quo deinde venerunt hæretici Sabbatiani dicti, ad Eunomium, & Nouatum pertinent ex teſtimonio D. Auguſtini libro de hæreſibus; qui floruerunt anno ſalutis 399. D. Aug.

Sacramentarij, qui ſacramentis calumnias inferebant, vti tradit Lindanus in ſua Panolopia euangelica, ad Antilutheranos pertinent, & floruerunt anno ſalutis 1524.

Scripturarij ita dicti, quia Scripturam Sacram euertebant, ſuoque ſenſui aptabant, vti tradit Lindanus, ad Carolſtadium pertinent, qui floruerunt anno ſalutis 1524. & vtinam omnes diſſipati eſſent pro catholicæ veritatis vtilitate, & animarum ſalute. Lindanus.

Semiarriani, ita dicti quia aliqua præcepta Arrij confirmabant, aliqua autem reſpuebant, ad Photinum Semiarrianorum Ducem referũtur ex teſtimonio D. Aug. lib. de hęreſib. qui floruerunt anno ſalutis 357.

Semilutherani ita dicti quia partim confirmabant Lutheri dogmata, partim etiam aliqua ex illis negabãt, ad Brentium Ducem Semiarrianorum pertinent qui floruerunt anno ſalutis 1540.

Sergius Monachus, qui Alcoranum Turcis compoſuit ad Arrium pertinet, & floruit anno ſalutis 630.

Simmachiani a Simmacho ita dicti ad Ebionem pertinent, vti Epiph. docet lib. de Menſuris, & Ponderibus, qui floruerunt anno ſal. 196. Epiph.

T

TEtraditæ, ita dicti, quia ſicuti tres ſunt perſonæ in Trinitate, ita tres Deos ponebant, vti refert Nicephorus Calliſto lib. 18. hiſt. Eccleſiaſticæ Nice. Cal.

ſiaſticæ c.49. qui floruerunt anno ſalutis 549.

Theognis Nicęnus Epiſc. ſocius fuit Arrij in definitionibus Conc. Nic. qui floruit anno ſalutis 325. vti etiam fuerũt multi alij, uti Euſeb. Nicomedienſis, de quo diximus, & Theona; Marmaticenſis Epiſ. vti refert Niceph. Calliſt. lib. 8. hiſt. eccleſ. c. 18. & c. 24.

Nice. Cal.

Thomas fuit vnus ex primis tribus diſcipulis Manetis, quem Manes ad Indos ad prædicandum miſit, qui floruit anno ſalutis 280.

Tropiſtæ, ita dicti, quia docent in Cęna Domini tantum figuram eſſe corporis Chriſti, non vero verum corpus ad Oecolampadium ſpectant, vti Staphylus docet, & floruerunt anno ſalutis 1526.

V

Valentiniſtę a Valentino Neapolitano eorum vexillario ita dicti ad Caluinum pertinent, vti docet Lind. & floruerunt anno ſal. 1534.

Lindanus.

Vbiquetij, ſiue Vbiquetarij ita dicti, quia extendunt vbiquitatẽ realiter corporis Chriſti in omnibus creaturis etiam in herbis, & lapidibus, ad Semilutheranos, & Brentium eorum Ducem, vti Staphylus docet ſpectant, qui floruerunt anno ſalutis 1546.

X

Xenaias Hierapolitanus Epiſ. Perſa, vti docet Niceph. Calliſt. lib. 16. hiſt. eccleſ. ad Dioſcorum ſpectat, qui floruit anno ſalutis 494.

Nice. Cal.

Z

Zeno Iſauricus Leonis Imperatoris gener, qui anno ſalutis 476. accepit Imperium ad familiam Eutichetis attinet, vti tradit Nicephorus Calliſtus lib. 16. hiſtoriæ eccleſ. cap. 1.

Habes itaque candide, & ſtudioſe Lector in hoc meo Opuſculo, quod Triumphus Catholicæ Veritatis inſcribitur (& bene, nam antequam hæc adinuicem conferrem, nonne Sacra pagina, & Eccleſia à Spirituſancto edocta loquebantur, & de his perfidis triumphabant) ita ego non Aiacis clypeo, ſed Sacra Scriptura, ac Conciliorum munitus, certando victoriam, & triumphum reportaui. Habes inquam catholice Lector acta eorum, qui malignitates in Chriſtum, & ſponſam eius Eccleſiam omni cum pertinacia diſſeminarunt, ac illorum ſimiliter, qui impietatem impietati addentes eas renouarunt, ac ab inferis reuocarunt: habes denique in hoc poſtremo indice eorum commemorationem, qui ſimpliciter ſine aliqua additione eſſentiali venena iam diſſeminata, & ſepulta in ſterquilinio, & inferno exhumarunt. Si præterea aliæ adhuc extant ſectæ, vti facile creditur, ad narratas reducuntur, nec mirum, nam mos eſt hæreticorum nunquam ſibi conſtare; immo primus quiſque Auctor ſibi in ſuiſmet concluſionibus ſæpe ſæpius contrariatur. Et quia mihi ipſi etiam propoſui ſolum ad terram proſternere eorum concluſiones, qui nomen ſuum per Baptiſmum Chriſto dederunt, & iactant ſe Chriſtianos eſſe, cum re vera minus ſint; ideo admirationem capere minime debes, ſi de Paganis, Hebræis, Tartaris, Turcis, Saracenis, ac alijs loqui prætermiſſi. Deus Optimus Maximus præſtet omnibus nobis bene de eo ſentire, beneq; loqui, nec plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by

Digitized by Google